rit: sequit inde debilitas visus: et si magna et completa fuerit: omnino patiēs efficit sine visu: et signū hui⁹ egritudinis est: q: si cōpresseris digitum super pu pillaȝ infirmi: pupilla alterius minime dilatat. Et potest etiaȝ accidere q opilatio erit in loco intersecationis vnius nerui super alterū. et tunc in ambobus oculis visus ex toto amittit. Et ex hoc admirantur medici q in vna hora priuatur visus: ⁊ ex toto amittitur in ambob⁹ oculis. Sed nō est admiratio illis qui sciunt anothomiam: quoniam isti duo nerui oriūtur a cerebro et extenduntur ad anteriora: et in medio frontis coniungūtur et vniuntur: et ibi intersecātur: quare si opilatio fuerit in loco intersecationis et vnionis ipsorum adinuicem fiet perditio visus in ambobus ex toto simul ⁊ semel. Et de hac egritudine dicit Gal. q est impossibile ad sanandum. Sed mihi videtur q flobotomia cephaltre: et purgatio corporis totius: ⁊ capitis: et epithimare caput cum coto madefacto in oleo rosato: ⁊ liliorū: et aneti mixtis et tepidis optimam facient operationē in isto casu. Et distillare etiaȝ predicta olea calida ex alto super capitis partem anteriorem per subtileȝ cannulā non modicum conferre videtur. Sed in principio opilationis conferre dicimus multū oleum rosatū: quo renouate fuerint rose recentes pluribus annis. Et cibi eorum sint subtiles et qui habent stomachū et intestina ipsorum mollia conseruare: et lubrica retinere. et exerceas in istis toto posse: quoniā iuuare poteris si opilatio fuerit debilis. Et possibile est etiaȝ quod predicta opilatio fiat ex apostemate: quare ex predictis dissolui potest: et inde videbis profectum istius cure si aliquid de visu remansit: et opilatio nō fuerit ex toto completa et cōfirmata. Quod si fuerit opilatio ex toto firmata et completa: ⁊ ex toto visum amiserit: tunc desperatus sum: sicut Galenus. Sed cum hoc toto abstinendum est a contrarijs. et non soluȝ in ista egritudine. verum etiam in omnibus totius corporis: quoniā in egritudinibus pedum abstinentiam seruamus. Quāto magis in ista cuius sanitas tā necessaria existit? Et scire debes q omnia acuta habent caput replere ex vaporibus et fumositatibus: sicut sunt cepe: et allea et his similia. quare visui potissime nocent: et materia omnino existunt cecitatis. Gale.

¶ Capitulum vigesimumtertiuȝ. Quod est de humiditatib⁹ oculorum.



Diminutio visus in oculis multarum est specieruȝ que fit i humiditatib⁹: seu in humoribus oculorum. Et diuersificantur in grossitudine: ⁊ subtilitate: et in qualitate et quantitate. quoniam possibile est vt ingrossentur predicti humores vltra debitum sue nature. vel subtilientur aut multiplicet in quātitate in eis humiditas accidentalis: ⁊ inde visus pturbat turbatōe leui. Et cū dico ingrossatio vel subtilia-

tio: aut excessus in quantitate aut qualitate: non intelligo vt sit elõgatio in his supflua multum a naturali dispositiõe: sed ꝙ incipit fieri elõgatio. quoniã quando exitus a naturali dispositione in predictis fuerit completus atq₃ firmatus: tunc cura difficilis valde efficitur: quia differentia non modica existit inter rem que incipit ingrossari: ꝛ eam que iaz est ingrossata atq₃ firmata. Et medicus per se cognoscere oportet signa istarum rerum ex accidentibus infirmo reruenientibus. ꝛ studeat toto posse vt infirmus ad pristinã et naturalem redeat dispositionem remouẽdo accidentia innaturalia omnino. Et ista que dicta sunt sufficiunt illis solum modo: qui diu in predictis egritudinibus per se pluribus vicibus operati sunt: vel illis qui lõgo tempore studuerunt in logica ꝛ in scientia naturali. ꝛ experti sunt in cognitione rerum generabilium et corruptibilium ꝛ huiusmodi: et cum predictis se iuuabunt: et non abbreuiaui hunc tractatum non ponendo particularia cõueniẽtia in hoc: nisi ne multum prolongaretur sermo in ipso. Et quãuis operationes manuales omnes particulariter integre et perfecte cognoscam: quia tamen ex sola visione alicuius vulneris animus meus debilitatur in tantũ ꝙ ad immensam syncopim deuenio. ideo hunc tractatum ab breuio predicta ꝑticularia omittendo.

Cura valde difficilis.

¶ Capitulum vigesimumquartuz. Quod est de egritudinibus que fiunt in mutina seu albedine oculorum.



Et accidũt in albedine apostemata: sicut in alijs membris accidere cõsueuerunt: ꝛ cura hui⁹ est in principio flobotomia. ꝛ subtiliatio regiminis ponendo in oculum aquam rosatam in qua steterint in mollia licium et semina citoniorũ tãdiu donec aqua colorem mutauerit: ꝛ postmodũ coletur et misceatur cũ ea aqua albumen oui. ꝛ deinde in oculum quotidie distilletur donec liberetur.

¶ Capitulum. xxv. Quod est de inflatiõe cõiunctiue absq₃ apostemate.



Et accidit hec egritudo coniunctiue et pro maiori parte senib⁹ propter debilitatez sui caloris innati. et fit etiam ex punctura musce: vel alterius sibi similis. Et cura hui⁹ est ponere cotum vel ꝑeciam lini madefactã in hac decoctione que. ℞. floris camomille ꝛ seminis lini. ana auř. j. aqua. ℥. ij. decoquatur vsq₃ ad cõsumptionẽ quarte partis: ꝛ coletur: ꝛ in illa colatura apponãtur de albumine oui. auř. ij. optime miscendo et distilletur in oculo quottidie gutta post guttam ea existente tepida: deinde cotum madefactum in eadem desuperponatur.

¶ Capitulum vigesimũsextuz. Quod est de tassa que est gutta rubea que fit in albedine oculorum.

Fit etiã


Jt etiaȝ hec egritudo in coniūctiua. s. macula rubea: vel gutta rubea ex percussione panni vel sibi similis. Et cura huius est flebotomia cephalice si infirmus poterit sustinere et flebotomare pullum columbarum sub ala: et illum sanguinem calidū distillare in oculum quotidie donec fuerit liberatus.

¶ Cap. xxvij. Quod est de granulis generatis in albedine oculorum.


Ec etiā granula in albedine generātur: sicut in pupilla ꝛ in aliis ptib⁹ oculi fieri cō sueuerūt. Et cura huius est flebotomare cephalicam in principio: ꝛ purgare corpus ipsius cum yerapigra. Et post infundere semina citrinorū in aqua rosata ꝛ ipsam tepidam quotidie in oculū distilla. et si post. iiij. dies in oculo aliquid remāserit: in pdicta aqua rosata miscebis aliquid licij et croci. ꝛ q̄to vetustior fuerit egritudo tanto magis addes de licio ꝛ croco. ꝛ q̄to diminuit egritudo tanto minus de croco ꝛ licio. Et quod minus de his poni debet est vt in. ℨ. pdicte aque ponas de vnoquoq; octauā partem auꝛ. vnius. Et si multum prolongaretur egritudo. nō nocet addere aliquid de mirra. Et postq̄ egritudo incipit declinare ꝛ remanet in oculo de spissitudine granuli ꝛ de colore ipsi⁹ vtere abstersiuis ꝛ mundificatiuis que sint absq; mordicatione: addendo aliqua que habēt oculum confortare. Et si inueterata fuerit egritudo multū: fiat hoc alchool. ℞. spume maris eris vsti. ana auꝛ. v. anthere ꝛ seminis florum malorū granorū aū. aureos. ij. dardachic. auꝛ. x. pistetur vnaqueq; istarū per se: et cribellentur subtilissime ꝛ misceantur cum aceto: ꝛ postmodum exiccentur: ꝛ iterum terantur ꝛ cribellentur et misceantur cum succo feniculi. ꝛ iteruȝ exiccentur ꝛ terātur quinquies ꝛ misceantur cuȝ aqua rosata valde aromatizata terendo ꝛ exiccando. ꝛ postmoduȝ cribellent subtilissime per pannū spississimū. et conseruentur optime in vase vitreo. ꝛ cum necesse fuerit mane et sero de eodem in oculo ponatur donec fuerit liberatus. Alchool.

¶ Caplm. xxviij. Quod est de sebel.


Et etiam hec egritudo in coniūctiua euenire reperitur multotiens. ꝛ est quedam contextura rubea facta in superficie coniunctiue seu albedinis oculorum: ꝛ nominantur in arabico vene althebeu: et non sunt vene procedentes ab epate: nec arterie a corde venientes: sed venis assimilantur que inuolute sunt et contexte supra albuginem. et aliquando intantum extenduntur q; nigrū cooperire reperiūtur. Et conuenit medico in principio istius egritudinis vt sit studiosus in purgando infirmum ꝛ flebothomādo ipsum ꝛ apponēdo oculo alchol abstersiuum sicut illud qd nuper supradiximus: ꝛ subtiliare regimē: et sic liberabitur deo dāte. Et si in cura pigritia fue- Althebeu vene.

rit aut aliqua de causa regimē eius fuerit ineptum: augebitur egritudo et ingrossabitur: ꝛ indurabit donec visui inferat nocumentū: quare cum sic fuerit de necessitate erit vt per manus cirurgý habeat pertransire. Et tales in arabico collectiões scebellium nominantur.

¶ Capl'm.xxix. Quod est de cōiunctiua cū apostemate ꝛ sine apostemate.


Ccidit etiam coniunctiue repletio cum apostemate et sine extensione venarum: ꝛ repletione ipsarū: et cum rubedine ipsius coniunctiue et grossitie palpebrarum cum abundantia lachrymarū: ꝛ habens hoc non potest aerem inspicere: quare flobothomiam multum cōferre dicimus: ꝛ purgatio etiam vtilissima existit: et pone super oculum cotum madefactum in aqua rosata tepida vice post vicem: et sit in predicta aqua aliquid licij dissolutum: ꝛ si in naribus iniicies collirium de memithe: inde magnum videbitur iuuamentū.

¶ Cap.xxx. Quod est de nimia subtilitate spiritus visibilis et ipsius grossicie.

Scias quod egritudines et accidentia ipsarum oriuntur in particulis membrorum: et etiam in sustentātibus ipsa mēbra: sicut accidit in spiritu visibili: quoniam si fuerit subtilis plus debito videbit solum prope et nō a longe. ꝛ si grossus vltra debitum videbit a longe et non prope: et cura vniuscuiusqȝ istorū est reducere vnūquodqȝ ad suam naturalem et propriā dispositionem: et non solū mēbra: verumetiam sustentantia ipsa. Et scias quod vnicuiqȝ predictarum particularū sunt propria accidentia: et non declaraui ea omnia: ꝛ eorum curas particulares: eo quod hic noster liber nimium prolōgaretur. Sed scripsi ex accidentibus manifestiora: in quibus sub qualibet suarum specierū multe species continentur. Et posui curas generales ipsarum: ex quibus cure omnium particularum existentium sub eis intelligi possunt.

¶ Capitulum.xxxi. Quod est de his que ab extrinsecis cadunt in oculos vel in nares vel in aures.

Et non remansit mihi iam ad rememorandū aliquid de his que mēbris sensuum pertinere videntur nisi de his que ab extrinsecis habent prouenire: sicut est palea subtilis: et lapides parui: et arena: et his similia. Quare si subito i principio predictorum euētus studiosus fueris: leuis erit ipsorum cura. et si non periculum eminet. et id qđ in oculo cadit de leui curatur: dummodo non inuiscetur ibidem: et in tunica non diu steterit inuiscatum. ¶ Sed si in aurem aliquod semen vel granum ceciderit: sicut frumentum vel granum ordei vel his similia: illud leue minime indicamus: quoniam attrahit ad se de humiditate ibidem existente: ꝛ inde augmētatur: quare in membro illo calefactio ꝛ ebullitio generatur: et inde putredo: ꝛ inde praua accidentia consequūtur

ppter nobilitatem membri: et propter propinquitatem ipsius nocumenti ad cerebrum quod radix omnium sensuum existit: et fit inde supercalefactio in toto corpore: et aliquando oppilationes patiuntur: febres inordinatas ab aliis febribus: et omnia ista fiunt propter pigritiam extrahendi illud in principio sui casus: et aqua etiam quando in aurem cadit: et ibi longo tempore moratur: magnum facit nocumentum quamuis eius substantia subtilis existat. Quoniam quando ibi longo tempore moratur: ingrossatur: et postmodum alterat naturalem complexionem cerebri. Sed quando aqua aut ventus in aurem subintrauerit dolorem parit. Quare studiosus esse debes in reparando complexionem ipsius naturalem: et innaturalem remouere quocunque modo fuerit: sicut tibi videbitur conuenire. Sed quando aliquid in oculo ceciderit: illud est leue remouere in principio: et hoc cum picicarolis vel stilo: seu cum tenta vel cum filo: et turbatio que inde sequitur in oculo remoueatur cum albugine oui apposita. Sed si id quod in oculo cecidit fixum fuerit in eo atque firmatum vel inuiscatum. Tunc eger indiget vna ex predictis curationibus que scripte sunt in cura scabel. Et vngula etiam cum in oculis euenerit simili modo curatur. s. vt eam incidat ille qui optime in illa curatione vel operatione est expertus: et illi cui aliquid in aurem de nouo ceciderit aurem ipsius impleri iubeas ex oleo sisamino tepido: et postmodum fac eum sternutare ponendo sternutatoria in naribus ipsius: et exibit incontinenti. Sed si id quod ceciderit diu illic fuerit: ita quod iam alterationem receperit: et ipsum conatus fueris extrahere violenter vel remouere: facies ibidem inflationem et apostema euenire: cum illud membrum in dispositione maximi sensus existat: et de leni ad dolorem intolerabilem ipsum poteris prouocare: intantum quod ad defectum inde posset peruenire: vel prope: quare cum omni sollicitudine intendere debes in mitigando dolorem ipsius apostematis: et incipere a flobotomia cephalice: et a purgatione ipsius infirmi: sicut ei melius conuenire videbitur: et postmodum pone in aurem infirmi oleum rosatum cum tertia parte ipsius olei anetini: et cum cognoueris apostema optime esse digestum: ipsum fac sternutare sicut supra diximus et exibit.

¶ Capi. xxxij. Quod est de animalibus subintrantibus in aurem.

Et scias quod quando animalia auribus subintrant, inde labores maximi et inquietudines habent prouenire: quare si predicta animalia fuerint parui corporis: sicut sunt pulices vel eis similia: tunc aurem implere debes oleo tepido: et sic mortua exibunt euacuando. Sed si animal fuerit magnum non est conueniens tunc ipsum mortificare: quoniam inde maximum consequitur nocumentum. Sed tunc implere debes aurem ipsius succo foliorum persici mixto cum aqua tepida: quia ex illo omnino fugatur: et postmodum aquam euacuare studeas: ponendo ibidem oleum anetinum: et ipsum euacuan-

Margin notes: Aqua in aure (left, partly cut off); Pulices. (right)

do et exiccando. ⁊ euacuat etiā predicta aqua ponendo in aurē granum frumēti q ab omni putredine ⁊ perforatione sit remotum in pecia ligatum: q̄m violēter exiccando aquam predictā extrahere est probatum. et sicut dictum est in auribus ita intelligendum est et operādum in naribus.

¶ Capitulum. xxxiij. Quod est de sanguisugis nares subintrātibus.

Sanguisuga.

ET receptio quidem aliquorum animaliū extrinsecus per nares lōginquum valde a veritate esse videtur: sed multotiens bibendo aquam naribus sanguisuga subintrare reperitur. Quare sternutatio ipsam expellere probatur: et si in naribus visui apparuerit: ipsam cum pizegarolis extrahere debes. Et ea que ipsas occidere habent numero plurima reperiuntur: ex quibus est seratura ligni rubei: ⁊ succus marubij: et centaurea dissoluta cum aceto. ⁊ carscelion adustū: ⁊ multa alia que rememoratus ero in egritudinibus gule. Et q̄ hic dicta sunt mihi sufficere videntur. Et tamen scias quod fumus marrubij tractus per os vel per nares fortissime eas habet pernecare.

¶ Tractatus nonus qui est de egritudinibus cerebri. et est continens capitula viginti.

¶ Capitulum. j. Quod est de egritudinibus anterioris partis cerebri.



ET alteratur hec pars in caliditate: frigiditate: siccitate: et humiditate. Et incipiemus nunc primo determinare de alteratione facta a caliditate. Et ille cui hec qualitas in anteriori parte superabūdauerit: loquitur inordinate: ⁊ consequitur corruptio eidē in imaginatiua: intātum q imaginatur ea que vera non existunt. Et ego quidem vidi hominem: qui imaginabatur se videre quēdā amicum suū volentem occidere ipm. ⁊ hec corruptio erat in imaginaria: q̄ quidem corruptio seu egritudo eidē superuenerat ex lōga ⁊ multa equitatione per calorē solis. ⁊ sine dubio p̄dicta caliditas nō erat euacuata a siccitate. Et primo post equitationem p̄dictā, per solem passus fuit effimeram. ⁊ post eā corruptionē imaginatiue. Et cū facta fuisset infusio multa capitis ipsius ex aqua rosata ⁊ aceto cū succo corticis cucurbite et oleo oliuarum dulciū infrigidato in puteo conualuit incontinenti: ⁊ ad pristinam rediit sanitatem. ¶ Sed si in eadē parte corruptio imaginatiue ex frigiditate fctā fuerit. inde maximum consequitur impedimentum: q̄m infirmus nullatenus potest imaginari aliqd quod subtilis intellectus existat Et si cū frigiditate humiditas fuerit associata: accidit infirmo superfluus somnus et aliquando dormiendo oculos tenet apertos. Et potest etiam eidem accidere: q cum difficultate valeat

palpebras elevare. Et in somno similiter fortissime ꝓfundatur: et sequitur inde aliqn̄ dissolutio catarri cum opilatione narium. q̄re si dicta egritudo ex sola fuerit frigiditate: dicimus ꝙ inunctio facta ex oleo de benvel de spica nardi est cura optima ⁊ perfecta: qm̄ temperate calefacit: ⁊ est necesse vt nō obliuiscaris omnino eorum que p̄diximus scilȝ ꝙ membra principalia de necessitate requirūt in suis medicaminibus ea que subtilia sunt ⁊ stiptica. ⁊ q̄uis egritudo omnino requirat aperitiua pororum: minime tamen desistere debes ab appositione stipticarum ⁊ subtilium medicinarum ad cōseruationem naturalium virtutum ipsi⁹ membri. Et medicine etiā que sunt aromatice maxime habent principalia membra cōfortare: quare ipsis egent pre ceteris in omnibus suis necessitatibus. Sed si frigiditati humiditas fuerit associata: oleū de spica cum modica quātitate olei rosati dicimus ei sufficere.

¶ Cap. ij. Quod est de egritudinibus medie partis cerebri.

Et scias ꝙ pars media cerebri vere cerebrum existit ⁊ illud qđ ibi existit est recte cerebrum naturale. ⁊ potest etiam ei euenire quelibet predicta spēs male complexionis. Sed accidentia que ex istis cōsequuntur fortiora valde existunt prioribus: qm̄ si ei solummodo acciderit intensa caliditas: cogitatiua tunc fortissime perturbatur. et in omnibus suis cogitationibus instabilis esse reperitur: et omnia ei communia esse videntur: et perseuerabit sic donec illic posueris que dictam malam qualitatem habeāt remouere. Sȝ scias ꝙ pars ista media cerebri minime sustinere potest virtutes medicinarum fortium sicut potest anterior. ⁊ adhuc longe minus q̄ posterior: eo ꝙ cōmissura cranei que indirecto istius partis reperitur: est rarior valde et minus cōiuncta seu sigillata alijs commissuris: ergo postq̄ ita est virtutes medicinarum facilius possunt per hanc commissuram ad cerebrum pertransire q̄ per alias commissuras aliarum cellularum. Et quia cum hoc etiā cerebrum quod in hac parte media existit: magis est humidum atq̄ molle: ideo ipsi⁹ mala qualitas citius ⁊ leuius dissoluitur et remouetur. Et cum hec pars sit minera ⁊ radix atq̄ fons aliarum cellularum inde cum maiori diligentia et omni temperantia est medicanda: abstinendo ab omni appositione fortiū medicinarum: et specialiter ab his que in suis qualitatibus nimiū excedunt ⁊ maxime in frigiditate: quoniam hec pars om̄ino minus potest frigiditatem sustinere alijs cellulis. Media pars cerebri.

¶ Cap. iij. Quod est de mala cōplexione in media cellula interioris cerebri.

Et accidit cogitatiue ex mala complexione frigida tarditas cū raritate et eius cogitatio instabilis omnino efficitur: et postmodum redit ad primam cogitationem cum omni duritie et tarditate. Et cura hui⁹ est temperate hanc partem calefacere: quamuis hec pars magis caliditatem possit sustinere q̄ frigiditatem cum ei fuerit neces

se. Et si cum frigiditate humiditas preabundauerit: quamuis raro contingat: tunc tibi sufficiet in cura oleum de halchaon id est de cotula fetida: vel oleum corticis citri. vel epithima ex corticibus citrorum recentium factum: aut ex macis conquassatis et mixtis cum aqua dulci. Et si siccitas cum frigiditate affuerit: turbatur intellectus aliquando: et aliquando non: et operatur inordinata. Et generaliter dicimus quod cura siccitatis membrorum quasi impossibilis est: et specialiter istius cum sit principale. Quoniam si conatus fueris curare eum cum humidis absque obuiatione cum stipticis timeo quod induces eum ad relaxationem totius corporis: quare sufficere dicimus in curatione huius ea que prediximus: sciendo quod cerebrum minime potest sustinere ea que sunt in excessu frigida sicut prediximus et specialiter cellula media.

Cura siccitatis membrorum quasi impossibilis est.

Cap. iiij. Quod est de passionibus que fiunt in parte posteriori cerebri.

Scias quod ista pars melius potest sustinere et facilius virtutes et potentias medicinarum alijs partibus ipsius cerebri. Et ratio huius est: quia ossa que in hac existunt parte duriora ac densiora valde sunt ossibus aliarum partium cerebri: et pori etiam istius partis longe densiores et corpulentiores et duriores ceteris partibus cerebri reperiuntur: et propter hoc virtutes medicinarum intus per illam partem penetrare non possunt: nisi cum difficultate. Et cura excessus qualitatum in ista parte fit: sicut diximus in predictis: sed securius operari potes in ista quam in alijs postquam cognoscis quod facilius potest hec pars virtutes medicinarum sustinere alijs partibus cerebri. Sed hec pars intantum differt ab alijs: quoniam si hec pars superflue infrigidatur: accidit inde infirmo difficultas memorie. Et si infrigidatio in eadem parte in vltimo facta fuerit: priuabitur memoria infirmus ex toto: sed possibile est dictam memoriam recuperare calefaciendo istam partem cum emplastris et vnctionibus et cibis sibi conuenientibus. Et cerebrum quidem leporis in confortatione memorie et ipsius reparatione maximam proprietatem comprobatur habere. Et inunctio etiam facta ex castoreo vel ex oleo ipsius: et ipsum similiter odorare memoriam potissime habet recuperare. Et huic parti posteriori memoria appropriatur quemadmodum cogitatiua medie: et anteriori imaginatiua deputatur.

Capi. v. Quod est de egritudinibus et omnibus suis accidentibus prouenientibus ex destructione seu corruptione complexionis totius cerebri.

Et possunt quidem he egritudines et accidentia prouenire cum humoris vitio: et sine humoris vitio: et quocunque modo fiat sequitur inde corruptio vel destructio in virtute regitiua totius corporis. Et ex istis egritudi-

nibus eſt apoplexia:ſiue corru=
ptio complexiōis fuerit ex ſub=
ſtātia ipſiꝰ cerebri:ſiue ex aliȷ̃s
membris hoc ei habeat prouenire.
nire. Et iam cognitum eſt atqꝫ
ſcitū qꝺ appoplexia eſt ſpaſmꝰ:
⁊ ſpaſmꝰ eſt attractio neruorū
ꝯſus ſuā radicē. Et quādo hec
actio eſt volūtaria:tūc natura=
lis eſt:⁊ quando innoluntaria
exiſtit:illud ex pluribus et di=
uerſis cauſis habet prouenire
ſcilicet aut ex ſuperflua ſiccita=
te membris aduenīete:ſicut in
carne ſalſa apparet euidenter:
quia contrahitur ex ipſa ſiccita
te:⁊ in coriȷ̃s que fortiſſime in=
criſpantur ex eadem. Et poteſt
etiam ex humiditate ſpaſmus
euenire ſcilicet ab humore hu=
mido a natura egrediente.⁊ qñ
ex eodem vapor groſſus oritur
et reſoluitur:⁊ efficitur ille va=
por ex ſubſtātia aquoſa:⁊ ex ea=
dem predictus vapor efficitur,
quare repletur mēbrum intā=
tum quod non poteſt cerebrum
predictum humorem ſuſtinere
vt prius:ſicut apparet ī vtribꝰ:
quoniam quando in edem vi=
num ebullit non poſſunt vinū
ſuſtinere ſicut ante ebullitionē
eo quod ante ebullitionez ipar=
tes cōiuncte exiſtunt:⁊ in ebul=
litione in aeritatem ⁊ vaporoſi
tatem conuertuntur:quare lo=
cum maiorem habere indigēt:
vnde vter contrahit̄ ⁊ tumeſcit:
intantū ꝙ non videtur poſſe ſu
ſtinere. vnde ex omnibꝰ dictis
ſpeciebus ſpaſmus efficitur:et
ex ipſis membra cōtrahuntur.
Et fit ſpaſmus in corpore ſeu
in ſubſtantia neruorū qui a ce=
rebro progrediunt̄:quare intm̄
eſt ſpaſmus:inqꝫtuz infuſio in
eiſdē facta eſſe reperit̄. Et ſi i ra
dice oīum neruorū facta eſſe re
peritur:tunc ſequitur vniuerſa
lis ſpaſmus in toto corpore. Sꝫ
ſpaſmus ex ſiccitate ꝓueniens
efficit̄ a ieiunio vel a ſuperflua
abſtinētia:⁊ ex labore vel exer=
citatione:et ſuperfluis vigiliȷ̃s
et nimio coitu:et ab omni ſup=
flua euacuatione deſiccante:et
ex intēſa ⁊ ſuperflua caliditate:
quare ſi ex ſiccitate dn̄ante ſolū
modo fuerit:curā ipſiꝰ difficilē
eſſe iudicamꝰ:tn̄ fieri pōt ꝯuis
cum difficultate ⁊ paulatine et
poſt tēporis longitudinem. Et
ſcias ꝙ humiditas eſt nomen
equiuocū:eo ꝙ q̄dā humiditas
eſt cuiꝰ potētia ⁊ ſubſtantia eſt
hūida:⁊ q̄dā hūiditas reperit̄:
q̄ licet ſit humida actualr̄:ſicca
tn̄ potētialiter exiſtit:ſicut cole=
ra ⁊ acetū:quorū vtrūqꝫ potētia
liter ſiccū exiſtit:tn̄ in ſui ſubſtā
tia ⁊ actualitate humidū ⁊ flui
dū eſſe reperitur. Quare dico ꝙ
ſpaſmꝰ efficit̄ ſiue fieri poteſt ex
qualibet hūiditate actuali ſiue
eius cōplexio et potentia fuerit
ſicca:ſiue humida:eo quod quā
do in ſubſtantia nerui aliqua
humiditas infunditur:ſiue illa
fuerit potētialiter ſicca et actu
humida:ſiue hūida actu ⁊ potē
tia:neruus contrahit̄ ⁊ coadu= nerꝰ.
nat̄ ⁊ ingroſſat̄:ſicut in rebꝰ ex=
trinſecis eſt videre:qm̄ qn̄ hūi=
ditatibꝰ īfundunt̄:augmētant̄
in groſſitudine⁊ diminuunt̄ in
longitudine:⁊ tali modo efficit̄
ſpaſmus. Et fit etiaꝫ ſpaſmꝰ ex
pūctura nerui:eo ꝙ ibi generat̄
ap̄a ꝓpter multam ſenſibilita=
tem ipſius:⁊ ꝓpter ipſiꝰ habili
tatē recipiēdi ap̄a et nocumen=
tum:ſit etiā attractio vſqꝫ ad ra
dicē eiuſdē ibidē:et idē ſpaſmꝰ
generatur. Et ſi ſtudioſus fue=

ris in principio in curatione di
cte puncture nerui annihilabi
tur spasmus ita qd nō eueniet.

¶Capitulum.vj. Quod est de
curatione puncture nerui.



T curatur siqui-
dez hec egritudo
cū rebus calīs et
siccis ex sua com
plone et natura.
et habentib⁹ sub
stantiā subtilē:sicut est sulphur
et euforbium.Et ego iam cura-
ui quēdā ex pūctura:ponendo
sup eā sulphur tātum:et curat⁹
fuit incōtinēti.Et scias ꝙ quā-
do infundit humiditas i quā-
titate pauca:q̄ q̄dē magne qua
litatis idest potētialis humidi
tatis:tūc non efficitur spasmus
sed inde relaxatio vel eius spe-
cies oritur:eo ꝙ neruus diffici-
lius potest hanc qualitatem sci
licet humiditatem aliīs qualita
tibus sustinere.Et salmus vlīs
est qui a radice oritur scilicet a
cerebro:⁊ particularis q̄ in mē-
bris efficitur particularib⁹.Et
quia iam sufficienter rememo-
ratus sum de spasmo:nunc de
epilentia volo facere recorda-
tionem.

Spas-mus vni-uersa-lis.

¶Cap.vij.Qd est de epilentia
pcedēte a cerebro.



pilentia quidem
tunc efficitur quā
do humor grossus
diffunditur ⁊ spar
gitur in canalib⁹
et meatibus cere-
bri:⁊ humor grossus esse nō po-
test:nisi sit flegma aut melanco
lia.Et quando p̄dictus humor
opilat canales seu meatus ce-
rebri:tunc contrahitur cerebrū
vt expellat a se nocumentum:⁊
inde sequitur contractio totius
corporis:et tremunt membra
omnia:⁊ fit in eo gemitus et ru
gitus ꝑpter relaxationez ⁊ de-
bilitatem virtutis motiue volū
tarie:nec dilatatur pect⁹ ⁊ mo-
uetur solito more.Et accidit ei-
dem mentis perturbatio cū di-
minutione ⁊ anihilatione ālhe-
litus: intantū ꝙ quasi suffoca-
tus esse videatur:et cum cona-
tur attrahere aerē:illud facit cū
impetuositate valida atꝙ forti:
vt restauret deperditum:⁊ facit
illud stertēdo propter pondero
sitatem et grauedinem cerebri
ab humore extraneo atꝙ gros-
so comprimente ipsum:sicut in
somnolgraui efficitur:⁊ dū dis-
soluitur humor ille:separatur
spasm⁹.¶Et diuersificatur hec
egritudo ſm diuersitatē grossi-
tudinis humoris ⁊ ipsi⁹ subti-
litatem.Et non solum ex humo
re opilante ventriculos hec ori
tur egritudo:verūetiam a vapo
re et fumositate ascendente ad
cerebrūz resoluto ab aliquo hu
more corporis extraneo ⁊ horri
bili.Et fiunt in hac egritudine
paroxismi sicut in febrib⁹ fieri
cōsueuerūt ex operatione ⁊ vir-
tute de supcelestiūz corporum.
Que quidem corpora a deo vi-
uo:⁊vero perfectionem ⁊ influē
tiam habere ⁊ recipere sciuntur
certissime et comprobantur.Et
videtur nō modicum:id quod
operatur luna in corporib⁹ in-
ferioribus q̄ a globo lune infe-
rius existunt.Nōne hic manife
statur in cucumeribus ⁊ cucur-
bitis:intantum quod a vulga
ribus consecularibus scitur cer
tissime atꝙ cognoscitur:et ita si
militer operatur etiam in om-
nibus aliīs rebus inferioribus
huius mundi:Quis nō ita cer-

tissime cognoscat. Et nonne cri sis sequitur motum lune: atq3 ex eodem efficitur. Eodem modo ꝛ species epilentie dicimus effici atq3 currere motu eiusdez atq3 cursu. Et scias quod epilentie que in senectute efficitur cura difficilis valde existit. Et que in somno accidit ꝛ dormiendo ex leui causa efficitur. quare ipsius cura leuis similiter esse probatur. Curam istarum duarum specierum vnam et eandē esse dicimus: nisi intātū quod diuersificantur in fortitudine ꝛ continuatione. ¶ Et principiū curationis istarum est rectificare regimē istoꝛu3: dādo eis pullos gallinaceos paruos: quoniam absolute ceteris carnib⁹ eos laudabilioꝛes esse dicim⁹: et panem mūdum ꝛ optime fermentatum: ꝓpinādo eis omni mane ad bibēdum decoctionem radicis lilioꝛum: ꝛ capillorum veneris: et radicis de ben: addendo in eadem decoctione postq̄ fuerit colata de melle in tāta q̄titate quod possit amaritudinem et sapoꝛem ipsius malū remouere. Et hic quidem medicina in hoc casu peroptima existit: purgando eos cū eadē vice post vicē pluribus vicib⁹: prout eis videbitur conuenire. addēdo eidem ea que virtutem ipsi⁹ medicine capiti habent depoꝛtare remouendo ab hoc omnez pigritiam. que. ℞. aloes agarici optimi ꝛ perfecti: turbith mūdi: besbeg idest polipodij recētis in grossitudine mediocris: epithimi cretēsis. añ. auř. vnū lapidis lazuli: et succi liquir. q̄ in arabico dicitur robtassus: benifseg. idest viole. salis communis añ. partes. iij. auř. vnū interioꝛis colloquintide: et sticados. añ. iiij. partē. auř. j. Incidatur colloquintida subtiliter: et cetere medicine pistentur. ꝛ infundantur omnes medicine ꝑter colloquintidam in aqua: in qua abluti fuerint coꝛtices seu squāme eris que in arabico dicuntur tubelhagonaz: cum tantūdem succi pomoꝛum dulciuz: et pone ad solem: ꝛ cum fuerint exiccate: iterū infundantur vt prius. ꝛ exiccentur: ꝛ deinde recipias colloquintidam predictam: cui addes auř. vnū amigdalarum dulcium pistatarum cū quarta parte auř. pulueris dragagā. ꝛ misce cū predictis. Et dosis hui⁹ medicine est pondus. v. auř. cum sero lactis: aut cum aqua distemperata cū decima pte sui sape. ꝛ bullita vsq3 ad spissitudinem mellis. Et si non purgabitur sufficienter cū hac dosi: addes in sequēti dosi q̄titatem secundum quod tibi videbitur conuenire: considerādo tempus: etatem: et complexionem recipientis: dietādo eū et rectificando cibum eius ꝓut tibi videbitur conuenire: ꝛ purgabis eum pluries cum dicta medicina: quonia3 iste humoꝛ pessimus ꝛ hoꝛribilis non euacuatur vice vna. Et suspēde ad collum eius radicē peonie. Et smaragdus in hoc similiter magnum effectum probatur habere. Et ia3 tibi memoꝛatus sum quod iste humoꝛ vnde hec oritur egritudo non potest esse nisi flegma aut melācolia. S3 ex quo istoꝛum oꝛta fuerit ista egritudo cognosces suis signis specialibus scilicet quia si etas infirmi fuerit senectus: signū est abundantie melancolie. Et si

Smaragd⁹

fuerit decrepitas flegmatis. Et
iterum aspicias personam pa=
tientis: considerãdo primo co=
lorem ipsius: quia si nigri colo=
ris fuerit et capilli ipsius simi=
liter nigri fuerint: testantur su=
perabundantiam melencolie:
et lenitas cum mollicie carnis
superabundantiam flegmatis.
Et iterum labor ꝛ exercitium ꝛ
paucitas comestionis: abundã
tiam melencolie significant: si=
cut delitie et quies et ociositas
testantur superabundantiam
flegmatis. Et scire debes quod
medicine que proprie habent
meliam trahere ꝛ purgare sunt
iste: scilicet epithimuz: lapis la
zuli: eleborus niger: et polipo=
Fle= dinm. ¶ Et que naturaliter fle=
gma. gma attrahere habẽt et purga=
re sunt interiora coloquintide
cartamus: bdelium: ꝛ semẽ vrti
ce: et aloes etiã purgat: atqꝫ ex=
pellit illud flegma quod coram
se reperitur esse: et flegma quan
do grossuz valde existit: tũc me=
lẽcolie assimilatur. Quare si di=
ctas medicinas ĩ laxatiuis suis
miscueris optimum erit. Et est
conueniens miscere antequam
purgationẽ facias: ꝛ non suf=
ficit miscere eas siccas: nisi mi=
scueris eas cuz aliqua re fluida
atqꝫ humida siue molli que in
se colligat virtutes earum per=
manendo sic in eadem per diez
ĩtegrũ ad hoc vt virtutes ipsa=
rum sese valeant penetrare et
intra se sic optime fermentent:
et postmodum ad solem exiccẽ=
tur: et demũ eis vtere sicut de=
cet. Sed si epilentia inuaserit
vigilando: tunc cura eius gra=
uis et difficilis valde existit: et
paroxismi eiꝰ longi valde exi=
stunt: et cura impossibilis est: ꝛ
maxime sensum. Et cura supra=
dicta alleuiat egritudinem et
diminuit paroxismos adiuto=
rio dei.

¶ Capitulum. viij. Quod est de epilentia procedente ex colli=gantia aliorum membrorum a cerebro.



Fit etiam epilen=
tia in cerebro ex
colligantia quo=
rundam membro
rum corporis in=
firmorum ad cere
brum: quoruz vie et canales ab
ipsis ad cerebrum existunt: vn=
de fumositates et vapores reso
luti ab humoribus malis ꝛ hor
ribilibus ad ipsum ascendere
possunt. Et cum ad ipsum ascẽ
dunt efficitur ab ipsis vapori=
bus spiritui animali id quod
accidit lumini solis ex fumosi=
tatibus et vaporibꝰ et destruũt
complexionem cerebri alteran
do animalem complexionem.
Et contrahitur cerebrum vt ex=
pellere possit a se nocumentum
veniens ad ipsum a mala com
plexione p̄dictarũ fumositatũ ꝛ
vaporũ: ꝛ inde efficit spasmus:
q̇ qdẽ epilẽtia nominat. Qua=
re si cognoueris ꝙ p̄dicta egri=
tudo ꝓcedat a manu vel a pe=
de: tunc ligare debes dictũ mẽ=
brum fortiter stringendo ante
aduentum paroxismi: qꝛ ex hoc
accidentia fortissime minuunt
studẽdo semper purgare corpꝰ
sicut diximꝰ: ꝛ rectificãdo regi=
mẽ ip̄oꝝ sicut preordinauimꝰ.
Et ꝯfert etiã alterare mẽbrũ. vñ
egritudo ꝓcedit post purgatio
nẽ: incipiẽdo a fricatiõe ipsiꝰ cũ
manu ante cibũ: ꝛ postmodum
cum pãno aspero: ponendo sup
ip̄m ex medicinis calīs ꝛ subtie

sibꝰ: sicut sulphur ⁊ similia. Et si fuerit delicatus valde solum modo pone oleum anetinum et sibi simile. Et propina ei ad bibendũ ex aquis termarum post quam fuerint infrigidate: et si non posses ex ipsis habere: da ei ex aqua mellis optime despumata: preseruando a cibis grossis: ⁊ sic liberabitur cum auxilio dei. Et est necesse omnino vt ꝓhibeas in omni specie epilentie ⁊ etiam in omni accidente malo cerebro superueniente alleũ ⁊ cepe ⁊ his similia: quoniã proprietatem habent magnam cerebrum perturbare: ⁊ abstineãt a fabis: quoniam ⁊ ipse proprietatem habent in perturbando ⁊ destruẽdo cogitatiuam. Et scire debes quod colligãtia maxima existit inter stomacuz ⁊ cerebrum: ⁊ hec certissime manifestatur: quãdo humor acutus ac inflammatus valde in stomaco esse reperitur: quia intellectꝰ destruitur: ⁊ infirmꝰ totaliter alienatur. et similiter videre potes quod quando in cerebro alicuius colera superabundat: multotiens coleram vomet ⁊ in stomaco sentiet mordicationem. Et spasmus quidem qui epilentia nominatur: possibile est vt ĩ fine perducat vel deueniat ad perturbationem intellectus: et specialiter cum fuerit ex melencolia: vel ecõtrario perturbatio intellectus faciat venire epilẽtiam. Et hec erit secundum humorem peccantem: ⁊ secundum preparationem membri ad recipiendum: quoniaz non omnis epilentia orta ex melencolia facit perturbationez intellectus: nec omnis perturbatio intellectus ex melencolia habet inducere epilentiam. Sed hec reperiuntur euenire solum quando humor est melencolicus. Et ex flegmate minime. Et possibile est etiam quod perturbatio intellectus fiat ex humore colerico ⁊ acuto qui in principio adustiõis existit: ⁊ ex hoc impossibile est epilentiam procreari. Et istius epilentie tres sunt spẽs. Quarum prima est que ex melẽcolia orit. Secũda que fit ex flegmate. Tertia que ꝓcedit a vapore seu fumo resoluto ab humore aliquo malo ⁊ horribili existẽte in aliquo membro inferioris corporis ad cerebrum ascendente. ⁊ perturbatio quidem intellectus accidit ex melencolia que profundata est in venis ipsiꝰ cerebri: ⁊ in substantia eiusdem: ⁊ potest etiam euenire ex humore melencolico in stomaco existente. Et istius speciei est alia que est leuis: et alia que grauis existit. Illa vero ꝑturbatio que est ex melẽcolia profundata in venis ipsius cerebri possibile est: vt in eisdem solummodo existat: ⁊ possibile est etiam vt idez humor horribilis non solum in eisdem: verumetiam in ipsis et in substãtia ipsiꝰ cerebri esse reperiat. Et que ĩ venis tm̃ existit: eius curã leuẽ esse dicimus: cognoscẽdo qd accidẽtia istiꝰ egritudinis grauia atqꝫ leuia existũt: secundum ꝓpinquitatẽ et elongationẽ ipsius materiei ad substãtiã cerebri. Quare ĩ curatione istiꝰ incipere debes ab infusione capitis cũ oleo amigdalarum: cõtinue odorãdo poma aromatica: ⁊ comedat amigdalas que nocte vna fuerint infu- Oleo amigdalarum.

ſe in aq̄.⁊cibꝰ eos teſticulis gal
lorum minuentum ⁊ alis ipſorum.
Et fac eos iacere in molli lecto:
elongando eos ab omnibus ac
cidentibus fatigantibus ani-
mum .⁊ elongando eos ab om-
nibus cogitatiōibus malis. Et
propina eis ad bibēdum aquā
infuſionis liquiritie .conquaſſa
te.⁊ panis ſit albiſſimus ⁊ flora
tus valde. ⁊ ſic liberabitur cum
auxilio dei. ¶ Et ſi ſcieris qđ
dictus humor ſit profundatus
in ipſa ſuba ipſiꝰ cerebri.⁊ ſcies
hoc ex fortitudine accidentium
⁊ continua perturbatione intel
lectus tunc cura difficilior val-
de exiſtit. ⁊ tempꝰ prolixius ad
curandum: tamen cum eodem
preſcripto regimine eſt curan-
dus.Et melancolia in toto cor-
pore fortiſſime ſuperabundaue
rit.quod cognoſces ex colore ſan
guinis extracti ex baſilica ſini-
ſtri brachij qui niger valde exi-
ſtit: quod ſi ſic fuerit minue de
eo prout etas ipſius requirit et
virtus ⁊ complo ⁊ regio et tem-
pus.Sed ſi ſanguis dictus val-

Sanguis rubeꝰ ñ eget minutione.

de rubeus fuerit non eget tunc
aliqua minutione.Et cū cogno
ueris ſenguinem nigrum in ve
nis abūdare:ſtudeas primo an
te flōmiam corpus humectare.
et humorem ſubtiliare: et fac ei
hunc ſyrupum compoſitum in
quo virtꝰ liquiritie et vue paſſe
⁊ iniube ⁊ flos bugloſſe preabū
dare reperiatur ponendo cum
predictis id quod totuz corpus
habeat confortare.⁊ſpeccialiter
cerebrum : ſicut maſtix. et pone
etiā cū eodem que habeant ſub
tiliare abſq̧ calefactione :ſicut
eſt flamula:⁊eupatorium:⁊ que
ſint aromatica et confortantia
ſpiritū animalem ſicut ſunt po-
ma: ⁊ non eſt in pomis id quod
in flamula et eupatorio de ſicci-
tate. Et in hac egritudīe ſiccita
tem conſiderare debemus pre
ceteris rebus : elongando nos
ab. ipſa toto poſſe: ſed de ne-
ceſſitate oportet nos vti ea in
hac egritudine . Aliquando
propter eorum ſubtilitatem : ſi-
cut eſt flamula ⁊ eupatorium.
¶ Et hec eſt compoſitio ſyrupi
rememorati.℞.liquir . paſſula-
rum enucleatarum: iniube:flo-
ris bugloſſe. ana. ℥.vnā. capil-
lis veneris . flamule.eupatorij.
ana.partes.iij.℥.vnius . maſti-
cis.℥.ß.que ſunt conquaſſanda
conquaſſa:⁊ponantur in.xv. li-
bris;aque per noctem vnam.et
mane ponātur ad lentum ignē.
⁊bulliant vſq̧ ad cōſumptionē
tertie partis et colentur.Et mi-
ſceantur illi decoctioni ex ſucco
pomoꝝ aromaticorum libre.iij.
cui miſcebis zuccari libras.x. ⁊
bulliant vſq̧ ad decoctionem ſy
rupi. de quo propinabis īfirmo
omni mane.℥.ij.cum.℥.vj.aque
ad bibēdum.Et infra diem ali-
quid partuz de eodem miſcebis
cum aqua ad bibendum quan-
do ſitit.Et hec eſt medicina la-
xatiua que competit huic egri-
tudini.℞.polipodij recētiſi ſub
tilitate⁊ groſſitie mediocris:epi
thimi.lapidis lazuli . ana aur̄.
duos. elebori nigri et beneſteg.
ideſt viole ana aur̄. vnum inte-
rioris coloquintide albe⁊ matu
re.⁊ diagridij.⁊folia colo quinti
de.⁊ ſal.⁊.℥℥.et allei.ana quar-
tam partez aur̄.vnius.Incidat
colloquintida ſubtiliter:⁊ miſce
cum ea duplum eius medulla-
rum amigdalaꝝ:⁊ tm̄ q̄ntū eſt
coloquintida ex puluere dragg.
alborum et miſce omnia predi-

eta cum electuario facto ex po-
mis odoriferis confectis cum
zuccaro. Et de hac confectione
recipere debes pond⁹ aur. viij.
cum aqua calida. Et si ista dosis
non facit operationem suā cō-
pletam adde eidem aur. I. Et
cum optime purgatus fuerit:
ciba eum gallina elixa in aqua
cum modico sale et oleo ꝛ pane
optimo fermentato. Et si vult
potest buglosam in predicto iu-
re elixare: ꝛ ipsaz cū pane come
dere: ꝛ si non reperietur buglo-
sa loco eius ponat siclas scilicet
bletas condiendo eas cuz oleo
amigdalaruz: elongando se ab
omnibus cibis grossis ꝛ ab om
nibus fructib⁹ exceptis passu-
lis enucleatis. Et si vult masti-
care lambendo succum pomoꝝ
aromaticoruz facere potest. Et
bibat syrupum prescriptum in
cibo ꝛ extra cibum sicut dixim⁹.
Et in lebete in quo sua cibaria
decoquuntur apponatur liga-
tia bizanciorum vna puri auri
donec decoquuntur.

¶ Capitulum. ix. Quod est de
mirach que fit a partibus infe-
rioribus.



Ed pertur-
batio intel-
lectus que
ex stomaco
habet pue-
nire: aut ex
mirach: aut
a calidita-
te forti pce-
dente ex aliquo mēbro pncipa-
li: esto certus ꝙ illud fit causa
colere ignee: aut ex apostemate
facto intestino ꝙ fundo stoma-
chi est cōiunctum: vnde humo-
res aduruntur. Qui quidem hu
mores colere nigre demū ptin-
gere videntur: et exinde puenit
inflatio oris stomachi ppter de
bilitatem vtutis digestiue: ꝛ ru
gitus in vētre: ꝛ anxietas in ho
ra digestionis. ꝛ aliqñ euomit ci
bum indigestum. Et causa hoꝝ
accidentiū est calor extraneus.
Et iam declaratum est ꝙ calor
extraneus impedit operatiōes
caloris naturalis: eo ꝙ calor na
turalis coquit ꝛ digerit cibum ꝛ
calor accidentalis adurit ipm: ꝛ
conuertit in fumos malos. ꝛ ex
istis vaporibus ꝛ fumositatib⁹
accidit simile ei quod accidit ex
humore adusto coniuncto cere-
bro. Et sequitur ex hoc pturba-
tio intellectus ex melācolia. Et
diuersificantur accidentia secū- Diuer
dum diuersitatem vaporum et sitatē
differentiam specierum vniuscu vapo-
iusqꝫ in grossitie et subtilitate. ꝛ rum.
sm appropinquationem natu-
re ipsorum ad naturam fumi ca
lidi valde vel ad naturam fumi
non multum calidi. Et quidam
infirmi sunt qui timēt id quod
nihil prodest, eis scz mortem. et
quidā sunt qui omni affectu de-
siderant mortem ipsam. Et qui-
dam sunt qui conātur toto pos-
se iactare seipsos in aquam. Et
quidam qui cogitant ea q̄ sunt
valde peruersa et extranea: sicut
quidaz qui cogitabat facere pla
centulam in vno puteo: et fecit
emi salmam vnam farine. ꝛ ius-
sit seruientibus suis vt ipsaz in
puteum proijcerent et pedibus
ipsaz optime malaxarent: quod
facere noluerunt. Sed cum ille
fortis et probus esset accepit ar
ma sua: et illi territi suam fece-
runt voluntatem scilicet proie-
cerunt farinam in puteo: sed in-

tus intrare minime voluerunt.
Et cum hoc vidisset infirm⁹ in=
trauit ipsemet nudus:ꝛ incepit
miscere farinam suis pedibus.
deinde exiuit ꝛ conuocatis pro
pinquis suis ordinauit vt de il
la comedere deberent. Qui cuꝫ
hoc vidissent timuerunt ne se=
ipsum occideret et ligauerunt
eum ꝛ duxerunt ipsum ad me:ꝛ
curaui euꝫ. Et alios vidi quam
plures habentes perturbatio=
nem intellectus:qui loqueban=
tur de rebus quas nunquam vi
derant:ꝛ imaginabantur se eas
vidisse. Etiaꝫ recordor cū essem
cum patre meo studens coram
ipso in medicina: qui vocatus
fui ad eundum ad fratrem de
bētamin dominum sibilie:ꝛ in=
ueni eū qđ iam cogitauerat qđ
mors ipsum detinuerat: et non
poterat loqui nec se mouere mo
tu locali: sed pulsus eius mini=
me manifestauit priuationem
motus ipsius immo complexio
nem calam ex humore calido
existente in stomaco demonstra
bat. Cui propinaui ad bibendū
aquam rosatam cum succo po=
morum:ꝛ aquā mente cum mo=
dica quātitate pulueris sanda=
lorum et masticis. Et inde alle=
uiatus fuit aliquantulum ab
egritudine: tamē illa imagina
tio fantastica nō recessit. Et ego
non poteraꝫ cogitare quid hoc
esset: et cōtinuaui stare cum eo
die ꝛ nocte:ꝛ cognoui quod egri
tudo ipsius aliquando augmē=
tabatur et alleuabitur aliquan=
do. Quare autumaui quod hoc
esse nō poterat nisi a re extrin
secaꝫ ꝛ querēs eū cum toto posse
nō poteram inuenire. Sed qua
dam die querens bibere porre=
xerunt mihi potum in vase ipso
cum quo frater bentamin bibe=
re cōsueuerat:ꝛ percepi in aqua
illa extraneum saporem: quare
ipsam non modicum abhorrui:
et dicta aqua erat aromatizata
cū modico odore horribili:qua=
re non cessaui fortiter exclama=
re dicēs. Quomodo poterit iste
domin⁹ liberari cum quotidie
eum potetis toxico? vnde qui=
dā ex ministris suis mihi cepit
fortiter supplicare vt tacere de=
berem: et non abstinui propter
hoc eo quod si tacuissem: maxi=
ma fuisset proditio: quare scitū
fuit quod in aquam cum qua
ipsum potabant ponebant car=
nem putridam ꝛ fortiter exicca=
tam ꝛ tritam ligatam in pecia:
ꝛ quādiu aqua illa putrida mo
rabatur in stomacho ascende=
bant ab ipsa vapores mali ad
cerebrum ꝛ perturbabant intel
lectum. Et medici omnes illius
regionis laborabant circa cura
tionem illius: et non potuerūt
eum curare: donec frater ei⁹ cuꝫ
elongauit a sibilia: et pro certo
tunc remota fuerunt ab eo illa
mala accidētia: quoniam illud
faciebant sub spe auferendi pe
cuniam ipsius. Et ego eum vi=
di post remotionem eius a sibi=
lia optime liberatū: ꝛ in suo in=
tellectu restitutum: ꝛ hoc recita
ui vt sit tibi similitudo qđ quē=
admodum perturbatio intelle=
ctus accidebat illi a vapore ascē
dente a stomaco ad cerebrum
ex aqua illa infecta ab extrinse=
co recepta: ita euenire pōt ptur=
batio intellectus ex humore cor
rupto in stomaco continue exi=
stente: aut ab humore veneno=
so fixo in carnositate stomachi

vel in vilis eiusdem: qui quidē
in stomaco tandiu perseraue
rit: donec in ipso mala sui com-
plexio infigatur & confirmetur.
Et quando dicta complexio val
de mala existit: tunc ibidē apo-
stema oritur & confirmatur. & qñ
ibi diu perseuerauerit: ascēdūt
ab eodem ad cerebrum fumosi
tates male: et fiunt ab eisdez in
cerebro accidentia mala ſm na
turam ipsarum: sed ipsa mala
complexio non remouetur a ce-
rebro nisi cum magna difficul-
tate: & post longitudinem tem-
poris: et nunc intendo comple-
re curam perturbationis intel-
lectus que a stomaco et suis co-
herētibus habet prouenire. Et
est hoc quod primo incipere de
bes ab his que infrigidare ha-
bent temperate. Et cuz hoc sint
humida in sua cōplexione quā
uis infirmus humide comple-
xionis existat: apponendo cum
predictis omnino stiptica habē
tia modicam subtilitatem pro-
pter proprietatē iuuamenti sti-
pticitatis tēperate vnicuiqꝫ mē
bro: et maxime stomaco. Et con
fert etiam syrupus iste. ℞. liqui
ri. mūdate. ℥. iiij. et pone eam ad
lentum ignē cū libris sex aque.
post infusionem ipsius in dicta
aqua per noctem vnam. et bul-
liat vsqꝫ ad consumptionē ipsiꝰ
medietatis et cola eam. et adde
illi colature de vino malorū gra
natorum dulcium libras tres. &
succi pomorum dulcium libras
duas: & de decoctiōe prunorꝫ col
lata lib. j. succi pirorum. ℥. iiij.
masticis: et ligni aloes. añ. aur.
ij. tere has duas res. et pulueri
za. et liga in pecia. et pone om-
nia ad lentum ignem cum se-
ptem libris zuccari. et bulliant
spumando ea continue donec
bullierint: et bulliāt vsqꝫ ad spis
situdinem. Et de isto propina-
bis ei omni mane. ℥. j. cum. ℥.
iij. aque ad bibendum: et cum
sitierit, infra diem dabis ei de
eodem ad bibendum valde tē-
peratum cum aqua frigida: et
stude in regimine ipsius equā-
do eum dando sibi pullas ma-
gnas decoctas cum vino grana
torum: et succo pomorum: po-
nendo aquam simplicem cum
eisdem cum tanta quantitate
ipsius aque rosate: non ponen-
do aliquid de speciebus nisi so
lum de coriandro. addendo ali
quid olei cū valde modica quā-
titate salis: abstinendo a come-
stione rerum dulcium in exces-
su. et a rebus salsis: et ab omni-
bus grossis in sua complexiōe.
Et de fructibus comedere po-
test granata dulcia solum: et nō
nocet ei masticare post cibum
de piris lambēdo solum de suc-
co ipsoruz. Et si putas quod in
stomaco eius sit humor horribi
lis calidus aut in concauitate
ipsius: aut imbibitus in substā
tia et carnositate eiꝰ: aut inuis-
catus seu coniunctus in orifi-
cio portonarij inferioris stoma
ci: propinabis ei ad bibendum
aur. ij. ex aloe. Et si fuerit fortis
virtutis dabis ei tres cum octa-
ua parte aur. vnius ex scamo-
nea et octaua parte aur. ex ma-
stice cum aqua lactis et succo
pomorū añ. Et si lac fuerit coa-
gulatū cum flore cardonis gar-
zi erit melius in hac egritudi-
ne cauendo omnino ne medici
naz laxatiuam exhibeas donec
egritudo fuerit i sua fortitudie

et augmento eo q laxatiuum quãuis fuerit rectificatum ꝛ tẽperatũ quãtũ plus possibile fuerit: impossibile tñ est quin propter acuitatem ꝛ motũ ipsi⁹ nõ cõmoueat et generet grossitiem et duritiem similem apostemati:cũ adiutorio humoris mali q̃ in stomacho existit. Et cum dico grossitiem similẽ apostemati:intẽdo grossitiem que in mẽbro preter naturã generatur:sicut accidit in manibus illoꝝ qui vogãt seu nauigãt de tumore:ꝛ illis quibus in aliquo mẽbro ponitur id quod tumorẽ generat:sicut est ptasia:ꝛ synapis. et similia.Et cuꝫ dico apostema intendo humoreꝫ vel humores coadunatuꝫ vel coadunatos in aliqua parte corporis ꝛ ex quib⁹ pori illius partis corporis opilant intantũ q nõ fit pulsus in illa parte sicut prius . Et omne apostema est tumor pter naturam:sed non cõuertitur.s.q omnis tumor pter naturã sit apostema . Et postquam quieuerit fortitudo grossitiei que apostemati assimilatur:qd ignis persicus nominatur: vel gutta rubea tunc post spacium temporis remittitur eius acuitas ꝛ rubedo ipsi⁹ manifeste diminuitur:qm quãdo collectio alicuius humoris in aliqua parte corporis existit absq putredine ꝛ corruptione:tunc natura intendit ad dissolutionem tantũmodo:sed si illa collectio cum putredine ꝛ corruptione fuerit:illud fit ex calore naturali ꝛ accidentali simul qui in eo existũt:ex quoꝝ actiõe et operatione digestio efficitur et completur in predicto humore:eo q calor naturalis solus nõ conuertit humorem ad saniem: sed ad nutrimẽtum appropriatum nature membri soluꝫ: ꝛ ita calor accidentalis solus nõ põt humorem aliquem ad saniẽ deriuare:sed facit speciem complete corruptionis: quam quidem corruptionem natura paulatine a membro expellit ꝛ eliquat eam et dissoluit:et tũc cessat fortitudo caliditatis illi⁹ propter actionem caloris naturalis.Et cum dico calor naturalis intendo spirituꝫ cuius fundamentũ est epar ꝛ cor:ꝛ hi calores ambo sunt custodes et conseruatores corporis totius et calor accidẽtalis impedit operationes istorum inquantum potest:ꝛ aggrauat corpus : et contristat ipsum et fatigat. Et iste calor innaturalis aliquando fortificatur in tantũ q facit euenire febres diuersas cuꝫ paroxismis:ꝛ alique ex eis sunt interpolate:ꝛ alique sunt continue permanendo sic donec liberantur: vel moriunt. Et ex isto calore accidentali putrescũt corpora mortuorũ: ꝛ dissoluuntur continuitates membrorum ipsorum. Et quãdo deficit calor naturalis a regimine corporis alicuius:accidit illi id qd euenit corporibus mortuorũ a calore putrido accidẽtali de liquefactione ꝛ dissolutione continuitatis membroꝝ.Sed laus sit altissimo creatori: qui posuit calorẽ naturalẽ ad tutelam ꝛ defensionem predictorũ.

¶Cap.x. Qd est de opilatione.



Hec egritudo multotiens accidit cã sparsionis seu deriuationis humorũ ad aliqua mẽbra parua q̃ opilãt loca suarũ expirationũ et fenestras

nestras ipsorum: intantum quod calor naturalis ibidem non potest peruenire. quare de necessitate illic oritur calor accidentalis. Quapropter velociter denigratur membrum illud: et putrescit. et separatur continuitas illius. Et si ipsum tetigeris in principio sue denigrationis inuenies id calidum. et istud est manifestum quod hoc est propter calorem accidentalem ex quo membrum putrescit. Et hec opilatio multas habet species.

¶ Caplm. xj. Quod est de apoplexia.



Hec egritudo quando accidit alicui velociter atque subito motum ipsius atque sensum habet auferre quare si priuatur ex toto sensus et motus. moritur infirmus omnino antequam possit iuuari a medico: et suffocatur propter priuationem motus pectoris. Sed si de motu voluntario aliquid remanserit ille motus expellit suffocationem. Et quia in hac egritudine frigiditas super ipsam complexionem dominari reperitur. ideo minor quantitas anhelitus sibi sufficere poterit: quam tempore sue sanitatis facere consueuerat. eo quod frigiditas habet multum minuere necessitatem anhelitus. Et apoplexia quidem oritur ex sparsione humoris grossi: qui in vltima frigiditate existit: et grossicie ad loca nobilia cellularum cerebri donec integre repleantur et quanto humor faciens istam egritudinem maioris fuerit frigiditatis: tanto tardius accidit et paulatine efficitur. et accidentia lentius et tardius oriuntur et non subito. Ergo oportet te studiosum esse in cura istius incipiendo abvnctione capitis cum oleo rosato in quo sit decima pars ipsius de balsamo postquam fuerit calefactum et desuper pone peciam vnam lane vnctam ex eo que sit aliquantulum grossa. et fac eum odorare odores bonos calidos: sicut est alkitram et muscum vnumquodque per se. Et si cum alkitram miscueris aliquid de musco: inuenies illud maxime iuuamenti. et odorare nigellam similiter multum valet: et etiam odor sigilli sancte Marie confert multum. et si cognoueris quod aliquid possit deglutire distempera aureum semis de tyriaca alferum antiqua cum melle. et propina ei. et vnge extremitates eius cum oleo masticino dando ei etiam de eodem aliquid ad bibendum et ablue pedes eius et crura cum aqua calida. Et si de anhelitu fuerit alleuiatus fac eum sternutare semel vel bis tantum cum licinio posito in naribus: et si videtur meliorari non tardes purgare eum cum medicina laxatiua que istum humorem habeat euacuare. Et quia hec egritudo non expectat digestionem humoris et incisionem eiusdem ideo necesse est tibi vt in sua medicina laxatiua apponas ea que fortiter habeant incidere: sicut est acetum et sinapis. et ea que deferant virtutem medicine ad caput: sicut alleum. Medicina perutilis ad hanc egritudinem. Rx. oppoponacis: seminis vrtice: polipodij: bdellij: passularum enucleatarum. salis. et sinapis. ℥ʒ. an. aur. j. medulle. cartami: et seminis feniculi recentis. an. quartam partem. colloquintide femine: et ma-

Medicina.

ture:tertiam partez aur.vnius. grana catapucie duo. Incide colloquintidem ⁊ misce eam cũ tantundem plueris dragagã.⁊ misce omnia predicta ad modũ electuarij cũ syrupo facto ex cortice citrorum.et masticis. añ. et dosis eius sit aure. v. Et si non est sufficiens purgatio.adde aureum vnũ et distemperetur cuz aqua decoctionis masticis in qua sit odor eius sufficiens. Et esto certus quod hoc est bene ex laxatiuis isti egritudini conuenientibus. Et caue tibi omnino ne misceas aquam cum aliqua re quã capiti apponere volueris. Nec potabis eum nisi sitim habuerit validam: et spero si egritudo non interficit subito sed expectauerit aliquantulum et ipsum purgaueris cum predicta medicina: quod alleuiabuntur accidentia: et continuando hanc curam liberabitur omnino.⁊ scias quod ille qui patitur apoplexiam: si magnum spaciũ habuerit inter vnum anhelitũ et alium.et illum fecerit cuz duritia ⁊ grauedine: mors eius est propinqua. Et ciba eos columbis siluestribus quorum capita et colla sint abscisa: et decoquũtur lento igne.⁊ postmodum pistentur carnes earum et colentur: et propinatur ius illud eis: quoniam hec medicina est eis cibus conueniens valde. Et si possent comedere da eis carnes eorum: quia est eis medicina appropriata: et passeres etiã assate vel subfrixe in sartagine cum almuri eis vtiles valde existunt. cauendo eos ab omni cibo frigido et grosso.

Silue strib⁹ colum bis.

¶ Capitulũ.xij. Quod est de cõgelatione.



Hec egritudo oritur ex complexione frigida que dominatur super cõplexionem cerebri. Et cura eius lenior existit cura apoplexie prescripte. vnde sufficit tibi fricare caput eius mantili. et postmodum desuper spargere puluerẽ subtilem gariofi. precipiendo odorare muscum et ambram et confert etiam in hac egritudine eis odorare dendrolibanum et sansucum et mentam et basilicon et subfumigare eum cũ galbano et ambra: et ciba eum passeribus ⁊ pullis columbinis volantibus siluestribus: et canabir: et anatis assatis vel decoctis in sartagine cum almuri. aut in sartagine decoctis in furno. et frica corpus totum fricatione communi inter fortem ⁊ lentam. et aqua eius ad bibendum sit aqua termarum si poteris inuenire. Si nõ posses habere de hac aqua: fac ei sirupum de cortice citrorum et masticis añ. cum zuccaro. et da ei ad bibendum cum aqua. Spero enim quod isto regimine redibit infirmus ad propriam sanitatem deo dante.

¶ Capitulum.xiij. Quod est de subet.



Hec quidem egritudo oritur quãdo hũiditas mala multa abũdauerit in substantia cerebri cum fortitudine et ei aliquid frigiditatis fuerit associatum. Sed si qualitas humiditatis fortiter dominatur absq; dominio aliarũ qualitatum. s. frigidita-

ris et caliditatis:sed fuerint due temperate et equales:aut caliditas parum ab equalitate fuerit egressa:tunc nõ oritur subet: sed generatur somnus magnꝰ atqȝ plirus et profundus. Et scias qꝫ subet nõ fit sine gemitu vel stertatiõe: sicut apoplexia similiter non reperitur absqȝ forti et graui stertatione et gemitu: sed leuis stertatio seu gemitus sicut passus fui longo tempore nõ est aliqua significatio super his. Et cura huius egritudinis est odorare pentafilon et semen basiliconis et gariofilos:et rutam. Et iterum omnia predicta pistẽtur subtilissime: et spargantur super cutem totius capitis. Et distilla in aurem infirmi parum balsami. vngẽdo similiter nares ipsiꝰ cum eodem. Et propina ei omni mane ieiuno stomaco ad bibendum quartam partem aur. j. de optimo balsamo. Et combure coram eo de tamarice et scala. et fac impastare panem eius cum aqua infusionis maratri. et da ei ad comedendum de dianiso. Et si cognoueris qꝺ humiditas p̃dicta fuerit ex abũdantia flegmatis in stomaco. purga eum cum hoc catartico. ℞. seminis vrtice et agarici. ãn. aur. iiij. polipodij. aur. ij. colloquintide quartam partem aur. j. Incide eam subtiliter: et misce eam cum granis pini bene pistatis:deinde istam cum omnibus predictis malaxa. et fac magdaleonem cum decoctione feniculi. et de hac confectione da bis ad bibendum infirmo aur. v. cum decoctione feniculi calida. Et si non purgatur sufficienter adde aur. j. Et fac custodiam sicut conuenit laxatiuis: et fac enim sternutare ponendo in naribus suis licinium coti. extirpando aliquando pilum vnum vel duos ex naribus. Et fac euȝ subfumigari cum alchitran et thure.

¶ Capi. xiiij. Quod est de firsen calido cum alienatione.



Ec quidem egritudo generatur ex aliis egritudinibꝰ et suis causis:quare accidens earuȝ ipsam esse dicimꝰ. Sed postquam in cerebro cõfirmata fuerit indiget cura speciali et propria. Et accidit, hec egritudo aut ab humoribus acutis et mordicatiuis existentibus in stomaco: a quibus resoluuntur fumi et vapores: qui ascendendo ad cerebrum colliguntur in eo. aut oritur a febre acuta valde calidissima atqȝ forti: que facit fumositates caput ascendere: aut forti caliditate sol': aut ab aliis causis facientibus vel procreantibus immensam caliditatem. Quare si confirmata fuerit egritudo et accidentia ipsius fuerint fixa atqȝ mansiua: indiget cura speciali. Sed si non fuerit confirmata egritudo neqȝ fixa: remouetur remota causa ipsius. vnde in illa que fit a caliditate solis sufficit tibi apponere capiti ipsius oleum rosaceȝ:in quo rose pluries sint iterate: et infrigidatum in puteo: iterando pluries et frequenter:et sic omnino liberabitur. Sed si fuerit ex caliditate ignea procreata ab humoribus acutis et calidissimis existentibus in stomacho non suf-

Cura.

ficiet cura predicta: sed oportet vt sis studiosus ad infrigidandum stomacum. Quare si predicti humores fuerint in concauitate stomachi euacua eos p vomitum: et tunc remouebitur causa. Et si fuerit a caliditate ignea procreata a febribus intensiuis siue fuerint conclusе et inseparabiles: siue non: tunc omnib9 modis, oportet te cōplexionem ei9 infrigidare: cum magna cautela atqз studio: eo quia febris si fuerit ex putredine: et tu multiplicaueris infrigidantia in curatione ipsius: ingrossabis materiam: et etiam si esses tam excellentissimus in scientia medicinali sicut fuit archilinus: non posses plenarie frangere febrem putredinalem solum cum frigidis absqз lesione et nocumento caloris innati: si hoc feceris cuз virtute primarum virtutum vel operationū. Et si infrigidabis temperate: possibile erit φ franges fortitudinem febris sine nocumento caloris innati. Et etiā hec frigida temperate non debes exercere nisi post apertionē opilationis cum rebus subtiliatiuis et incisiuis et digerentib9 humorem. Et ea que faciūt hāc operationem sunt medicine calide: quoniam operatio calidarum rerum adiuuat ad conseruationem caloris naturalis: et ipsum auget: et remouet radicē putredinis. Et ista non possunt fieri cum medicinis predictis frigidis temperate nisi eis miscueris incisiua et aperitiua: et hoc non facimus vt calefaciamus naturam: cum sit superflue calida sed intendimus causam putredinis remouere aperiēdo opilationes et subtiliando atqз scindendo humores. Sed si intendis frangere fortitudinē caloris innaturalis absqз putredine: fac cū medicinis infrigidantibus: que non transcendant finem secundi gradus. Et esto cōtentus in his specialiter in ista egritudine. Et miscere acetum cū istis medicinis est valde vtile. Quoniam est vehiculum et delator aliarum medicinarū ad membra ad que minime ptrāsire possent absqз eo. Et est necesse vt he medicine sint frigide actu et potentia. et non sufficit frigiditas earum potentialis nisi īfrigides eas ponēdo ipsas in aerem frigiduз scilicet in puteo frigido: vel ad ventum. Et cum fuerit egritudo pone petiā lini madefactam in niue super caput eius. Et non tradas obliuioni φ cerebrum inquantum est cerebrum est frigide complexionis: et propter hoc non potest sustinere frigiditatem actualem in excessu sicut possunt alia mēbra que nō sunt frigida. Et esto memor que et qualia accidētia pessima ipsi cerebro habeant puenire ex superflua frigiditate: et pro tanto non debes frigida in excessu in ipso superflue iterare. Et potabis eum cum aqua rosata et aqua citrulorum. quaruз partes sint equales cum quarta parte ipsarum de aceto: et cum isto potu etiā potes ponere micam panis lotam ad comedendum. Et erit ei cibus vtilis valde et medicina et longinquus ab omi putrefactione. Et si hoc syrsen fuerit ex causa seu egritudine alicuius alterius membri nervosi: non poterit remoueri vllo modo nisi remoueatur causa. Et si fuerit ex apostemate visibi

li apparente in aliqua parte corporis:et non fuerit infirmus in principio sui flobotomatus:emplastrizabis locum hoc emplastro.quod.℞. floris camomille: seminis lini pulnerizati et farine ordei.Et misce cum oleo rosato.et si cũ hoc dissolnitur est bonum.ergo illo vti debes. Quod si dictum apostema ad saniem deuenit: stude in maturatione eiusdem:ꝛ postmodum aperies ipsum euacuando saniem: et facta apertione cum euacuatione saniei remouentur accidentia. Et quod remanet post apertionem:stude ad digerendum cuz mica panis albi impastata cuz decoctione pedum arietis. Sed si predictũ apostema ad saniez non deuenerit:tunc primo ipm flobotomare debes:ꝛ postmodũ circa resolutionem intendere debes frangendo caliditatem ipsarum cum predictis.addendo ꝑdicto emplastro sticados et radices yringorum. Quoniam sticados admirabilis efficacie reperitur esse in hoc casu:et iam tibi sufficiēter ꝺclarata est cura isti⁹ egritudinis:que est perutilis oibus febribus cũ quibus est apostema siue fuerit intus: siue extra. Et cibus eorum sit farinata ordei vel panata clara:aut mica panis pluries lota:sumendo in potu aquam ordei.

¶Cap̄.xv. Quod est de priuatione intellectus ex frigiditate.



Erturbatur quidē intellectus ex mala complexione frigida ꝛ sicca qñ iaz est fixa et radicata in ipsa substantia cerebri. Et accidũt ex ea vigilie: sicut ex necessitate vmbra seu tenebrositas tempore plunie esse reperitur:cui subueniendum est ponendo oleum ro. super caput patientis in maxima quantitate. Et etiam de eodem apponere debes in naribus et auribus eiusdem. Et balnea eũ in aqua tepida dulci inducendo ei letitiam toto posse.et fac ei omnem quietem et suauitatem elongando eum a mulieribus. Et fac eũ odorare linguam bouinam : et mala aromatica. Et non obliuiscaris cum hoc toto ipsum purgare ab humore frigido ꝛ sicco. et hoc facere potes cum polipodio recenti optime conquassato : ponendo id ad coquendum cum gallo veteri : cui crura sint fracta et omnia alia sua ossa cũ suis pulpis sint optime contusa in aqua dulci cũ modico olei et salis:et coriandri recentis : et cum perfectissime fuerit decoct⁹ exprimendo fortiter coletur : et in illa colatura iterum decoque ℥.j.polipodij:recentis ꝛ postmodum cola:et propina illam infirmo ad bibendum in ieiunio. Et si cum hac non purgatur decenter:scias quod eius egritudo est male dispositionis:quare oportet te redire ad purgandum ipsum cum medicinis laxatiuis predictis purgantibus melencoliam.

Polipodio

¶Capitulum.xvj. Quod est de mania.



Accidunt hec egritudo: scilicet mania et destructio intellectus ex mala complexione vaporum ascendentium ad caput:siue sint calidi:siue frigidi. Et si causa fuerit calida sunt oino sine timore: et specialiter si caliditati siccitas fuerit associa-

ta. Quod si dicta mala complexio fuerit vniuersalis toti corpori: ita quod sit insita et radicata in corde: tunc quando sanguis eius ebullierit: mania efficitur pessima atq3 fortis: et si perseuerauerit mania tandiu quousq3 ad timorem aque deueniat infirmus: et ab ipsa fugiat: mors eius est propinqua. Et hec accidunt pluribus animalibus: scilicet leonibus: canibus: equis: mulis et asinis: et iã accidit q̃d quidam mulus voluit mordere quendam hominem: et homo versus est in fugam vadens per viam vnam strictam,: et mulus sequebatur eum: qui cum peruenisset ad introitum talis stricti et breuis infixit se ibidem: et cũ non potuisset exire propter stricturam et breuitatem: mortuus fuit ibidem. Et hec egritudo transfertur ab vno animali ad aliud eiusdem speciei: et etiam alterius speciei: et hoc accidit secundum preparationem complexionis et nature vniuscuiusq3 ad recipiendum dictam malam complexionem: sicut apparet in ramis arborum quoniam habiliores sunt ad recipiendu3 actionem ignis quam grosse arbores: et oleum etiam citius recipit complexione sua et natura sua operationem ignis qua3 faciat semperuiua que frigida existit. Et in hac mania quod dam mirabile reperitur: quia si collectum fuerit de vrina istius in quantitate multa in vrinali vitreo: videbis quod clarificabitur vrina: et sine dubio videbis intus formas calculorum natantes: et si ipsam colaueris per pannum subtilem nullum vestigium illorum seu signum in pecia poteris inuenire. Et si dictam vrinam iterum in vrinali repones: et ibidem aliquantulum permanserit: veraciter iterum videbis eos vt prius. Et super hoc libenter causam ponerem si meus intellectus esset sufficiens. Sed si mala complexio fuerit in cerebro solum simpliciter sicca non fit inde mania: sed solum perturbatio intellectus: et cogitationes male ꝛ pessime. Et fit etiam perturbatio intellectus ex diminutione proprie substantie cerebri: sicut accidit illis qui superflue vtuntur flobotomia. Sed hoc esse videtur ex sententia diuine prouidentie. ¶ Et si quis dixerit respondendo quod senibus diminuitur intellectus propter ipsorum cerebrorum diminutionem: ergo pueri secundum istam rationem: perfectiorem intellectum et meliorem multum habere; deberent omnibus aliis etatibus: cum habeant cerebrum proportionaliter plenius et non est ita. Respondeo quod sicut senibus diminuitur et destruitur intellectus propter paucitatem substantie ipsius cerebri: ita infantibus vel pueris impeditur et destruitur eorum intellectus propter multam admixtionem que fit in substantia eorum cerebrorum ab humiditatibus preparatis ad applicationem et nutritionem substantie cerebrorum ipsorum propter exuberantiam nutrimenti ipsorum: et in hoc tempore: seu etate augetur humiditas naturalis: et etiam superfluitates: ꝛ propter hoc prolongan-

Mors ppinq̃ (margin)

Mania. (margin)

Rñs. (margin)

tur somni eorum:et etiam sup=
fluitates que exeunt ex narib⁹
eorum:et ex corporibus sunt in
quantitate multa. Quare sum=
marie tibi dico:quod puer do=
nec fuerit in hoc esse:non pote=
rit esse perfecti intellectus:do=
nec fuerit completus:quoniaꝫ
sicut membra eorum non sunt
completa in mensura et quan=
titate:ita eorum intellectus nõ
est completus: donec veniant
ad etatem perfectam. Sed quã
do senibus accidit perturba=
tio intellectus propter diminu
tionem substantie cerebri:tunc
cura impossibilis est. Tamen
rege eos propinando eis amig
dalas dulces ad comedenduꝫ
cum pane bene fermentato:et
zuccaro: quoniam ista augent
substantiam cerebri: et etiam
vua passa est eis vtilis: quia
impinguat epar. Et hic defect⁹
qui fit in cerebro: fit in parte
anteriori: et propter hoc ima=
ginatiua soluꝫ pro maiori par=
te senibus destrui reperitur:et
interdum etiam eis destruitur
cogitatiua: quando consumi=
tur cerebrum quod in media
cellula existit: et etiam memo=
rialis quãdo diminuitur sub=
stantia ipsius cerebri: que in
posteriori cellula collocatur.
Quare ad restaurandum hanc
humiditatem:da eis amigda=
las cum zuccaro sicut dixi:⁊ vn=
ge caput ei⁹ cum oleo amigda
larum dulcium cui sit admixta
decima pars ipsius de oleo ma
sticino:eo quod membra prin=
cipalia non sustinent medici=
nas in quibus non sint ea que
habent confortare: ꝯuis acci=
dens egritudinis ea nõ requi=
rat:quoniam intendere debes
ad confortandum et fortifican=
dum partem illam in qua egri
tudo reperitur. Sed ex istis tri=
bus partibus cerebri:posterior
citius exiccari deberet ratio=
nabiliter propter sui naturam
et complexionem ceteris aliĳs.
Sed quia aer leuiter ad eam
pertingere non potest:propter
grossitudinem et soliditatem
ossis continentis ipsum. Et quia
est omnino ꝯclusum absq; om=
ni foramine et porositate:ideo
minorem recipit desiccationeꝫ.
Sed pars anterior cerebri: eo anterior ps cerebri.
quod os eius continens ipsum
est apertum et porosum:et aer
ad ipsum per anhelitum cito
pertingere potest: ideo citius
desiccatur:et etiam citius quaꝫ
cerebruꝫ quod in media cellu=
la esse reperitur:eo quod aer ad
ipsum non ita cito potest perue
nire nec ita leuiter. Et quia os
continens ipsum similiter est
obtusum solidũ et absq; porosi=
tate sicut est os posterioris par=
tis cerebri:ideo longinquum a
siccitate esse reperitur. Et quan
do siccitas cerebri superuenit
in ista parte anteriori: vel in
aliĳs oĩb⁹ partibus:simul cura
erit difficilis valde iuuenibus:
et etiã aliĳs qui sunt in maiori
etate:ꝯuis sit possibilis. Sed
decrepitis est impossibilis om=
nino:vnde intẽdas in curatiõe
istius partis vel omniũ partiũ
cũ medicinis supradictis. Sed
attende q̀ qñ os cranei vel vbi
os ipsius fuerit densum solidũ
⁊ absq; porositate tũc vti debes
fortioribus medicinis:eo quod
grauiter et difficulter possunt
penetrare. Sed vbi inueneris

cranenm porosum ꝛ non ita solidum:citius possunt medicine intus penetrare. Quare leuiori bus indiges medicinis ꝛ debilioribus.

¶ Capitulum.xvij. Quod est de humiditate que oritur in cellula anterioris cerebri et circa cerebrum.



Cias quod humiditas subtilis que oritur in cellula āterioris cerebri et circa ipȝ est immēsi fetoris:ꝛ ex illo intellectus perturbatur.ꝛ non potest infirmus caput suum sustentare.ꝛ non loquitur nisi cum difficultate magna:ꝛ quando interrogatur de aliquo tarde et pigre ꝛ cum perturbatione respondet:ꝛ pro maiori parte non intelligitur:ꝛ est absq intellectu. Et ego tempore meo vidi quendam cui supuenit hec egritudo:ꝛ nulla medicina ei prodesse potuit:ꝛ mortuus fuit inde. Et hec egritudo multotiens accidit ouibus: et ouis illa que habet hanc egritudinem a pastoribus dicitur matronia. Et cura huius egritudinis est caput cauterizare:ꝛ sine dubio cirugıj multū errāt: cauterizantes omnes in capite quibus accidit perturbatio intellectus:ꝛ sequitur inde maximum nocumentum: quoniam si causa egritudinis fuerit caliditas ꝛ siccitas:vel caliditas solum:aut siccitas solū:aut fuerit causa ex diminutione substantie cerebri:considera quid inde contingere potest. Sed in hac egritudine sine dubio cauterizatio est cura vtilior alijs quia desiccat horribilem humiditatem:et eam extrahit ad partes exteriores. Et si posueris in naribus ipsius succum rose canine:que arabice dicitur secaicanahamaȝ multum confert. Et etiam alia medicamina que a medicis assueta sunt inijci in naribus faciendo caput purgari:sicut est aqua sicle:et aqua cucumeris agrestis:et similia. Et cōtinuando has medicinas et rectificando regimen ipsius poterit liberari:et desiccabitur inde humiditas illa nociua:et liberabitur deo dante.

Cura huius egritudinis

¶ Capitulū.xviij. Quod est de scothomia que in arabico dicit abscedar.



T accidit aliquando homini quod stando et supersedendo apparet ei q omnia circūuoluātur do nec cadat. Et oritur hec egritudo ex vaporibus subtilibus et acutis colericis ascendentibus superius per arterias ad cerebrum replendo ipsum:et accidit spiritui naturali motus malus. Et predicti vapores ascendunt superius propter amplitudinem arteriarum:que tales a natiuitate existūt. Quare predictis cōfert incidere arterias: que sunt post aures. Sed si dicti vapores ascendunt per arterias retis vel retine miraculose modicum inde sequitur iuuamentum. Et si prouenerit dicta egritudo ex amplitudine aliarum arteriarū tunc confert incisio pdicte arterie. Et debet medicus infrigidare complexionem huius infrigidatiōe tem-

Medicus.

perata scilicet propinādo ei lactucas elixas ad comedenduz: et ad potandum aquam ordei cū agresto: nisi stomacus fuerit immense sensibilitatis: et potabis eum etiam aqua ordei: et aqua frigida cum aqua rosata. Et ab omnibus fructibus abstineat: preterꝗ̄ a medullis seminum anguriarum et citrulorū: q̄ ei exhibere debes postꝗ̄ cognoueris qđ dicti vapores ab humorib⁹ colericis fuerint generati. Sed illa que a stomaco procedit ad cerebrum potest ex humore vno oriri: vel ex pluribus ex quibus generātur vapores ascendentes ad cerebrū. Et cura huius leuis satis existit scilicet purgando stomacū cum aqua infusionis mirabolanorum citrinorum: et scamonee et violarum. Et confert etiam hec decoctio: que purgat stomacū a colera. ℞. seri lactis coagulati cuz lacte fici libram. j. ⁊ infunde in eo auř. iiij. corticis mirabolanorum citrinorum ⁊ violaruz auř. v. Alchacar sicci auř. v. et permaneant omnia simul in dicto sero vsqȝ mane: et tunc colentur optime fricando et exprimendo: et in predicta colatura adde quartam partem auř. vnū ex scamonea miscendo ei auř. x. syrupi mastic. et. x. syrupi citoniorum. da bibere et tardet cibuz quousqȝ compleuerit op⁹ suum. Et si modicum assellaret ex dicta potione da ei ad bibēdum de dicto sero: expectando sicut in aliis medicinis. et ciba eum pane optime fermentato cum pullis vel carnibus edinis decoctis cum vino granatorum ⁊ agresto. Et femine laudabiliores in hoc casu existunt masculis: et ex ipsis adhuc meliores sunt albe. et post que varie existunt. Et aquam ordei bene preparatam cum aqua dulci eis similiter conferre dicim⁹. Sed si dicta egritudo ex humoribus putridis orta fuerit: tunc yerampigram cum sero lactis vtilem et sufficientem eis esse dicimus: et etiam aloes solum cum sero confert: et si ei miscueris aliquid agarici erit melius. Sed si predicta putredo in stomaco fuerit inde oriť fetor oris et fissura labiorum: et est possibile quod ex dicta putredine eueniat cerebro calefactio subita cum horribilibus cogitationibus: et propter impetuositatem et fortitudinem accidentium impediuntur spirit⁹ animales intantum quod vrere videntur et eleuantur: et conculcantur subito: et mouentur extraneis motionibus: et inde sequitur scotomia. Et hoc multo tiens vidimus quod quando alicui subito euenerit aliquid quod immutet fortiter spirituz animalem quod illud facit euenire scotomiam. Et cura huius est cura prescripta faciendo eū odorare rosas cum mirtela madefactas in aqua rosata. Quoniam liberabitur cum adiutorio dei. scotomia.

Cap. xix. Quod est de dolore totius capitis: qui qđē in arabico dicitur baidda.



T dolor fortis qui accidit in capite aliquando est continuus: et aliquādo est cū interpolatio-

ne habẽs paroxismos. Et qui habet ipsum non potest sustinere voces & vociferationes fortes propter debilitatem nerui audibilis: et propter debilitatem etiam totius cerebri: et sine dubio tales voces excitant dolorem. Et non mireris quia quando dolor fortis est in aliquo membro augetur ex forti voce. Et causa huius est aer motus a forti voce qui percutit membrum dolorosum: & inde dolor augetur. Et hec est opinio Gale. etiam in egritudinibus oculorum: cui quidam in hoc obuiauerunt: medici vero minime: immo sententijs ipsius totaliter adheserunt. Et qui habet hunc dolorem similiter non potest aspicere in magno splẽdore: eo quia sicut neruus per quem auditus ad cerebrum tendit non potest fortem sonum ferre: ita neruus opticus per quem species visibilis venit ad oculum non potest magnum splendorem & lumen sustinere: eo quod quando tam fortis dolor est in toto capite: impossibile est quin etiam oculi non sentiãt. Remanet ergo nobis inquirere: vbi et in quo loco seu parte capitis iste dolor principaliter existat: et absque dubio dictus dolor inuentus est in panniculo qui sub craneo moratur idest dura matre vel in illo qui est post istum circundans cerebrum idest in pia matre: et quando in aliquo dictorum est dolor non potest ferre vocem magnam: nec lumen intensum.

Galenus.

Restat adhuc scire quid sit dolor: et causa eiusdem. Jam ergo declaratum est quod dolor nil aliud est quam sensibilitas cõtrarie qualitatis existentis in membro: quare cum perseuerauerit perducet ad solutionem continuitatis. Et solutio continuitatis accidit aut propter extrinsecam: sicut incisio ensis vel percussio facta a re aliqua: aut ex contusione. Et potest etiam esse solutio continuitatis ex extensione valida facta a superflua repletione: aut ex ventositate vaporosa. Et si ventositas dicta vaporosa facta fuerit a frigore: potest etiã ex eadem dolor fieri fortis: eo quod quelibet res que habet subtilem naturam pungit: quãuis sit frigida. Et tu scis quod vapor natura sui subtilis existit: et hac de causa prouenit solutio continuitatis: sicut apparet in rebus extrinsecus: quod quando extenduntur fortiter vltra debitum laniantur & rumpuntur. Et acuta etiam quando recipiuntur sunt causa solutionis continuitatis. Et argilla similiter seu terra malaxata optime cum forti aceto: et exterius epithimata soluit continuitatem cutis. Et etiam siccitas cũ in corpore superflue exuberauerit cũ modica extẽsione illud idẽ leuiter facere põt. Et qñ frigiditas supauerit intãtum quod congelatur membrum & induratur: sequitur inde solutio continuitatis. Et etiã ex rebus calidis et acutis receptis per os vel exterius emplastra

tis: sit solutio continuitatis: sicut ex sinapi et tapsia: q2 ex sua subtilitate profundantur: ꝛ corrodunt et soluunt continuitatem. Et nos videmus quod acetum quamuis id quod in sua cõplexiõe dominatur sit frigiditas sicut dicit Gal. frãgit vtres ꝛ perforat eos: et rũpit vegetes. Et fit etiam solutio continuitatis ex coagulatione sicut cera et pix. quia quando sunt coagulata franguntur ex leui extensione vel a percussione ab aliqua re dura. Sequitur ergo quod iste dolor tam difficilis et fortis sensibilitatis esse non potest nisi a superflua repletione ꝛ extensione existente in membro valde sensibili. sicut est dura mater et pia mater. Et quando fuerit ex vapore frigido ibi recepto dolor erit validus atq3 grauis. Et si fuerit ex calido vapore existente in locis predictis leniter illum cognoscere potes. eo quod dolor erit acutus valde ꝛ mordicatiuus. Et tactu etiã ipsum cognoscere potes. Et signum illius qui fit a frigiditate vel a vapore frigido est quia infirmus delectatur in appositione rerũ calidarum actu ꝛ potẽtia super caput: ꝛ videtur ide recipere iuuametũ et sentit in capite dolorem magnum cum grauedine ꝛ ponderositate: atq3 mordicatione et punctione. Et qui fit ex caliditate est dolor difficilis atq3 fortis cũ punctione et mordicatiõe. ¶ Et cura generalis istius doloris est rectificare regimen ipsius comedendo ordinate ꝛ debitis horis. Quod si fuerit dictus dolor ex repletione cũ grauedine. cura eius propria est flebotomia. considerando tempus: etatem: consuetudinem: regionẽ: et complexionem. Et qui fuerit ex vapore frigido: curatur vaporãdo caput cum sticados: ꝛ si fuerit ex calido: confert ei bibere aquam rosatam confectam cũ psilio integro: quoniam medici prohibent pistationem ei9. Quod si fuerit predictus dolor ex repletione multa sanguinis: flebotomandus est ex cephalica. Medici.

¶ Et si ex arteria flebotomaueris: longe melius erit: sed scire debes quod sanguis ille cum magna difficultate retinetur et solidatur: et propter hoc tecum habere debes ea que habẽt sanguinem fortiter retinere: sicut sunt pili leporis minutissime incisi mixti cum albumine oui et gipso: aut folia mirte subtiliter puluerizata cum psilio integro mixtis cum aqua rosata: et ponere super locum similiter stringit.

¶ Et cum vis incidere arteriam: ipsam stringe versus radicem sui: ne superflue sanguis exire possit: incidendo eam cũ re frigida: et non cum igne.

Et si cognoueris flegma cum sanguine abundare: fac eum vti exercitatione temperata cibando eum cibis declinantibus ad caliditatem temperatam ꝛ siccitatem: sicut sunt turtures et passeres: ꝛ his similia. Abstinendo ab ouis ꝛ piscibus: ꝛ a panata que in arabico dicit caride: et ab aqua frigida val- Turtures passeres.

de: sed quando vis eam propinare miscere debes cum ea aliquid mellis vel zaccari: aut rob vue passe decoctum vsqz ad spissitudinem mellis: faciēdo vt recipiat eaz tepidam. Et si cognoueris manifeste quod dictus dolor a vaporib⁹ calidis procedat: incide arteriam incisione frigida: faciendo eum abstinere ab omni re calida: ꝛ ciba eum gallinis elixatis in aqua cum modico olei et salis ꝛ aceti. Et potes etiam eam coquere cum cucurbita: non ponendo gallinam cū cucurbita. nisi post decoctionez cucurbite. Et potest etiam decoqui cuz succo granatorum: ꝛ fac eum multotiens odorare mirtellam cum ligno aloes ꝛ sandal'. ꝛ purga eum cum sero lactis coagulati cuz lacte fici addendo ei aliquid scamonee. Et cum fuerit purgatus numera sellas: et quot vicib⁹ assellauerit: tot diebus quiescat post purgationez: ꝛ postmodum facies eum vomere: et post vomitum iterum eum purgare debes. Et iam superi⁹ declarauim⁹ loca que apta sunt recipere hunc dolorem: quamuis videatur quod dolor in osse existat. Et quomodo hoc eē posset: cum secundum opinionem quorundam os omnino careat sensu? Et ego dico quod si aliquid habet os de sensu: est valde grossum: ꝛ propter hoc impossibile est quod illic dolor percipiatur. ꝛ iam inuenimus Gal'.
Gal'. dixisse que adinuicem sunt opposita: quando dixit quod ossa omnino sunt absqz sensu: ꝛ alibi dicit quod dentes habent sensum: ꝛ non grossum: immo valde intensum. Et opinio magnorum medicorumz est quod sensus non sit in aliquo membro: nisi veniat in eodē per neruos subtilissimos diuisos: et contextos ibidem. Quare cum ossa non videantur habere talem texturaz neruorum: sensum habere non debent. Et ergo sicut cerebrum mittit virtutem sensibilem per neruos omnibus membris: ita epar sua virtute naturali mittit nutrimentum per venas omnibus membris. ꝛ si ossa ideo carent sensu: quia nerui in eisdem non sunt diuisi ꝛ contexti minutissimi: vt capilli eadem ratione omnino absqz nutrimento ꝛ augmentatione esse deberēt: cū vene capillares diuise in eis non reperiantur: neqz virtus naturalis fortior esse reperitur i introitu membrorumz quam animalis immo animalis valde fortior indicatur. Et tu vides quod ossa quandiu sunt in corpore animato permanent sine putredine ꝛ corruptione: ꝛ etiam omnes cartilagines. ꝛ cum priuatur corp⁹ a vita: corrumpuntur omnino. Ergo quid est illud quod cōseruat ossa in corpore animato a putredine? Non potest negari quin illud sit spirit⁹ vitalis procedens per arterias ad omnia membra que arterie i membris ipsis minutissime diuiduntur. ꝛ eodem modo ossa recipiūt nutrimentum propter vicinitatem venarum nō pulsatilium Quare ergo hac eadem ratione ꝛ via non possunt recipere sensum ossa propter vicinitatem neruorum. sed naturaliter ossa inquantuz sunt ossa multe existunt siccitatis. ꝛ propter hanc sunt grossi ꝛ debilis sensus: ꝛ apparet hoc in

plantis pedum rusticorum: q: quāuis lente ꝛ debiliter recipiant sensuz: tamen non omnino a sensu priuantur: quoniam vides quod quādo aliquid ex ipsis inciditur ferro quamuis non sentiant dolorem: de quo sit curandum: tamen sensum habere probātur. Et quia ossa duriora ꝛ sicciora existunt plantis pedū rusticorum: ideo lentius et tardius et grossiori modo sensum percipiunt. Et si aliquis dixerit scriptum esse quod ossa careant sensu. diximus quod illud dictum est eo modo quo dicitur quando aliquis habet collum breue: quod careat collo: ꝛ quod quando aliquis habet debilitatem visus quod careat visu. Et ista que dixi dico secūdum meā existimationem ꝛ intellectum: ꝛ est veritas omnino: ꝛ inuestigare hoc per viam experimenti in animalibus est difficile valde quoniam quando in aliquo mēbro inuestigando procedes: incides primo carnem: et postmodum neruos. demum pelliculā que cooperit os: ꝛ scire debes q𝔡 omnia ista acutissimi sunt sensus. ergo cum peruenitur ad os incidendo vel rascando quomodo sentire debet cuz sit debilissimi sensus: et hoc certissime scire debes auctoritate ypocratis: q𝔡 quando duo dolores simul fiūt: maior denigrat alterum. et absq dubio ossa habent sensum quamuis modicum. et quomodo non debet occultari dolor in osse cum sit debilissimi sensus: post immediatam. incisionem factam in carne neruis et pelliculis q̄ sunt mēbra tanti sensus certe sic esse debet absq ylla dubitatione.

¶ Capitulum. xx. Quod est de emigranea que in arabico dicit sechichia.



Emigranea est egritudo capitis i qua dolor comprehendit mediam partez capitis. quare scire d𝔟es in qua parte sit egritudo p̄dicta. Et scire debes quod esse non potest in aliqua parte capitis nisi in panniculo qui cooperit craneum exterius: vel in illo qui est sub ipso: qui dicitur dura mater aut in illo qui est circundans cerebruz: qui pia mater nominat. Et differentia que est inter istam egritudinem et prescriptam que dicitur baidda. est quod illa est in toto capite. ista vero solum mediam retinet partem. Et oritur hec egritudo aut a ventositate calida: aut ex repletione superflua. et que ex ventositate calida procedit: fit subito ꝛ cum extensione forti: ꝛ sentit infirmus acuitatem humoris. vnde resoluitur vapor i loco in quo est: sed si fuerit ex replōne: sentiet infirmus grauedinem in loco cū rubedine oculorum ꝛ faciei. ꝛ potest etiam euenire ab humorib⁹ existentibus in stomaco a quibus vapores ꝛ fumositates resoluuntur qui ad caput ascendūt: ꝛ ibi percipitur incendiū ꝛ mordicatio valida. Et flobotomia q̄dē cōfert. qñ fuerit ex repletiōe et infrigidatio corporis etiam

Emigranea.

Baidda.

cum rebus notis pscriptis. Et ciba eum pullis et gallinis decoctis cum succo granatorum acetosorum. Et potet aquã ordei: et abstineat omnino ab omnibus procreãtibus fumos vel vapores acutos: sicut est vinū coctum et vinum passularum et similia. Et abstineat etiam a pomis granatis dulcibus: quoniam cito in coleram vertuntur: et sic eis non modicum nocere videntur. Et quando dicta egritudo ex repletione fuerit sola flobotomia aliquando potest liberare. Sed quãdo causa fuerit ex superabundãtia calidorum humorum existentiū in stomaco a quibus vapores superius ad caput ascendunt. Cura eius propria existit euacuare illos cum laxatiuo conuenienti: aut cū vomitu leui: et sufficit hec purgatio. ℞. mirobalanorum citrinorum et chebulorum et indorum: et violarum: et nenufar. añ. auř. x. conquassentur optime: et ponãtur in feruentem aquam per noctē vnam: et in mane colentur exprimendo fortiter: et illi colature adde quartam partem aurei vnius ex scamonea trita. ʒ. j. syrupi acetosi. ʒ. j. syrupi facti ex cor. citrorum. et. ʒ. j. syrupi masticini: et propina ei ad bibendum: et si non purgabitur sufficienter: da ei ad bibendum de predicta colatura: solum regendo eū sicut cõuenit medicamini: dando ei in cibis si superabundauerit humiditas in stomaco que habeant eam exiccare prout tibi videbitur conuenire. dãdo ei semp post cibum aliqua stiptica confortãtia et cõuenientia stomaco vt sunt pira assata: vel citonia: vel alia similia.

Cura ppria

¶ Tractat⁹. x. de egritudinib⁹ colli: et est cõtinens capitula decem et octo.



Scias q collum compositum est ex mẽbris simplicib⁹ et cõpositꝫ. et ipsa officialia cõposita sunt ex consimilibus: et inquantum collum compositum est ex cõsimilibus eueniunt ei egritudines cõsimiles: et inquantum collum compositum est ex officialibus membris eueniunt ei egritudines officiales. Et nos intendimus dicere egritudines que possunt ei euenire.

¶ Capitu. j. Quod est de opilatione.



Hec quidem egritudo: scꝫ opilatio accidere potest i venis: neruis: et in ipa nucha. Et cura huius est manifesta. s. cum rebus aperitiuis et subtiliatiuis humorū: et hec cura est generalis opilationibus omnium membrorum.

¶ Capitulum. ij. Quod est de relaxatione.

Hec quidem egritudo accidit in collo maxime accidentaliter: scilicet pter apostema qđ fit vel oritur in nucha: et inde sequitur sub apate relaxatio omnium mẽbrorꝫ gñalr: et si fuerit apa magnū valde: vel forte interimit subito. Sed si fuerit apa

paruum cum modico dolore et tumore: non inde efficitur relaxatio. et si apostema cum tumore factum fuerit solū immediate nuce priuabitur inde sensus solum in media parte corporis scilicet exposito: sed mot⁹ remanebit i parte apostematis. quare talibus in principio consulimus fieri flebotomiam si virtus fuerit sufficiens: et postmodum inungere locum cum coto madefacto in oleo rosato tepido multotiens: et ipsum cotum sic madefactum per totam noctem desuper tenere vsq̧ mane. Et esto certus quod si confirmabitur apostema deueniet infirm⁹ ad priuationem sensus et motus: vt supra dictum est. Et scire debes quod opinio quorundam antiquorum medicorum fuit: qđ priuatio sensus vel motus: vel vtrinsq̧ simul non fit: nisi ex frigiditate soluz. Sed nos dicimus quod possibile est priuationem sensus et motus fieri in corpore temperato: et etiaz in illo cui caliditas modicū excedit: et absq̧ dubio egritudo hec euenire potest ex diuersis causis: et etiam ex frigiditate.

¶ Capitulum tertiū. Quod est de spasmo.



T fit quidē spasmus in collo sicut i alijs membris accidere cōsueuit. Et ē duarū specierū. s. ex siccitate et humiditate: et spasm⁹ qui fit ex siccitate possibilitate est vt accidat successiue et paulatine: et possibile est qđ fiat subito propter intensam euacuationē humiditatum factam subito. Sed spasmus qui fit ex humiditate: semper subito habet puenire: et huius humiditatis sunt due species: vna quidē que non conuertitur in vaporem: sed remanet sic infusa in neruo vnde ingrossatur: contrahitur: et abbreuiatur: et sic spasmus efficitur. et est etiam alia humiditas: ex qua resoluitur vapor: et inde spasmus efficitur: eo quod mēbrum quod ferre poterat dictaz humiditatem antequam cōuerteretur in vaporem post conuersionem eius minime potest eaz sustinere: quare inde spasmus habet deuenire. Et si quis nobis obijceret dicēs quod in eadem hora in qua humiditas resoluitur in vaporem: dolor inde percipi deberet: et non sentimus illum: dicimus quod vapor donec in motu existit pro maiori parte non facit dolorem: nisi figatur: quoniam si vapor fuerit acutus et mordax: non tamen ex eo percipitur dolor: sed incendium solum et mordicatio inde habet prouenire. Sed spasmi qui fit ex siccitate: cura est generaliter humectare corpus totum: et specialiter membrum spasmatum: et si fuerit ex humiditate purgabis eum cum yera pigra: et similibus: et vnge locum cum oleo de iasemini et camomillino: et oleum de lilio est medicamen proprium spasmo qui fit ex humiditate: et si fuerit dicta humiditas in vaporem conuersa: et inde factus sit spasmus: purgabis eum cum medicinis predictis: et vnge locum oleis predictis addēdo eis

yera pigra

ysopum recentem.

¶Ca.iiij. Quod est de tremore.

Hec egritudo oritur in collo sicut in alijs mēbris: et est pugna ⁊ tēptatio victorie: que fit inter pōderositatem membri et virtutem quam deus prestauit motui membrorum animaliū: quoniā quādo dominatur grauedo et pōderositas membri supra virtutem ipsius inclinatur inferius: et si virtus preualebit ponderositati et grauedini eleuabitur superi⁹: et sunt duo motus qui fiūt successiue: ⁊ isti motus diuersi cum coadunātur simul dicuntur tremor: et collum quidem preparatum est recipere tremorē ex qualibet leui causa adueniēte virtuti motiue propter grauedinem ⁊ pōderositatem capitis: quoniā caput preceteris membris hominis granius et ponderosius extitit. Et scias ꝙ tremor accidit aut post egritudies: aut post euacuationē superfluā aut ab extrinseco propter frigiditatem aeris: aut propter percussionē: aut ex vulnere adueniente capiti consolidato aut non cōsolidato: ex quibus virtus motiua debilitatur: vnde fit tremor. Et capita leporum elixata cum aqua et sale et oleo rosa. comesta iuuant mirabiliter: sicut experimento probatur: et hoc iuuamētum faciūt virtute diuina in hac egritudine que virtus dicitur virtus occulta: seu a tota specie. Et iā aliqui veteres conati sunt loqui super hac virtute: ⁊ ego dico ꝙ impossibile est scire certitudinem ipsius: quoniam intellectui humano adeo sublimi et glorioso impositus est termin⁹ vltra quē

Quare accidit tremor.

impossibile est ipsuz pertrāsire. Et o ꝗ̄ bene dixit Galen⁹ quādo dixit ꝙ ista scire pertinet ad solum deum altissimuz ⁊ omnipotentem: quia videmus ꝙ medicamina vlcerum: pulmonis: ⁊ pustularum ipsius: in hoc mūdo reperiuntur: ⁊ nos ipsa ignoramus: tamen pecudes ipsa cognoscunt: quia quando aliqua ouis habet vlcus in pulmone separatur ab alijs: et vadit querēdo res. Et dicunt pastores ꝙ ipsa querit herbam vel herbas ad comedendum: et incontinēti post comestionem liberatur a vulnere liberatione perfecta: et ego iam vidi in pulmonib⁹ pecudum signa solutionis continuitatis cum consolidatiōe integra ⁊ perfecta: ⁊ non cognoui nec cognosco herbam illā hucusqꝫ neqꝫ etiā aliqui ex p̄decessoribus nostris ipsaz cognouerunt. ¶Syrupus conferens tremori et confortat omnia membra: et caput ꝓprie. ℞. rubee tinctoris sticados: et corticis citri: et corticis exterioris fisticorum ana. ℥.j. thuris puri: masticis et rosarum ana aur. v. ⁊ liquiritie pondus quarte partis omniuz predictoruz: conquassentur oīa et infundātur omnia preter mastic. in. xv. libris aque feruentis per noctem vnam: postea adde masticem: demum bullias lento igne ponendo cuz predictis ad bulliendum aur. j. puri auri. et bulliant vsqꝫ ad consumptionem medietatis: et cola optime exprimendo in dicta colatura pone libras quinqꝫ syrupi facti cum decoctione corticis citrorū et zuccaro. decocti ad spissitudinem et libram vnā mellis dispumati: et bulliant simul vsqꝫ ad spissitudinē

spissitudinem sirupi:et bibat ex isto syrupo patiens omni mane ʒ.ij.cum.v.ʒ.aque in qua extinctum sit ferrum purum mundū et limatum:⁊ omnino absq͡ erugine.et euentatum ab omni cinere:seu puluere vel sordicie.q̄ consueuit ferro adherere:⁊ tandiu debet ipsum calefieri et in ipsa aqua extingui:donec aque medietas cōsumatur:⁊ postmodū coletur:et cum ipsa syrupus debet distemperari. Et inunge nucham et collum descendēdo inferius per spinā vsq͡ inferius cum oleo de ben aromatizato:⁊ si non inuenis illud:quāuis nō sit ita vtile facias cum oleo sinapis. Et est necesse medico considerare et subtiliter attēdere oīa ista scilicet complexionē patientis/etatem/tempus/regionē/⁊ consuetudinem/⁊ regimē eius tempore sanitatis.i.si homo laboriosus sit et assuetus pati vigilias/aut non:et ꝑm quantitatem coadunationis predictorū facere debet medicus prout melius sibi videbitur conuenire: addendo vel diminuendo. Et scire debes quod differentia est inter cibum et medicinam: eo quod medicinam mensurare debemus ꝑm tempus/etatem/ cōplexionem/et consuetudinem/ ⁊ regionem/⁊ egritudinem:sed cibus minime sic est mensurandus:quoniam si complexio cibi elongata fuerit valde a complexione patientis:quāuis talis cibus frangat complexionem et causam egritudinis.tamen inde corpus non recipit nutrimētum:sed expellitur cum fecibus et superfluitatibus: quare oportet vt cibus sit cōplexiōis equalis:neq͡ eum conuertere debes ad oppositū cause faciētis egritudinem:verbi gratia.vt si sit senex frigide complexiōis:⁊ in tēpore frigido:et non assuetus labori et exercitio: et cibes eum cibis calidis : non inde recipient nutrimentum membra sua:immo repudiabunt. Et si quis dixerit q̄ mel est cibus calidus et senibus laudatus : dicimus q̄ꝺ quāuis sit calide complexionis non tamē multum in caliditate excedit.et non calefacit corpꝰ nisi in tantū quantū recipit de caliditate a corpore:eo quod nō multum elongatur a complexione naturali corporis nisi in tantum decoqueretur quod eius sapor ad amaritudinem deueniret:et tunc membra senis:⁊ etiā aliorum non recipient nutrimētum. Mel autem cum sit dulce non multum elongatur a cōplexiōe equali: ⁊ senex est animal: ⁊ inquantum est animal habet caliditatem actualem:mel vero cum sit calidum eius tamen caliditas est potentialis:⁊ caliditas aīalis est manifesta: et mellis caliditas est occulta:⁊ ꝓpter hoc nutrire potest. Res aūt que excellēter calida existit neq͡ prestat nutrimentū senibus neq͡ aliīs. Et etiā si iuuenes qui calidas patiūtur egritudines nutrire volueris rebus frigidis in excessu:non inde nutriētur:immo repudiabūtur talia a natura sui corporis:q̄uis talia cause egritudinis sint cōtraria:quoniam si talem infirmum nutrire volueris foliīs mandragore: non restaurabitur:neq͡ nutrietur aliquid ex eis. Sed in lactucis est res laudabilis valde: q̄ quāuis eiꝰ frigiditas fortis exīstat eius tamen substantia non

Caliditas mellis.

est grossa: quare cito a corpore incipit passionem: et omnia que hic diximus: sint tibi in memoria in omnibus aliis egritudinibus tanquam necessaria.

¶ Cap. v. Quod est de egritudinibus spondiliū colli.

de spōdilibus colli.



Accidit spondilibus colli ut recipiāt humores viscosos: mucillaginosos qui diuidun tur et sparguntur inter coniunctionem ipsorum spondilium: et accidit ex hoc quod ipsa spondilia profundētur intrinsecus vel extrinsecus promineant. Et quando exterius pro minent leuis tunc cura existit: quia inde nucha non recipit lesionem: sed quando intrinsecus profundantur: tunc necē inducunt: quia inde sequitur squināntia pessima et mortifera: et quando a medico causa talis cognita perfecte fuerit: purgare debet corpus generaliter ab hoc humore: et hoc facere poterit cū colloquintida et bdellio: quia sunt optima in hoc casu. Et stude in exiccando illum humorē dissoluendo ipsum. Et pone sup spōdilia colli puluerem gariofilorum: et macis mixtum cum vino ad modum emplastri: et liga desuper: et da ei ad degluttiendum ea que sint lenia aliquantulū grossa: sicut est mica panis optime fermentati: et similia. Et fac eū sternutare inclinato capite: quoniam inde recipit iuuamentum. Et in summa dico quod cura istius egritudinis est primo corpus totū euacuare generaliter ab humore: et specialiter seu particulariter masticando grana catapucie expuēdo exterius flegma quod inde exierit ab ore: et desiccando humorem: seu consumendo: ponendo desuper emplastrum predictum ex macis: et gariofilis distemperatis cum vino: et stude paulatine ad redeundum spondile: vel spōdilia ad locum suum naturale: cognoscēdo quod hec egritudo naturaliter periculosa est valde et festina. Et propter hoc studiosus esse debes in cura: prestando remedia absque dilatione.

¶ Cap. vi. Quod est de dislocatiōe spondilium colli.



Dislocant hec spōdilia: aut versus partem dextram: vel versus sinistrā. Et hec dislocatio est valde grauis: et inde accidentia fortia et difficillima consequuntur: et si dicta dislocatio vel tortura fuerit parua: modicū inde infirmo sequitur nocumentum. Sed si fuerit magna dislocatio: forma eius erit sicut angulus rectus vel lauda Λ et efficitur inde relaxatio totius corporis: aut squinantia et spasmus: et hoc accidere potest aut ex casu: vel apostemate: que faciunt exire spondilia ex locis suis. Ex dislocatione spondilium veniunt accidentia hec quoniam si fuerit dislocatio solum absque lesione nuche: accidit ex hoc paruitas membrorum et priuatio nutrimēti ipsorum: et prouenit ex hoc sicut accidit arbori imperfecte fracte: in qua nutrimentum tortuose procedit: et potest etiam ex tali dislocatione infirmus fieri gibbosus. Sed

dissloeatio facta fuerit solum in vna parte: cum hec fuerit parua aduenit inde membris paucitas nutrimenti: sed si fuerit magna fit inde relaxatio medietatis totius corporis: propter extensionem que fit in alio latere: eo quando spondili accidit extensio: sequitur inde spasmus absque dubio: et quodlibet istorum accidentium per se potest inducere necem: et multo magis si omnia simul fuerint congregata. et ego puto relaxatio illa que causa humorum fit: mortem infert suffocando propter priuationem anhelitus pectoris. Et omnibus predictis egritudinibus confert flobotomia propter dubitationem apostematis: et resoluere id quod infusum est de humore: et deriuare ad aliam partem illud quod nondum est infusum: et confortare locum lesum seu percussum: et id in quo omnia prescripta iuuamenta simul sunt coadunata: est oleum rosatum in quo rose recentes vicibus pluribus sunt infuse: et sufficit illud ad inungendum locum: et si res fuerit aliquantulum dilatata ad dissolutionem humorum: adde oleum de lilio et de iasemino si poteris inuenire. Sed si egritudo fortis extiterit operatio erit inanis. ¶ Et postquam locutus sum de spondilibus: nunc loqui intendo de nucha. Et scias quod nucha est sicut fons a qua mittitur omnibus membris que sunt sub ipsa sensus et motus: et nerui sunt sicut riuuli qui oriuntur ab ipsa.

¶ Capitulum septimum. Quod est de egritudinibus nuche.



Et accidit in nucha aliquando stupor qui fit a medico propter appositionem frigidarum rerum desuper: aut propter equitationem factam per magnam niuem: et fit inde quedam species egritudinis: que in arabico dicitur alchadar: in qua priuatur sensus et motus membrorum existentium sub ipsa. Et huic egritudini confert inungere locum cum oleo nucum cui additum sit in qualibet ℥. ipsius octaua pars aurei vnius ex euforbio: et si non haberes oleum de nucibus: pone loco eius oleum de lilio mixtum cum oleo oliuarum: et oleum de ben etiam mixtum cum oleo de iasemino similiter in hoc loco confert valde. Et adde predictis oleis ad confortationem caloris innati de oleo balsami: et alia olea confortantur accidentaliter calefaciendo ipsa ad ignem: et sic agendo operabitur tua medicina perfecte. Et scias quod id quod patitur nucha de egritudinibus patiuntur etiam nerui qui oriuntur ab ipsa. Et mihi iam accidit id quod dicam tibi: scilicet quod eundo precepto regis in abuzachadria cum frigore vehementi et forti pluuia et vento: qui quidem ventus mihi adueniebat parte sinistra pede meo ex illa parte existente discooperto durante illa tempestate sic per totum diem: et sic eundo mihi cecidit patitus de pede: et non potui ipsum intus reducere eo quod non poteram mouere coram: quare alius mihi posuit ipsum in pede: et iterum cecidit: et reiteratus fuit mihi: et tertio iterum cecidit

Alchadar.

et mihi ab alio impositꝰ fuit: eo ꝙ minime coxam ⁊ crus mouere poteram: ⁊ tūc cognoui ꝙ a pede crure ⁊ coxa priuatꝰ erat motus ⁊ sensus. Et cum veni ad patrem meū nō potui ire sed ductꝰ fui ab aliis: quare inunctus fui in coxa ⁊ spondilibꝰ inferioribꝰ cū oleo illo qđ apportaueram cā illius infirmi ꝑ quo veneram q̄ quidē erat paraliticus: ⁊ in quo priuatus erat sensus ⁊ motus: ⁊ in illo oleo erat balsamū. Et feci mihi aerem rectificari cum forti igne ⁊ magno: ⁊ adueniente die fui liberatus: et ꝑ certo scias ꝙ nerui citiꝰ valde apti nati sunt recipere egritudines ꝙ̄ ipsa nucha: ꝙ̄uis nerui sint duriores ⁊ solidiores ac densiores ipsa nucha: tn̄ quia sunt subtiliores ip̄a ideo citius ⁊ leuius possunt recipere passiones. Et etiā quia a diuina ꝓuidentia nucha hꝫ de sensorium ad sui custodiam ⁊ cōseruationē cū sit sicut radix: eo ꝙ a destructione et corruptione ipsius destruūtur omnes nerui qui sunt sub ipsa: ⁊ non conuertitur. s. ꝙ a destructione alicuiꝰ nerui: vel neruorum destruatur nucha vel corrumpatur.

Balsami.

¶ Cap̄. viij. Quod est de apostemate nuche.



Thec egritudo accidit nuche aut in substantia ipsius aut in pellicula que est circūdans ipsam: ⁊ potest hoc accidere ab humoribus diuersis sed ꝑpter acuitatem ⁊ velocitatē egritudinis oportet te esse sollicitū circa flobotomiam: etiam si virtus debilis fuerit. Quod si fuerit debilis minues de quantitate: si fortis fuerit in maiori quātitate extrahere debes: ⁊ postmodum purgare humorem illum quē videris vel cognoueris abūdare cum medicinis sibi appropriatis: et postea inunges locū cum oleo rosaceo calefacto ad ignē: vel cū oleo rosaceo mixto cum oleo de lilio: aut cum oleo de iasemini: aut cum oleo de alchachoen: quodcunq̄ eorū inueneris magis apte: eo ꝙ id qđ inuenitur in ipsis non est res de qua medicina magnam faciat sollicitudinem. Et esto certus ꝙ scientia medicinalis non operatur ab aliquo perfecte nisi post longam et multam consuetudinem: ⁊ longam experientiam in ipsa: ⁊ nullo modo cum sophisticationibus vel sophismis logicalibus. Eo ꝙ si aliquis sophisticādo se voluerit intantum subtiliare in medicinis laxatiuis: vt inueniat in ipsis quantitatem ⁊ qualitatē purgationis proportionaliter: vt egritudo et quantitas humoris vel humorum exigere videtur: et non excedat in plus vel minus vno pilo: intantum perturbabitur eius mens ⁊ intellectus ipsius taliter deuiabit: ꝙ tardabit in curatione infirmi intātumꝰ ꝙ infirmus inde ad mortem poterit deuenire.

Malicia sci

¶ Capi. ix. Quod est de opilatione nuche.



Et quidē opilatio que fit in nucha accidit ab humore grosso: et potest fieri in vna ꝑte ipsiꝰ nuche vel in tota nucha: ꝙ si fuerit in parte: erit relaxatio corporis eiusdem partis secundum diametrum: et si fuerit in tota nucha: erit relaxatio totius corporis ab illo spondili inferius. Et si dicta opilatio

fuerit debilis atq; parua: accidet inde solum duricies & pigricia sensus et motus absq; relaxatione completa. Quare medico conuenire videtur: propinare in hoc casu ea que sunt aperitiua subtiliatiua et incisiua: et vrine prouocatiua. Et iam est cognitum quod quodlibet aperitiuum et incisiuum abstersiuum existit: et non conuertitur quod quodlibet abstersiuum sit aperitiuum et incisiuum. Et scias qd syrupus squinzabin squiliticus factus: cum melle distemperatus cum quatuor tantum ipsius aq̄ rosacee in hoc casu multum cōmendatur: et si in eadem aqua rosacea decoctum fuerit aliquid liquiricie mundate erit lōge melius: quia remouet acuitatem & ponticitatem aceti: et inde etiā remouet nocumentum quod in neruis habet generare. Et si cōposueris ei hanc medicinā erit valde vtilis. R. yreos: pollicarie eupatorij: asari. ana. auī. j. centauree maioris quartam partem auī. j. seminis melonis mundati ad pondus medietatis omnium predictorum: liquiricie quartam partem totius predictorum: conquassentur que sunt conquassanda: et pone ad lentum ignem cum. ℥. xv. aque donec redeat ad medietatem: & coletur optime exprimendo: et pone in illa colatura de syrupo citri: et de syrupo squinanti. ana. ℥. j. et bibat ex illo septem diebus vel decem et poterit esse qd cum eo liberabitur: quod si non liberaretur ex eo prepara te ad purgandū ipsum ex illo humore. Et hec medicina est valde cōueniens in hoc casu. R. almuchel et est bdellium: et iansie qd est armoniacum: et ales beneg: idest serapinum. ana. auī. j. coloquintide quartam partem auī. vnius. Incide coloquintidam minutim: et misce cum ea auī. j. ex medullis amigdalarū mūdatarum et quartā partem auī. j. ex puluere dragg. & omnia malaxa cum syrupo squinabin. in magdaleonē: et propina ex ipso auī. v. cum aqua calida ad bibēdum: et si non purgaretur sufficienter: distemperabis de reliquo cum aqua calida et dabis ei: & fac eum seruare custodiam quemadmodum conuenit in alijs laxatiuis: et inunge nucham in loco vbi cognoueris esse opilationem cum oleo de iasemini: vel rosaceo: de quocunq; melius habere poteris: quoniā ista habent opilationem eius remouere cum auxilio dei: & esto certus quod ita est de nucha: sicut de alijs membris corporis: eo quod si elongata fuerit a sua complexione naturali: oportet te laborare vt ipsam redire facias ad eandem: et non debes eam curare cum rebus multum remotis a temperamento vel equalitate. Et medicamēta que in eis facies non debent penitus secundum gradū pertransire: sed secure vti poteris his que sunt calida a pncipio primi vsq; in fine secundi gradus ponendo semper cum predictis confortantia cū aliqua stipticitate faciendo aromaticitatem: et aromatica exuberare cum predictis vltra posse: quoniam est perutile in hoc membro absq; dubio. Et oportet te etiam cum omni sollicitudine preuidere et considerare in hoc membro: vt minime ei applicare facias que

Medicina valde bona.

Medicamēta.

sunt calida vel frigida: sicca vel humida: intantum ꝙ membrum non possit ea faciliter sustinere.

¶ Ca. x. Quod est de apostematibus que fiunt circa guttur.

Et fiunt circa collum ⁊ guttur apostemata: et pro maiori parte fiunt prope caput: ⁊ communiter ab omnibus nominantur ista que in istis locis oriuntur

Sāzirra. sanzirra .i. scrofule. Materia vero harum est flegma: et istud flegma aut est grossum: aut viscosum: aut est flegma grossum desiccatum vltra id quod sue cōplexioni pertinere videtur: ⁊ cōuersum quasi ad naturam melēcolie. Et potest etiam fieri a tali flegmate cui humor adust⁹ habens acuitatem naturaliter sit admixtus. Quare dissolutio et maturatio in tarditate et breuitate istarum erit secundum naturā predicti humoris ⁊ mixtionem ipsorum adinuicem: qm̄ si in dictis apostematibus nulla rubedo apparuerit: firmus esse debes in tua opinione: qđ omnino sunt absq̧ mixtione alicui⁹ humoris acuti: ⁊ si cum hoc dura fuerint: significatur ꝙ melenra fuerint: significatur ꝙ melencolie habent pertinere: ⁊ si mollia fuerint scire debes ꝙ flegma naturale dominatur in eisdem.

Emplastrū. Cura horum est emplastrizare ea in principio cū camomilla: et farina ordei: ⁊ rosis mixtis cum aceto: eo ꝙ acetum hȝ flegma incidere et subtiliare: et suis nocumentis obuiare: et frangit acuitatem humoris acuti si ex eo aliquid est in causa: ⁊ da ei ad bibē dum syrupuȝ squinzabin ad incidēdum flegma cum decoctione liquiricie et passularum enucleatarum: eo quod liquiricia et passule habent nocumentum: quod potest prouenire ab acuitate ⁊ siccitate squinzabin remouere. ¶ Aliud emplastruȝ est qđ eas dissolnit. ℞. radices alcharscaunia: et credo quod sit ciclamen: et karobe porcine: et distēpera cum decoctione camomille: et fac emplastrum: considerādo: vt non insistas in istis soluȝ cum resolutiuis: ita vt non misceas cum eis aliqua humida: sicut est flos lingue bonine q̄ est valde vtilis in hoc casu: ⁊ etiam succus pomorum eo qđ si vsus fueris resolutiuis vaporabitur subtile ⁊ remanebit grossum qđ indurabitur ⁊ conuertetur ad lapideitatem: ⁊ nos videre possumus simile in operationibus illorum qui intendunt absstergere et mundificare canales aquarum a reb⁹ duris ⁊ grossis existētibus in eis: qm̄ ipsi nō insistūt solum in extirpando et abstergēdo: verumetiam cum sparsione aque in maxima quātitate vt ille grossicies vndiq̧ mollificent: et cum eadem aqua defluendo recedant: ⁊ hoc idem faciūt medici ⁊ facere debent. s. ponere humectantia: et mollificantia: cuȝ resolutiuis: ad hoc vt adequentur sicᵗ materie: ⁊ vt citius resoluantur ⁊ euaporētur equaliter. Et purga infirmū ab humore illo a quo tibi videᵗ cōuenire: ⁊ nō indiges flobotomia in hac egritudine ꝑ maiori parte: qm̄ raro a sanguine ⁊ colera habent ꝓuenire. Et si fuerit aliqñ ab istis vel ab aliquo istoꝝ est valde raruȝ: ⁊ hoc cognoscere potes suis signis: prout iam supra determinatum est: et si sanguinem cognoueris exuberare minue ex

llo: prout tibi videbitur conuenire secundum virtutem patientis: et complexionem ipsius. Sed si infirmus cum predictis scrofulis sic perseuerit: et steterit longo tempore absque regimine aliquo et consilio medicorum nec vsus fuerit resolutiuis subtiliatiuis et incisiuis tunc omnino ille ad saniem deriuabunt quare propera cum omni sollicitudine ad eius generationem faciendam: et si complexio infirmi humida fuerit: fac emplastrum ex pasta fermentata mixta cum butiro: et si eius complexio ad aliquam siccitatem deriuauerit: et tunc habeas micam panis: malaxa eam cum decoctione pedum arietis. Et cum maturatum fuerit apostema aperi locum in loco ipsius pendenti: vt inde sanies facilius et melius possit mundificari. Et hoc si optime cognoueris et sciueris anathomiam membrorum: et caue ne decipiaris in incisione scilicet vt non facias eam in loco vene: vel arterie: aut nerui: ita vt ex illa incisione possit longe maior egritudo oriri priore: eo quod si sciam anathomie penitus fueris ignorans: ita quod eam non fuisti expertus nec eam vidisti: sed solum ex ea scis aliquid ex auditu: impossibile est vt veritatem huius possis cognoscere certissime: et perfecte: et maxime in membris paruis: et propter hoc si fueris sic ignorans caueas tibi ab incisione facta cum ferro omnino: sed pone super locum quem intendis aperire stercus columbarum malaxatum cum brodio pedum arietis: si fuerit delicatus et mollis complexionis aut puer. Sed si infirmus fuerit rusticus vel senex: miscebis et malaxabis dictum stercus cum sapone molli. Et si fuerit infirmus mediocris complexionis et etatis: miscebis cum butiro antiquo: quoniam faciet locum aperiri in breui. Et rege infirmum subtili regimine longo tempore scilicet cum pullis paruis: et tassea facta cum aceto: et pullis plenis amigdalarum et panis madefactus in oleo cum modico sale et comestus confert valde. Et facta apertione primo pone intus tantam inuolutam in melle per diem vnam et alijs diebus pone tantam optime tinctam ex vnguento de palma dissoluto cum oleo rosaceo: et fac prout tibi videbitur conuenire: considerata etate infirmi et sua complexione: et secundum quantitatem consolidationis vulneris in tantam debes diminuere donec fuerit liberatus cum adiutorio dei.

¶ Cap. xi. Quod est de solutione continuitatis colli.



T quia collum est membrum compositum: ideo ei accidere potest solutio continuitatis sicut alijs membris accidere consueuit: et hoc ei euenire potest: aut ab extrinseco: aut ab apostemate. Et scias quod multe egritudines oriuntur in collo ex dissolutione continuitatis: et maxime in neruo nominato in arabico neruus retrogradus: et quando egritudo ibidem generatur: destruit vocem: eo quod partes epigloti non claudunt debite et conuenienter: nec dilatant: et efficitur eius vox rauca ad simi- neruus retrogradus

litudinem vocis hominis fortiter infrigidati:et si dict⁹ nervus fractus fuerit:cura ei⁹ tunc est impossibilis. Sed si fuerit dicta egritudo ex apostemate: tunc curabitur curato apostemate. Quare studeas in removendo ipsum sicut diximus scilicet cum evacuatione:et purgando humores: et resolvendo ipsos:et faciẽdo omnia predicta tempore cõvenienti. Sed si fuerit ex opilatione evacua corpus cum laxativis:ꝛ postea studeas in dissolvendo opilationem: et in aperiendo eam cum oleo anetino et similibus: donec redeat membrum ad statum suum proprium miscendo cum predictis aliqua que sunt stiptica et aromatica. Sicut recipiendo ex oleo rosaceo partez unam in tribus partibus olei anetini:et ex eo inunge locum. Sed si dicta causa processit a mala complexione frigida nervo eveniente que eidem supervenerit a nive vel vẽto:aut pluvia:vel aliquo alio frigido aere aut ab appositione medicinarum frigidarum et narcoticarum:sicut imperiti medici facere consueverunt:tunc cura tua esse debet cum rebus calefaciẽtibus: et inq̄ntum causa fuerit frigida actu et potentia intantum ei resistere debes cum rebus contrariis calidis scilicet actu ꝛ potentia. Et quia ex predictis causis coagulatur sanguis ille qui in nervo predicto existit:ideo insistere debes cum rebus calefacientibus ꝛ aperiẽtibus actu et potẽtia:sicut sunt ista et his similia scilicet oleum anetinum:ꝛ oleum de narcisco: pinguedo de alchorac.i.grue:ꝛ alcharac. aliquãtulum pinguedinis gallinae:misceantur omnia supradicta:et calefac istud unguẽtũ: ꝛ inunge locũ pluries sic faciẽdo:et madefac cotum in eodez tepido et suppone. Et scias q̄d omne mẽbrũ existẽs in p̄ncipalitate ꝛ nobilitate nervi:minime sustinere põt cõtrarietates medicinarum existentiũ in ultimo absq̧ medio: eo q̄d q̄nis fuerit membrum densum: solidum atq̧ firmum:cuz hoc toto destruitur eius virtus:et perditur et adnihilatur: ex appositione taliũ medicinarũ existentium in ultima cõtrarietate. Et hoc cognoscere debes ex dictis antiquorum ꝛ vera dicunt loquẽdo de dẽtib⁹.s.id quod eis magis nocere ꝑcipit:est quãdo extrema eis accidant absq̧ medio.s.comedere:vel bibere calida actu in excessu post frigida actu in excessu:ꝛ tamen substãtia eoruz est dẽsa:solida atq̧ dura ad recipiendum passionem et intantum sunt dure substantie:q̧ aliqui antiquorũ medicorum crediderũt quod essent impassibiles ꝛ absq̧ sensu:ꝛ tñ veraciter sunt sensibiles. ¶ Quãto ergo nervi qui sunt molliores et magis delicati debẽt magis recipere passionem et perturbationem ab extremis ipsis dentibus:et absq̧ dubio quando medici ponunt hãc comparationẽ principaliter in dẽtib⁹: nõ intelligũt solũ de dentibus: sed de omnibus aliis membris corporis. Sed cũ hoc nocumẽtum ꝑcipit in dentib⁹:qui sunt tã dure et dẽse substantie:quanto magis in aliis que sunt mol-

lioris valde et rarioris substantie percipi deberet: regimē ergo eius dz' ad caliditatem modicā pertinere. Et omnes alie medicine sint temperate: vel ad modicam caliditatez pertinentes quēadmodum supra diximus: sicut in cibis eorum propinare turtures et minutas anes nemoris: et etiaz passeres in estate elixatas: et in hyeme assatas in veru: vel decoctas cum almuri vel suffrictas in sartagine: sz scias quod ea que sunt in vltimo assata magis medicine habent pertinere ꝙ ad cibum vel ad nutriendum.

¶ Cap. xij. Qđ est de inflatione facta in epigloto.



Toritur quidem i epigloto apostema ꝛ diximus curam: sed non nocet spālem huius hic rememorare. Quare primo flebotomare debes infirmū de cephalica brachij dextri: et extrahere de sanguine secundum quod tibi videbitur conuenire. Et si videbis epiglotum fortiter rubere ꝛ in tactu calidum da ei ad bibēdum paulatine aquam rosaceā in qua diu steterint semina cittoniorum cum zuccaro et modico aceti: ita vt non percipiatur sapor eius scilicet aceti. Sed si fuerit absqꝫ caliditate et rubedine manifesta: tunc fac eū gargarizare rob de moris mixtum cum aqua rosacea: et etiam de illo paulatine et successiue atqꝫ continue deglutire: et subtilia cibum eius propinando ei solū eis pulli cum pane optime fermentato. Et si apostema fuerit magnum ꝛ multi nocumenti: omnino flebotomare eū debes. Et etiam si nocumentum ipsius fuerit debile: penitus flebotomare debes: eo quod sanguis secum ducit humores: et tempus est breue: et nocumentum quod est minutione sanguinis habet ꝓuenire: cito poteris restaurare. Sz si timuerit infirmus minutionem: purga eum cum purgatione leui: scilicet cum hac decoctione. que ℞. mirobolanorum citrinorum: et violarum: et seminis cartami: ꝛ seminis angera. i. vrtice ꝛ liquiritie ana ptes equales. Et omnia ista pone in aqua decoctionis masticorum: cuius quantitas sit ad mutationem coloris aque: ꝛ fac omnia predicta morari in eadem per totam noctē et diē: et postea cola eam exprimendo fortiter. Et pone in eadē colatura de sirupo tamarindorum vel de sirupo squinzibin prout tibi videbitur cōuenire: et de hac decoctiōe propina infirmo prout tibi videbitur conuenire: seruando custodiaz infirmo sicut fit i alijs laxatiuis. Et si non percipitur in loco calor manifest⁹ vel rubor: fac infirmum gargarizare sirupum squinzabin tepidum: et rob mororum: et aliquid aceti cū quatuor partib⁹ aq̄ dulcis. Et stude vt eius cōplexio ꝑmutetur ꝛ alteret ad siccitatē scilicet dādo ei panē optime fermētatū cum pullis assatis: ꝛ etiaz ex farina ordei vstulati, fit cibus q̄ dicit alzasu. i. pultes: ceu iuscularuz est factus ex farina dicta ordei

Decoctio.

vstulati cũ aqua ⁊ modico zuccari: qui est valde vtilis in hoc casu. Et si color epigloti fuerit similis colori melangiarum et in epigloto ipso apparuerit tumor magnus valde cum duritie. dubitãdũ est valde de suffocatione infirmi: quare propera re debes ad flebotomandũ infirmum: sciendo quod ille sanguis q̃ exierit erit grossus atq; niger. Et sic securabitur a timore suffocationis. Et purgat' infirmum cum lapide lazuli: vel cũ lauatura ipsius lapidis lazuli: secundum quod virtus infirmi poterit sustinere: vel cum decoctione facta cum polipodio epithimo: ⁊ elleboro nigro: ponendo cum predictis aliqua q̃ siccitatem predictarum habeãt remouere: sicut sunt viole liquiritia ⁊ nomifar. Et etiam ponere debes q̃ habeãt dolorẽ mitigare: quoniã de consuetudine huius loci et egritudinis est dolere: ⁊ pũctionẽ sentire: sicut sunt

flores sticados: succus pomorum.

flores sticados: ⁊ succus pomorum: quoniam hec conferũt dupliciter. s. q: frangunt siccitatem ⁊ remouẽt dolorẽ. Et si cognoueris q humor sit mltẽ magnitudinis: tũc dare debes p̃dictas medicinas laxatiuas cum tota substãtia frãgẽdo siccitatẽ ipsarũ cũ oleo amigdalarũ dulciũ: vel cũ sirupo squinzabin facto cum passulis enucleatis: et maxime si ifirm⁹ fuerit quadragenari⁹: ⁊ coloris bruni ⁊ pilosus: et nerui ipsi⁹ lacerti sint pleni grossi atq; lati: ⁊ vt cõsuetudo infirmi sit esse solitarius cuz multis cogitationib⁹: q: cuz sic reperiẽ ꝓ certo talis erit melancolicus. Sed si infirmus fuerit iuuenis: ⁊ non fuerit cõplexionis melãcolice: quod scies quia color ei⁹ erit albus: et erit bone conuersationis: ⁊ ꝯsuetudinis: tũc scire debes q ille humor nõ erit multe grossitudinis. Quare talibus dare debes decoctionem medicinarum soluz absq; substantia rectificando ipas cũ medicinis sibi proprijs: ⁊ cõuenientibus: vt nature amicabiliores existant prout tibi meli⁹ videbiẽ expedire scilicet cũ sirupo de melle: aut cum sirupo citri: si intendis subtiliare humorem et confortare naturam: aut cum sirupo pomorum: si intendis complexionem rectificare: ⁊ si certus fueris quod humor faciens egritudinem sit sanguis: tũc flobotomia est ei cura principalis. Et si aliquis alius humor vel humores fuerint vel erunt in causa: et etiam ex acutis scies in vnoquoq; quid erit faciẽdum ex predictis. Et quotiẽscũq; in epigloto: aut i vuula magnum fuerit apostema dilatatum non potest esse secur⁹ q̃n infirmus ad suffocationẽ possit deuenire.

¶ Capitulum. xiij. Quod est de squinantia.



ET scire debes qđ squinãtia potest fieri ex vno humore vel ex plurib⁹. Et hoc scire poteris ex accidẽtib⁹ q̃ ab egritudine fiũt. Quoniã si ex vno humore fuerit: accidẽtia erunt significantia super illo: ⁊ si ex pluribus erunt composita accidentia atq; mixta. Et q̃uis forte hoc difficile sit cognoscere tamen si optime fueris perscrutat⁹ ex dictis accidẽtib⁹ optime

poteris cognoscere atq; scire vnde ꝛ ex quo humore dictū apostema fuerit generatum: et iam tibi significaui in precedēti capl'o signa ꝛ accidētia simpliciū: et ex ipsis poteris satis leuiter composita cognoscere atq; scire Quare si apostema fuerit compositum ipsum purgare debes cum medicinis compositis: ꝛ si simplex cū ipsis medicinis simplicibus supradictis: sed scias quod aliquādo apostema vuee talis conditionis existit: quod nullatenus curam alicuius medicine recipere potest: ꝛ q̄n sic est tūc ad ferrū.s.ad cycurgiā te redire oportet. Et q̄uis hoc sit cōtra nostram intentionem.s. curare cū ferro: tamē volo vt scias a me quod si eam incideres radicitus: inde grauissime egritudines habent prouenire scilicet quia aer ad pulmonem velociter tendit absq; obstaculo ꝛ defensione aliqua que possit frigiditatem aeris frangere: et eius contemperare compl'onem: vnde sequitur debilitas virtutis cordis: ꝛ illa de causa virtutes debilitent: ꝛ dissoluitur reuma: quare infirmus velociter ꝛ subito ad mortem inde poterit peruenire cognoscendo q̄d si assaz fetidam suspenderis ad collum patiētis apostema vuee vel squinātiā confert ei valde ex sui natura ꝛ proprietate.

¶Ca.xiiij.q̄d est de apostematibus accidētib⁹ cāne pulmonis.



Oriuntur etiā quedam apostemata in canna pulmonis quemadmodum in meri fieri consueuerunt: et omnia ista apostemata: siue que fiunt in meri: siue que in cāna pulmonis oriuntur: sunt pungitiua ꝛ multi nocumenti. Et si hec apostemata nō perueniunt ad magnam magnitudinem sicut talia apostemata que in largis locis nascuntur: hoc non est nisi propter strictuæam loci: quia nō possunt in eisdem locis dilatari. Sed sicut dictum est in apostematibus epigloti de causis: signis: et curis: sic et in istis que in hoc oriuntur membro intelligere debes excepto quia hec membra scilicet cāna pulmonis ꝛ meri: propter siccitatem ꝛ maciem ipsoꝝ non recipiūt humores qui sunt grosse substantie valde. Et propter hāc maciem que est in canna pulmonis quādo in ipsa oritus apā: exeūt amigdale ex locis suis q̄ sunt obuiātes aeri: et absq; dubio hac de causa inde oritur tussis falsa: eo quod non inuenit aer obstaculum ꝛ obuiationē: quare inde hoc accidens hz ꝑuenire. Et q̄n in meri accidit hoc apā. inde duo magna nocumenta habent prouenire. vnum est difficultas deglutiendi: et aliud est intensus loci dolor: ꝛ quādo certus fueris quod in aliquo predictorū membroꝝ fuerit apā: non tardabis flōmiā vllo modo propter breuitatem tp̄is hui⁹ egritudinis: ponēdo postmodum super locuz ea que habeāt ipsum apā aspargere subtiliando ꝛ resoluendo: et faceuz gargarizare aquam rosaceam cum decoctione de cassia fistula ꝛ rosarum. Et iste etiā ꝛ silia cōferunt apostemati cāne pulmonis: et specialiter odorare ipsa calida: ꝛ aerez predictoꝝ calidū

Duo magna nocumēta.

intus trahere inſpirando mol-
lificando corpus cum his que
humori peccanti tibi magis vi
debuntur expedire. Et dico cer-
tiſſime: ⁊ hoc habeas pro con-
ſtanti: quod in his apoſtemati
bus ⁊ in omnibus aliis exiſten
tibus intra corpus ſomnus eſt
peſſimus ⁊ nocinus: ⁊ pro tan-
to quantum eum remouere po
teris ab eodem tantum illud fa
cere debes donec humor ad diſ
ſolutionem ceperit deuenire, ci-
bando eum ſubtiliter abſq; in-
tenſa moleſtia: ⁊ extrahere eũ a
ſomno pacifice ⁊ quiete: recitã-
do ei noua delectabilia atq; pla
cida: ⁊ ſi iſta non ſufficerent: fac
ei omnia que ipſum a ſomno
poterũt remouere. Quare ſi iu-
uenis fuerit ⁊ tempus eſtatis:
fac eũ odorare canforã: quia fa
cit eum vigilare abſq; moleſtia
et impedimento: ⁊ ſi ſenex fue-
rit et tempus eſtatis: ſufficit ei
tantũ odorare aldeheben. ideſt
ſticados cum aliquantulo cãfo
re: ⁊ quod facit ſticados facit ru
ta. Et quemadmodum ſomnus
adiuuat apoſtema fortiſſime
diſſoluere: quando eſt in decli-
natione ⁊ in via diſſolutionis:
ita ⁊ ipſe ſomnus quando apo-
ſtema eſt in principio et in via
generationis ⁊ confirmationis
potentiſſime adiuuat ad ipſiꝰ
confirmationem ⁊ augmenta-
tionem: et ſic eſt cauſa ſue mor-
tis. Et iam ſuperius tractaui et
mentionem feci de apoſtemati-
bus que in iſtis locis oriuntur:
⁊ eorũ curas ſufficiẽter ordina-
ui. Quare cum ad breuitatem
intẽdã curas ſingulares vniuſ-
cuiuſq; omitto: et eorum acci-
dentia: eo quod cura vnius eſt
quaſi cura omnium aliorum.
Et propter hoc non poſui curã
ſquinantie ſcilicet illã que de-
bet fieri cũ inciſione canne pul-
monis ad quantitatem forami
nis naris vel parum minus: et
illud omiſi: quia eſt difficile val
de: nec tempore meo vidi aliquẽ
qui eam fuiſſet exercitatus: ſed
quando diſcipulus eram in hac
arte: volui perſcrutari dicta mo
dernorum huius artis in hac
cauſa qui dicunt quod Gal. nul
lam fecerat mentionem huius
cure: ſed mẽtiti fuerũt: eo quod
G. ipſam poſuit vbi precepit in
cidere ſcilicet: ⁊ ſcindere cannã
pulmonis: ⁊ propter hoc volẽs
experimentare ſumpſi capram
vnam: ⁊ inciſi corium: ⁊ pellicu-
lam que eſt ſubtus: ⁊ de canna
pulmonis etiam aliquid minꝰ
lupino ⁊ lauabam vulnus cum
aqua mellis quotidie: et quan-
do vulnus incipiebat cooperiri
carne: deſuper ſpargebam pul-
uerem ſubtiliſſimum nucum ci
preſſi donec fuit liberata. Sed
quia meo tempore non vidi ali
quem qui hanc feciſſet: propter
hoc eam nolui primo ordinare.
Et accidit quãdoq; canne pul-
monis debilitatio vocis ꝓpter
multam vociferationem: vel ꝓ-
pter intenſum laborem: ⁊ illa de
cauſa ibi oriuntur granula par
ua: ⁊ huic cure ſufficit gargariza
re aquam roſaceam. Et debili-
tatur etiam vox propter ingroſ-
ſationem que fit a multa infu-
ſione humiditatis ſtatis viſco-
ſi in pelliculam canne pulmo-
nis: ⁊ huic cauſe ſufficit deſica-
catio.

Capitulum. xv. Quod eſt de

Alde-
hebẽ.

raucedine vocis.



Cura vero huius egritudinis est comedere aliqd de raphano cum modico zuccari: & ius etiam caulium vel brodium eorum in hoc casu confert multum. Et oritur quandoque hec egritudo ex aspitate & siccitate canne pulmonis. Et cura illius est comedere amigdalas excoriatas dulces cum succo liquiricie. Et postquam deriuat⁹ sum ad tractandum de raucedine vocis que fit ex influxione humiditatis flegmatis viscosi in cannam pulmonis que descendit a cerebro vicio reumatis vel catarri: & hoc non solum medici sciunt: immo etiam & vulgares istud intelligunt et cognoscunt nunc autem intendo tractare de raucedine que vt vicio alterius egritudinis sicut accidit ex stri ctura gule cum aliqua instita: vel sibi simili intantum quod costringitur inde neruus retro gradus & comprimitur & sequitur raucedo. Et fit etiam a causa intrinseca scilicet ab opilatione facta in ipso neruo retrogrado: & hoc fit raro & i minori parte. Ergo studeas festinanter inungere locum stricture cum aliquibus oleis resoluiuis si egritudo fuerit antiqua: sicut cum oleo nucum antiquarum et oleo de iasemino & de narcisco cum pinguedine anatis. Et pre omnibus istis expertus sum pinguedinem stornellorum qui comedunt oliuas. Sed si egritudo fuerit recens & in principio sufficit tunc inunctio cum oleo rosaceo aromatizato. Si autem iam transierit egritudo. xx. dies: tunc vti debes pdictis oleis mixtis. Et non obliuiscaris subtiliare regimen infirmantis: & ipsum diminuere: quoniam si sic feceris recupabit vocem infirmus oino domino concedente: sed si lesio aliqua facta fuerit in viis vocis ex dicta strictura: cura eius tunc est impossibilis. Et fit etiam dicta raucedo ex apostemate facto in neruo retrogrado. Et cura eius est cura predicta: subtiliando regimen. Et si superius nominaui olea plura & diuersa: et in vnum collecta huic egritudini conferentia non credas me fecisse illud absque preuisione et cautela: quoniam omnes medicine que operantur intrinsecus vel extrinsecus si fuerint plures vnius cōplonis & vnius nature: & i vno gradu simul mixte: reperiunt maioris virtutis & efficacie in omnibus egritudinibus: quam si dederis vnam solam illius cōplonis & nature: et illi⁹ grad⁹ in vno eodem pondere: Vbi gratia: qm si recipies medicinam vnam simplicem que sit calida vel frigida: sicca vel hu. in pncipio scdi gradus: & decōposita sumpseris in eadem quantitate: que in illo eodem gradu fuerit cōplonata: inuenies cōpositam longe maioris efficacie quam simplicem intantum quod. ʒ. vna de composita plus operatur quam. ʒ. x. de simplici: & hoc non recipitur solum in virtutibus pris: verumetiam in scdis & tertiis: certissime istud idem inuenitur: & quamuis causa huiusmodi sit manifesta: tamen ipsam ad presens omitto intendens breuitatem seruare: sicut in principio hui⁹ libri promisi: nihilo Gradus.

minus hec et alia in sequentibus vtilia ero rememoratꝰ deo concedente: et iam superius memorani quod opilatio fieri potest in neruo retrogrado: sicut i alijs neruis fieri consueuit: ex qua raucedo oritur ⁊ generatur. Et etiã in duobus neruis opticis a quibus lux oculis delegatur fit opilatio: et intantum qd quando clauditur oculus vnus nullatenus pupilla alterius dilatatur. Et quando sic est medici sunt desperati de cura huius egritudinis: hoc iam declaratũ est in tractatu oculorũ. Sed de hoc quod medici dicunt quod cura aliqua non prodest in illo casu nullatenus sum cum eis: nec eis assentio vllo modo. Et sicut dico de ista opilatione: ita dico de opilatione facta in neruo retrogrado: quod cura non est impossibilis omnino: immo medicine ꝓ certo eis debent valere ⁊ eos iuuare si debite exhibeantur. Quare inungere debes locũ cũ predictis oleis simul mixtis: non omittendo purgationẽ vlem totiꝰ corporis: ⁊ etiam particularem capitis: sciẽdo quod materia egritudinis non trahitur a capite nisi medicine ⁊ virtus ipsarũ illuc deferantur: vnde consulo vt alie a dictis medicinis preparentur que deferant virtutes ipsarum ipsi capiti velociter propinando eas distemperatas cum aqua mellis: ⁊ hãc viã ⁊ doctrinam adinuenit paternꝰ: ⁊ fuit valde bona: ⁊ postquam ipse obijt ego posui aliũ nuncium delatorem medicinarum ad caput: quamuis de hoc cum eo minime fuissem locutꝰ. Et non diffidas omnino quando beneficium ⁊ iuuamen istarum medicinarum non apparuerit velociter ⁊ subito: quoniã aliquando excitando ipsas nõ tantum signum aliquod beneficij ⁊ iuuaminis apparebit: sed interdum liberabitur subito deo dante.

Nerui optici.

Aqua mell.

¶ Ca. xvj. Quod est de pustulis in meri seu in ysofago.

Et oriuntur pustule in meri ex comestione rerum acutarum: sicut est sinapis et similia: vel ex assumptione medicinarũ fortiũ ⁊ acutarũ que recipiunt a medicis ad occidendum sanguisugas existentes in gula. Et fiũt hac de causa ibidem pustule rubee parue ⁊ minute. Et cura huius est succus requilitie cum mucillagine: seium cittoniorũ cũ aqua rosacea dissolutorũ retetꝰ in ore ⁊ paulatine sugẽdo ⁊ lãbẽdo deglutire.

¶ Ca. xvij. Qd est de corruptione ⁊ putrefactione in gula ⁊ meri: et eorum ptibus adiacentibꝰ in tempore epidimie.



Oritur etiã i istis membris ⁊ i suis partibus adiacẽtibus putrefactio tempore magne epidimie ⁊ pessime mortalitatis: sicut i alijs mẽbris fieri consueuit: quare ptes gule corrũpunt. Et hoc nõ accidit nisi qñ ẽ epidimia pestifera pessima ⁊ maligna: ⁊ nõ est mirũ: qm̃ aliqñ in tali tpe corrumpunt nerui pedũ qui sunt membra solida ⁊ cadũt. Et qñ tractabo de epidimia: ⁊ de egritudinibus que fiũt in ipsa: et de suis

accidentibus: tunc curam omnium ponam cum adiutorio dei.

¶Capitulum decimumoctauū Quod est de priuatione sensus et motus et relaxatione meri' et ysofagi.



Accidit etiam aliquando in neruo illo in quo insita est virtus deglutiendi spēs relaxationis et priuationis sensus et motus. ꝛ potest etiam hoc nocumentū euenire in ipso neruo a quo dictus neruus recipit influentiā ꝛ virtutem sensus et motus. Et hoc ei accidere potest propter frigiditatem complexionis sue. vnde paratus est recipere dictā lesionem. Et hoc ei cōtingere potest: aut ex assumptione narcoticarum medicinarum: aut ex potatione aque frigide in magna quātitate: et specialiter illis qui non sunt assueti bibere eam: et potest aliquando hec egritudo subito euenire: ꝛ interdum paulatine efficitur. Et quando fit ex potatione aque multe frigide: tunc fit subito. Et quando continue et paulatine vsus fuerit frigida: tunc successiue ꝛ paulatine huiusmodi egritudo efficitur: et quando sic est: incipit cuꝫ dolore leui: et cū difficultate deglutiendi que paulatine et successiue augmentatur donec deuenerit ad priuationem deglutiendi perfectam. Et hoc accidens quando accidit est pessimum valde: quoniam infirmus non potest vllo modo cibuꝫ nec medicinā deglutire: quare oportet cum omni sollicitudine properare ad eius sanitatē recuperandam: aut in breui morietur. Et quando ad hoc deuenit: curatur pluribus modis. primus modus est vt apponas cānulā argenti vel stanni in gulam. Et sit cānula habens caput quod ponitur intus in ore strictum: ꝛ illud quod remanet in manu a parte exteriori sit latum valde. Et scias quando appones cannulam in gulā: mouebitur stomachus ad subuersionem ꝛ vomitum naturaliter quare eā tūc subtrahere debes: et stare donec cesset vomitus: et iterum eam intus ponere: et cum subuersio et vomitus vel motus superuenit subtrahere: et sic facies donec ex consuetudine remoueatur. subuersio et motus: et quod sit absq; abhominatione infirmus ex appositione ipsius cannule. Et tunc sicut dictū est pone latus strictū int' in gula: tenendo latus ampluꝫ in manu: et inde lac proijce recenter mulctum: aut pultes ex farina tritici: tantum ex aliquo istorum quod inde possit infirmus nutriri: studendo semper in remouendo causam egritudinis cuꝫ quibus tibi videbitur conuenire: cognoscendo quod ex tali cura sequitur non modicum nocumentum: scilicet quod inde debilitantur virtutes membrorum gule omnes. Secūdus modus curationis huius egritudinis est ponere infirmum nudū in tina lactis: quod sit tepidum et recenter mulctum: aut in tina plena ex pultibus farine tritici q̄ sint liquide cocti. q̄m opinio quorundā medicoruꝫ est vt illud nutrimētum ingrediatur per partes inferiores corporis. et etiā per poros toti' corporis ipsi':

Prima cura.

Secūda cura.

sed hec opinio debilissima valde existit atq; friuola. Tertius quidem modus est: et est rectus certus: atq; verax: scilicet quod tali modo nutritur infirm⁹ absq; dubio: et est talis: scilicet vt recipias lac vel pultes ex farina tritici liquide decoctas: in vesica vna capre: vel eius simili: et sit in collo ipsius ligata vna cānula argenti ad modum clisteris: et facta mundificatione intestinorum perfecta cum clisteribus abstersiuis et mundificatiuis: pone dictam cānulam intus in ano: et exprime dictā vesicam diligenter cum manu: donec totū lac vel pultes in intestino recto ab infirmo recipiat: et sic inde dictum intestinū sugendo recipit nutrimentum: et ab ipso aliud intestinum sibi cōtiguum rapiendo sugit: ⁊ ab illo aliud donec sic successiue ad fundum stomaci dictum nutrimentum habet deuenire: inde stomacus recipit quod sibi conuenire videtur: et ab eo nutrit. Et iam quidam reperiūtur medici qui nituntur probare quod nutrimentum nullatenus recipi potest per clistere in itestinis vt ad stomachum possit deuenire: et hec per dicta Gal. qui dicit quod clistere iniectum per inferiora in intestinis nō potest vllo modo ad stomachum pertingere et deriuare. Et sic arguēdo affirmant quod nec nutrimentum inde iniectū vllo modo ad stomachum poterit peruenire: sed isti tales decipiūtur et errāt comparando ⁊ equiparādo medicamina iniecta per clistere nutrimento p̄dicto iniecto ſm modum determinatum: quoniam certum est quod violentia ⁊ impulsio que est in clisteri non est tanta neq; ita fortis: quod possit medicamina iniecta p ipsū vsq; ad stomachum prouicere et delegare: eo quod virtus attractiua intestinorum et stomachi ipsa medicamina abhorret: et propter hoc non attrahunt: sed expellunt: sed cum corpus indigeat nutrimento vehementer ⁊ intestina a fecibus competēter sunt depurata: ideo nutrimētū inde iniectū virtute attractatiua in ipsis fortiter vigēte attrahitur de intestino ad intestinū vsq; ad stomachum. Et neq; in medicaminibus clisteriorū reperitur virtus vn̄ habeant ascēdere a partibus inferiorib⁹ ad superiora natādo: sicut inuenit in colera acutissima que quādo descendit: aliquādo interi⁹ vsq; ad fundū ani. ⁊ ibi facit magnā punctionem: ⁊ voluntatē egerēdi: sicut dicit Gale. potest esse q; homo se abstinet et retinet, propter aliquā necessitatem: vel qr est in platea associat⁹: vel in mēsa. Quare illa colera redundat ad superiora: ⁊ sic ascendēdo potest vsq; ad stomacū deuenire. Et cū sit odiosa ⁊ abhominabilis per superiora vomēdo eijcit. Et qūo nō possumus imaginari q; lac ⁊ ius gallinarum: ⁊ pultes iniecta per clistere sicut dictū est q; virtute attractiua forti mediāte intestinorū et stomaci non possint vsq; ad stomacū de intestino ad intestinū peruenire: cum semina que existunt in olla vel aliquo vase terreo existēte iuxta aquam attrahāt nutrimentum et humiditatem manifestissime vltra ip̄m vas. ¶ Huc vsq; iā determinaui modos nutritionis huius patiētis: quorū hic vltimus

Tertia cura. — Gale.

hic vltimus conueniētior: ꝛ verior ꝛ magis eligēdus a me esse indicatur. Nūc aūt ingeniū curationis hui⁹ intēdo hic breuiter pertrāsire. Et dico ꝙ est necesse inungere locū exterius cū oleis aromaticis et subtilis substātie que nō habeāt superfluā caliditatē: sicut est oleū rosaceū factū ex oleo oliuarū: et oleū de iasemino: ꝛ oleum amigdalarū amararū: ꝛ hoc fiat ſm ꝙ medic⁹ egritudini videbitur expedire scilicet inungere locū cum vno illorū simplr: aut simul mixtis. Et vbi ordinaui ponere lac vel pultes: in illo et eodem casu potes adeo bene assuescere brodiū pullorū: vel turturū: vel colūborū masculorū: sed illa principaliter ordinauerā: eo ꝙ hoies isti⁹ partis illis frequētius vtūtur: ꝛ etiā q: in hac egritudine sunt loco cibi et medicine valde innatiue. Et est necesse vt oia predicta sint tepida: et studeas cū omni sollicitudine: vt nō sint frigida nimis actu: neq; calida actu in excessu: quoniam cibi: et medicine qñ sunt actu imnēse seu superflue caliditatis: habēt destruere calorē naturalem: qui quidē calor est instrumētū oīm virtutū corporis: ꝛ est ipse calor naturalis sicut agēs: ꝛ calefacere brū cū rebus aromaticis subtilibus tēperate caliditatis. Et id quod magis laudatur ꝛ plus est expertum in hoc casu est balsamū. ꝛ si nō posses balsamū cōpetēter habere inuenies de carpobalsamo: quāuis apud nos difficilius reperiat q; ipsum balsamum: et iterū oleū de granis pini cōmēdatur: ꝛ similiter oleū de alchaoen. i. de cotula fetida multum valet. Et si in qualibet vncia alicuius predictorū oleorū ponatur auī. j. optime: ꝛ pure ambre: erit effectus maioris valde ꝛ tutioris in omnib⁹ deo dāte. Et postq; breuiter expeditus sū de egritudinibus colli: nūc intēdo determinare de his que sibi contigue existant: sicut est pulmo et meri.

¶ Tractatus vndecim⁹ de egritudinibus pulmonis: ꝛ est cōtinens capitula tria.

¶ Cap. j. Quod est de egritudinibus pulmonis.



Scire debes ꝙ pulmo est mēbrū porosum ꝛ spongiosum valde: ꝛ ꝙ i suis porositatibus ineniūtur anuli similes anulis cāne pulmonis: q tendūt vsq; ad extremitatē ipsi⁹ pulmonis: et inde vadit aer: seu anhelitus per totū pulmonē. et hec experiētia probatur in animalibus mortuis: scilicet sufflādo fortiter intus per cānā pulmonis: inflabitur enim pulmo totus manifestissime: ꝛ cum inde aer exierit: detumescendo cōtrahitur pulmo: et simul partes eius constringuntur. Et descendit etiam aliquando flegma et catarrus a cerebro ad pulmonē et exinde prouenit tussis et strictura anhelitus. Et cura huius est mūdificare corpus a flegmate cum pulpa coloquintide ꝛ similibus: et confortare caput cū aromaticis calidis ꝛ siccis. sicut sunt gariofili: et macis: et cinamomum electum: ꝛ consuetudo est conficere emplastrum ex predictis et ponere super caput.

De pulmone

Nota cura.

Sed ego expertus sum quod fa cere puluerem ex istis subtilissi muz:et spargere super caput est longe maioris efficacie et effe- ctus in hoc casu: et hoc fuit di- ctum ⁊ consilium patris mei in fine sui sermonis. Et ego exper- tus sum quod recipere de vna- quaqꝫ dictarum specierum per se:et subtiliter qualibet pulueri zare singulariter:et miscere eas omnes simul cum aliquibus ex istis succis prout complexioni ⁊ nature vniuscuiusqꝫ infirmi ma gis videbitur conuenire:scilicet si hyems fuerit cū succo de na- hāna:idest mente: vel cum suc- co merzanzium: idest maiora- ne:aut cum succo de berēgeme- sca: idest basiliconis gariofila- ti:et si tempus fuerit calidum ⁊ febricitauerit infirmus:tūc mi- sceo dictas species solum cum aqua frigida:aut cum aqua ro- sata propter sui aromaticitatē:⁊ est melius:et facio eas exiccari: et postea iterum eas pulueriza ri:⁊ demū super caput spargere qm̄ sic faciēdo virtutes earū me lius simul coadunantur ⁊ vniū tur. Et quia hoc experimentuz sic pluries et pluries probaui: propter hoc ipsum collaudādo pre ceteris recommendo. Et est conueniens vt alteres comple- xionē infirmi conuertēdo ipsaz ad naturam siccitatis cum ali- qua caliditate:⁊ hoc fieri potest cibando euz passeribus assatis et turturibus:vel ipsis factis in tassea:et similibus. Et scias qđ flegma quod descendit in pul- monem nō de facili inde potest exire. Et hoc ideo quia aut illđ est flegma subtile ⁊ liquidū val de: ita quod pulmo non potest ipsum exterius expellere: eo qđ quando anhelitus et aer spargi tur per pulmonem diuiditur di ctū flegma et infunditur ⁊ im- bibitur in ipsuz: quare aer exit: et illuc sic imbibitum remanet: vel erit illud flegma grossum et viscosum valde. Quare propter sui viscositatem intantum ad- heret ipsi pulmoni quod nō po test inde expelli: nec euacuari: ergo si cognoueris quod illud flegma sit liquidum et subtile: studeas ipsum ingrossare toto posse:et hoc facies recipiendo ex dragaganto albo:et gumma arabica alba:et pillulas fac cuz decoctione iniubarum ⁊ vnam teneat post aliam continue in ore. Et quod inde eliquatur et dissoluit paulatine deglutiat. Sed si scieueris quod flegma sit grossum et viscosum tunc fac istas pillulas. ℞. amigdalarū: et succi liqritie: et besseartusba. quod est flania in ligua Hispa- nie:et pistētur omnia. et misceā tur cum sirupo facto de cortice citrorum:⁊ fac pillulas: ⁊ teneā tur sub lingua: et si fuerit vlti- me viscositatis: misceantur cuz sirupo centauree minoris opti- me decocto:et fiant pillule vt di ctum est:et teneantur in ore: et abstineat a multa repletione ci bi ⁊ potus:et non comedat fru- ctus nisi illos quos dicam.

Experimētuz est.

Capitulum secunduz. Quod est de apostemate pulmonis.



Oritur in pulmo ne aliqñ apā si- cut i alijs mēbris accidere consue- uit. Et illud apo stema fieri pōt ex vno humore solo aut ex pluribꝰ

Sed secundum naturam sui corporis impossibile est in ipso fieri apostema ex solo flegmate propter conuersationem continuã flegmatis cum ipso pulmone. Neqꝫ ex sola colerica propter subtilitatem sui: ⁊ propter largitatẽ pororum corporis pulmonis nõ potest ibi diu permanere: quin inde defluat et discurrat: quare ille humor ex quo orit̃ hoc apostema est sanguis: ⁊ hoc est quia grossitudini aliquantulum pertinere videtur: quare ibidem potest aliquando diu permanere: ⁊ non est etiam pulmo sic assuet⁹ ipso quin possit ex ipso ibidem fieri apostema. Et scias qđ pulmo est omnino absqꝫ sensu: et si habet est occultum valde: sed illa pellicula que est circundans ipsum: quamuis sit subtilis valde: tamen neruosa existit: vnde sensum habere probatur: et iterum est sciendũ ꝙ pulmo et sue pellicule sunt absqꝫ neruis: sibi ferentibus et prestantibus motum: ⁊ cum mouetur non mouetur per se: sed motu pectoris. Et dicunt quidam medicorum ꝙ si pulmo haberet sensum perfectũ hoc est si esset perfecti sensus: ad vltimum languesceret propter sui motum continuum: eo quod vita animalium existit ĩ anhelãdo seu inspirando aerem et expirando. Sed hec opinio mihi friuola atqꝫ omnino vana videt̃: eo quod pectus est magni ⁊ perfecti sensus atqꝫ acuti: quia ad ipsum nerui magni multi deriuantur: ⁊ continue ⁊ assidue mouetur: ⁊ mouendo se mouet etiã pulmonem: ⁊ tamen non fatigatur nec languescit: quare ratio ⁊ opinio predicta vacua et nulla esse videtur: sed hoc non intẽdo ad presens in hoc loco soluere. ⁊ declarare. Immo redeo ad illud quod pretermisi: ⁊ dico ꝙ quando apostema est ĩ pulmone: tũc infirmus patitur continue stricturam anhelitus validam atqꝫ fortem: et acutam febrem et continuam propter vicinitatẽ ipsi⁹ pulmonis cum corde: et tussim violentam: et impetuosam: ⁊ facies eius est rubea valde: et specialiter poma maxillarũ: ⁊ anhelitus eius est frequens et velox atqꝫ calidus valde: sed cum hoc est mediocris inter magnitudinem et paruitatem: et pulsus ipsius est velox et frequens: ita quod valde subito vna percussio aliam sequi videtur: sed non ex necessitate pulsus durus esse reperitur in hoc apostemate: ꝙ̃uis de natura apostematis talis esse deberet. Sed quia pulmo est membrum molle: ob hoc oportet qđ pulsus ad molliciem habeat declinare: ⁊ quia non est neruosum etiam: ⁊ hac de causa multa talia accidentia occultãtur et annihilantur q̃ apparere deberent quantum est de natura apãtis q̃ non apparent: ⁊ hec est causa quare durities pulsus nõ reperitur in hoc apãte qñ est in carnositate ipsius pulmonis. Sed si apostema fuerit in pellicula que est circundans ipsum: tunc pulsus habet ad duritiem pertinere: sed est omnino absqꝫ dolore. Et qñ febrem videbis acutam: ⁊ tussim violentam: et cum tussi aliquid non screabit: ⁊ oia signa que p̃scripta sunt: in vnum collecta fuerint: pro certo habeas quod apostema est in pulmone. Et iam supradictum est quod istud apostema non fit ex puro flegmate: neqꝫ ex colera

Vana opinio.

Pulmo molle mẽbrũ

simplici: sꝫ generatur ex sangui
ne: vel ex sanguie ⁊ colerica mi-
xtis: et est longinquum etiā val-
de qđ apostema oriatur in pul-
mone ex melēcolia eo ꝙ pulmo
eaꝫ odit et abominatur valde ꝓ-
pter ipsius grossitiem ⁊ acetosi-
tatem. Et scire debes qđ pulmo
non nutrit nisi ex sanguine sub
tili claro rubeo atqꝫ lucido.. Er-
go postquam videris infirmo
oīa suprascripta signa in vnū
collecta flobotoma ipsum: consi
deratis tñ conditionibus notis
s. etate: complexione: tpe anni: et
regione. Et in summa dico ꝙ oī
no est minuēdus quādo sic est.
Sed ꝓuisio esse debet in minuē
do plus vel minus: prout meli⁹
videbitur cōuenire. Sed flobo-
tomia esse dꝫ ex basilica dextri
brachij vel ex saluatella manus
Azis-fac sal natel-la ma nus.
que in arabico dicit azissac. Et
sit studium tuum in cibādo euꝫ
ex rebus que nō excedant in fri-
giditate superflue: sed sint con-
fortantia dupliciter. s. cum aro-
maticitate ⁊ stipticitate: sicut cū
rosis et stipitibus myrti humi-
de. Et subtilia regimen ei⁹ dan
do ei solam aquaꝫ ordei ordina
te factam et colatam. Et si fue-
rit debilis virtutis vel nature nō
transeas vltra panatam: et fac
eum abstinere ab omni specie
carnis oīno: quoniam si sic fe
caris remouebitur apostema: et
liberabitur infirmus totaliter
deo dante. Et iam videre potes
manifeste quod deus sublimis
et gloriosus propter hoc pulmo
nem creauit cum substantia ra-
ra: et cannalibus largis et dila-
tatis: vt superfluitates et viscosi
tates inde valeant faciliter per-
transire. Et quia ipse pulmo vi-
cinus cordi existit. Quod quidē
cor est membrū sicut iam sciui-
sti ꝙ est conseruatiuum vite in
omnibus corporibus ex suo spi-
ritu vitali qui in eo quotidie ge
neratur ⁊ conseruatur. Et q̄ ser-
uit huic spiritui est anhelit⁹. Et
cor ꝑm dictū philosophi est prin
cipium ⁊ radix omnium virtu-
tum totius corporis: ⁊ ab ipso fit
effusio ⁊ delegatio omnib⁹ mem
bris. Et quidam sunt qui dicūt
ꝙ cor non est radix ⁊ fundamen
tum nisi virtutis vitalis solum:
et epar virtutis naturalis: eo ꝙ
per ipsum totum corpus nutrit
et augmentatur: ⁊ cerebrum silr
per seipsum solum est principiū
et radix spiritus animalis et ab
ipso ꝓcedunt virtutes sensus et
motus. Sed he opiniones non
sunt medicine multe vtilitatis:
nec est res necessarium omnino
medico ad sciendum ipsam: eo
ꝙ est res difficilis et obscura val
de: ⁊ ꝓpter hoc fuit hec conten-
tio et disputatio iam sunt mille
anni inter quosdam. Sed id qđ
necessarium est ad sciendū in ar
te medicine: ⁊ absqꝫ cognitione
cuius nō est medicus nominan
dus est certissime scire et cogno
scere ꝙ cor est fons ⁊ principiuꝫ
spiritus vitalis ⁊ vite in anima
libus. Et ꝙ quiescēte motu cor-
dis cessat vita omnino. Et ꝙ ce-
rebrum est fundamētum ⁊ prin
cipium spiritus animalis. Et si
aliqua de causa cerebro accide-
ret solutio continuitatis morire
tur animal in breui. Et epar silr
est origo ⁊ fons spiritus natura
lis: in quo est radix ⁊ principiuꝫ
nutritionis: ⁊ ab ipso tanquam
a fonte et origine hec virt⁹ om-
nibus membris dirigitur ⁊ dele
gatur. Et si accideret ei solutio
continuitatis: non diu animal

cum vitā posset pmanere: q̄uis nō ita cito moreretur: sicut si in supradictis duobus mēbris accideret ⁊ eueniret: et causa hui⁹ est qr materia virtutis cordis est spūs vitalis: qui quidem spirit⁹ est instrm̄ vite in omnib⁹ membris: sicut dictū est. Quare qñ destruitur ei⁹ operatio cessat vita omnino: sicut qñ remouetur vel cessat lux solis vel lampadis sequitur tenebrositas ⁊ obscuritas subito ⁊ incōtinenti. Et hoc idē dicim⁹ de cerebro. Sed quāuis epar sit princeps spūs naturalis: ⁊ ab ipso ceteris mēbris dirigatur: sicut ab aliis duob⁹: sc; corde ⁊ cerebro sui ppriȷ spiritus diriguntur: tñ cum isto spū naturali vadit sanguis ad omnia membra nutrienda. Qui quidē sanguis indiget conuersione et mutatione: ⁊ mutatur et alterat de colore in colorem ſm naturā vniuscuiusq; membri recipientis: quare hic spirit⁹ grosse substantie existit respectu p̄dictoꝝ: et hec conuersio coloris in colorem ⁊ substātie in substantiā nō fit nisi in tempore determinato ⁊ non subito. Sed operatio q̄ fit a duobus aliis p̄scriptis membris principalibus agitur ⁊ operatur ex subtili substantia eorūdē. Quare si acciderit alicui istorum solutio continuitatis: priuatur subito coꝝ operatio ⁊ beneficium absq; mora: sicut claritas diei cessante sole: ⁊ etiam in obscuro cessante splendore lampadis incōtinenti sequitur obscuritas et tenebrositas per se absq; dilatōe aliqua. Ergo manifestum est ex predictis q᷒ oīa predicta tria membra sunt principalia .s. cerebrum: cor et epar: eo q᷒ non solum habere vident et reperiuntur virtutem innatā tantum qua se ipsa regunt: verumetiam et influentem habere cōprobantur: ex qua fit influētia omnib⁹ aliis membris corporis: ⁊ sine qua diu membra permanere nō possent: neq; vita in corpore. Et quodlibet istoꝝ est in se ⁊ per se principale: et nō est differentia inter ipsa nisi in tpe: q̄uis pho aristoteli videatur q᷒ solū cor sit principale membrū: et vna ex principalibus causis ipsius ad hoc cōfirmandum est q᷒ cor est primum membrum qđ generatur in corpore animalis: et talis questio est philosophica et naturalis. Sed medicine nihil cōferre videtur. Et ego nō intendo hic declarare nisi ea q̄ medicine principaliter habeāt ptinere: ⁊ que nocumētis corporis possunt obuiare. Et quia iā elōgatus sum huc usq; a ppria intētione: nūc ad presens ad ipsam redire intendo. Et dico q᷒ pter colligantiam et vicinitatez que est pulmonis ad cor febris q̄ fit pter apostema pulmonis est pessima valde ⁊ acuta: ⁊ ob hoc natura conatur toto posse ad expulsionem nocumentoꝝ faciendam quam citius potest. Quare euacuo que fit p flebotomiaz est necessaria valde in principio huius apostematis: ⁊ hoc secure fieri potest: eo q᷒ hec egritudo acuta est ⁊ breuis: propter molliciem substantie corporis pulmonis: ⁊ propter caliditatē ipsi⁹ quam habet a vicinitate cordis et a colligātia ipsius: ⁊ quibusdam apostematib⁹ aliqñ accidit strictura ⁊ coartatio fortis anhelitus. et hoc fit vna duarum causarum: aut ex nimietate putredinis facientis stricturā anheli

Qō phica

tus:sicut sepe contingit in apostematibus epatis: aut ex cõuersione humoris in saniẽ q͛ fit ꝓpter grossitudinem membri et obedientiã humoris:vt est sepe videri in pleuresi. Sed apostema pulmonis semper fit cũ strictura forti et cum magnitudine febris. Et curatio huius leniter efficitur et complete. ⁊ hoc propter raritatem membri ⁊ largitatem viarum. Et quando apostema non resolnitur :impossibile est quin vna duarum causarũ eueniat:videlicet solutio continuitatis in pulmone:vnde fit febris ethica et consumptiua:aut exiccatio substantialis humiditatis pulmonis:ex qua fit defectio ⁊ pthysis: ⁊ in arabico dicitur alcal. Et quando istis accidit inflatio pedum tũc mors est vicina. Et si dictum apostema ad saniem deuenerit:⁊ in sui exitu laudabilis apparuerit sanies alba scilicet ⁊ mediocriter spissa absq͂ odore malo: prolongabitur egritudo:⁊ fiet cronica. Sed si non fuerit alba: nec substantie mediocris:⁊ color eius ad rubedinẽ declinauerit:adhuc longior efficietur. Et si ad nigredinem deuenerit: scias pro certo quod infirmus morietur. ⁊ etiã si post nigram albam ⁊ laudabilem spuerit:non pro tanto est confidendum quin ad vltimuz moriatur. Et scias quod solutio continuitatis que fit in pulmone est difficilis valde ad coadunandum ⁊ consolidandum propter continuum motum ipsius: et propter ipsius substantie raritatem : cognoscendo etiam quod pulmo est membrum maximi iuuamenti. Quare si apostema eius saniem generauerit:

Curare leniter.

et ipsa sanies fuerit viridis vel nigri coloris : morietur infirm⁹ omnino infra.xx.dies. Sed si sanies predicti apostematis alba fuerit : prolõgabitur infirmitas tempore longo absq͂ liberatione et euasione secundum sentẽtiam medicorum: ⁊ fit inde ethicus ⁊ pthysicus cum screatione continua et tussi inseparabili: ⁊ diminuitur caro eius continue et paulatine : et conuertitur ad colorem fuscum:⁊ intantum macrescit ⁊ extenuatur donec cutis eius efficitur tota rugosa et contracta:et oculi eius fiunt concaui:et nares acute:et vngues incuruantur:et ad vltimum nõ potest palpebras superius eleuare: et hoc non accidit propter somnum:sed ꝓpter defectum virtutis non potentis ipsas eleuare. Et cum ad hanc deuenerint dispositionem:tunc mors eius est vicina. Et multi ex istis de pulmone sanguinem eijciunt et nõ moriuntur pro maiori parte nisi post inflationem pedum ipsoꝝ. Et quibusdã ex istis accidit fluxus ventris propter debilitatem virtutis retentiue : vel propter debilitatem virtutis immutatiue:et tunc velociter moriuntur. Qđ si dictum apostema saniem non procreauerit tunc flobotomia cura est ei perfecta: ⁊ liberabitur cum ea deo dante:⁊ subtiliare regimẽ in hac egritudine confert multum quemadmodũ supradixim⁹. Et assuescat infirmus ea que habeant subtiliare et aperire. Et ex istis que experta sunt et plurimum approbata in apostematib⁹ pulmonis alcharscainna.i.panicald vel yringi ⁊ cusbaralbeer idest capilli veneris et capilli veneris quidem

conferunt in hoc casu:eo quod complexio eorũ temperata existit et ob hoc conferunt pre ceteris aliis medicinis in dissoluẽdo apostema pulmonis:et proprietatem habent in omnibus egritudinibus pulmonis:et cõferunt tussi. Et misce eam predictis medicinis que habeãt ventrem mollificare:sicut est raunt: sciendo quod istud raunt:quod isto meo tempore reperitur non solum habet mollificare ventrẽ: verum etiam ipsum purgare: quamuis illud qd antiquit⁹ inueniebat strigere diceret. ¶ Medicamẽ conueniens huic egritudini. ℞. liquiritie:et panicald in alia carsene:et capilli veneris:et flauie. añ. aur̃. ij. violarũ. aur̃. j. raunt recentis. aur̃. 5. q̃libet per se cõquassentur sicut cõuenit:et ponant omnia ad lentum ignem ad bulliẽdum preter reubarbarum in. xv. ℥. aque et bulliant vsq ad consumptionem medietatis:et colentur exprimendo fortiter:et cũ hac decoctione dissoluantur aur̃. viij. medulle cassiefistule addendo. ℥. ij. sirupi de mastice miscendo huic prescriptum reubarbarum subtiliter puluerizatum:et propina infirmo ad bibendũ:quoniã hec medicina suauiter corpus mollificat atq purgat: et nõ indiget illa custodia que in aliis laxatiuis fieri consueuit: sed propina ei ad comedendũ de pane. ℥. ij. vel. iij. si vis eum vberius reficere:attendendo quod quando tu das medicinam laxatiuam siue istam vel aliam: eam tepidam dare debes:eo qd si frigidam dederis actualiter: nocebit infrigidando calorem naturalem:et coagulando humores: et si calidam superflue dederis inflammabit calor accidentalis:corrigendo infirmũ ne in somno superflue profundetur. Et ego spero in deum qd cum hac cura et via erim⁹ sufficientes in dissolutione et curatione huius apostematis. Et cum videris acuitatẽ febris lentescere et quietam fieri:et anhelitus malus nõ affuerit:et tussis similiter mollis et lenta fuerit: scias pro certo quod apostema tunc est eliquatum:et cum fuerit infirmus ex tali egritudine liberatus:secure ppinquis dicere poteris quod optimam curam in ipso es operat⁹. Et si cũ hoc nõ secut⁹ fueris intẽtionem tuã:hoc est q apa conuertat ad saniẽ:et cũ infirmus spuit screat saniem tussiendo:que sanies si nigra fuerit vel viridis:vl istis coloribus pertineat:nõ est sperandum nec attendendum in alleuiatione et curatione accidentium infirmi:sed anteq iudices de hoc facto prius cõsiderare debes tenorẽ virtutis infirmantis:et fortitudinem egritudinis:et dies creticos:et indica a principio screationis hui⁹ saniei:qm quãto citius et tempestiuius screare ceperit talem saniem:citius morietur: sciendo qd pro maiori parte principium screationis saniei nõ fit nisi in die creatica. Quare dico quod si screatio talis saniei fuerit:vel inceperit in tertia die a principio egritudinis q ĩfirmus non trãsierit p maiori pte sextã diẽ a pñcipio egritudinis:sed si vt⁹ fortis fuerit moriet ĩ octaua die egritudinis:et si screatio saniei ĩceperit ĩ sexta die:ĩpossibile est q ĩfirm⁹ trãseat decimã diem.

Et cum ero locutus de diebus creticis: tūc memorabor de his omnibus tractatu breui. Et sanies illa que coloris est melongiarū vel que viriditati habeat pertinere mixta nigredini: magis mortis est significatiua q̄ illa que est rubei coloris: et aliorum colorum: eo qđ illi colores significant mortificationē innati caloris. Et scias qđ sanguis nō exit nisi postq̄ apa est apertum. Et cum sic est signum est certissime laxitudinis et debilitatis nature non potentis digerere et conuertere sanguinē illū ad saniem: quare hic non percipitur esse aliqua digō. Et cum dico sanguis: non attendas qđ intelligam sanguinem purum: sed est mixtus cum alijs humoribus: sed denomino ipsum sic a dominio et a colore. Sed cum sanies apparuerit alba et mediocriter spissa: et exierit leniter et absq̄ difficultate: tunc secur⁹ esse poteris quod prolongabitur egritudo. Et si studiosus fueris valde in curatiōe ipsius regēdo eum perfecte prout sibi conuenire videtur: proficies ei non modicum: et efficietur vita eius melior atq̄ lenior: et alleuiabūtur eius accidentia: et sic operabitur infirmus omnes suas virtutes naturales: exercebit artez suaz: et possibile erit q̄ recedēte ab infirmo omnia sua accidentia: intantū qđ ab omnibus putabitur esse liberat⁹: et ipsemet se putabit esse sanū pfecte. Medicus autez certissime scire debet: si illa est vera opinio vl' nō. O quaz dignus est laude talis medicus cum sic operatus fuerit faciendo totuz quicquid de arte fuerit faciendum. Infirm⁹ vero taliter permanebit: donec terminus eius fuerit: et talis homo dici non potest absolute sanus nec infirmus. Et regimen saniei apatis pulmonis esse dz cum rebus abstersiuis et mundificatiuis: et non calefactiuis cum aliqua incisione et desiccatione: sicut est terra sigillata q̄ a proprietate confert pulmoni: et q̄uis stipticitatem habeat: pro tanto non amittit virtutem cōfortandi membra intrinseca: et capilli veneris vsus post quartumdecimum diem confert ei: et besbege. i. macis etiaz postq̄ fuerit ablutuz in aqua pluries est valde bonuz: et cortices citri similiter conferūt valde in hoc casu: eo quod fortitudo virtutis mirabiliter valet in hac egritudine: et he medicine quas diximus multum valēt habētibus saniē in pulmone confortādo. ℞. ergo ex vnaquaq̄ istarū partes equales: et bulliant in aqua: et propina infirmo ad bibēduz cū sirupo facto ex scariolis: aut cum rosis recentibus. Et ex rebus multum conferētib⁹ huic egritudini est hic scilicet vt capias bolum armenum et ponas eum in vase aliquo terreo cum carbonib⁹ ignitis: et sit vas habens coopertoriū quod in medio superficiei habeat foramen vnuz: vnde fumus possit exire: et asperge ibi aquam rosaceā: et recipiat infirmus illuz fumum per os tēperate pluries in die: istud confert: quia aromaticum confortando pulmonem et cor: exiccando pulmonem: et rege cum subtili regimine. Et meli⁹ regimē istis est panis bene fermentatus cuz zuccaro rosaceo. Et iam recordatus sum quod

medicus dignus laude

ater meus dicebat mihi: quod ater suus habuit quẽdam hy-panum in cura q̄ patiebat̃ hãc gritudinem: et extenuat⁹ fuit ntantum tota caro eius con-umpta fuerat: et auus meus psum totaliter curauit scilicet quia cibabat eum pane bene ermentato. cum zuccaro rosa-ceo: et pane similiter bene fer-mentato cum oleo oliuarum: et taliter resumptus fuit: et suam recuperauit humiditatem: nec ei superuenit aliquod accidẽs malum: ⁊ vixit postea tam lon-gum tempus quod medicus q̄ curabat eum scilicet auus me⁹ obijt ante ipsum: et postea diu remãsit in manib⁹ patris mei. Et obijt ad vltimũ ex alia egri-tudine et nõ ex ista. Et mihi si-militer quando incepi practica-re superuenit ad manus meas quidam qui patiebatur talem egritudinem: et innui ei regi-mẽ dictũ: et sic recessit tussis ab eo: ⁊ impinguatus fuit: ⁊ redijt ad operandam artem suam: et ad exercendum omnes actiões suas: et sic vixit postea lõgo tẽ-pore: ita quod eo tempore fuit epidimia in illa regione: ⁊ ipse mortu⁹ fuit in ipsa ex febri acu-ta. Et iam inuenim⁹ quod Ga-lenus precepit dare tyriacam magnam in ista egritudine: et confert multum: lac etiaz asine recenter mulctum: ita quod in-continenti cum exit ab vbere re-cipiat eum infirm⁹ nec ab aere inficiatur. Et quia lac asine et carnes eius non est licitum sa-racenis comedere: ideo precipi-mus sumere lac capre: q̄ sit per-fecte sanitatis loco eius. Et est necesse vt propines ei ad come-dendum crura de helo: et me-dullam de auseg: et oculos ra-morum ⁊ folia ipsorum. Et vua passa ad comedendum lauda-ta est valde in hoc casu. Aqua vero quam bibere debet sit mũ-da et pura et remota ab omni mala qualitate. Et ego dico q̄d omnes species carniũ sunt ma-le in hac egritudine. Et q: sto-macus patientis hanc egritu-dinez est debilis: ideo ei debes dare de cibo in quãtitate tali vt eum possit digerere absq̃ diffi-cultate magna. Et dixit etiam Gale. q̄d cancri fluuiales opti-me abluti ita quod eorum hor-ribilitas sit ablata ⁊ conquassa-ta decoquantur in aqua diu: postea colentur fortiter expri-mendo quod illa decoctio mul-tuz valet in hoc casu. Et postq̃ Gal. hoc affirmat certissime cre-dendum est quod sic sit: cum sit talis ⁊ tantus in hac arte. Sed hanc non faciunt actionez sua complexione sed a sui proprie-tate: eo quod inter complexio-nem ipsorum et pulmonem exi-stit similitudo: et quia nõ sunt grosse substantie: ⁊ sunt haben-tes humiditatem i sui comple-xione: ⁊ sunt mundificatiui hu-morum: ideo in summa sunt cõ-ferentes in hac egritudine. Et commendauit similiter Gal. da-re in hac egritudine trociscos andaracharon: quoniam sunt iuuatiui valde. Et aliquando sanies oritur in pulmone absq̃ apostemate: nominato in ara-bico varam: que fit quãdo adu-nant̃ humores in corpore pul-monis qui non possunt vere sa-nies nominari: eo quod sanies vera non est nisi in loco in quo est inflatio atq̃ tumor. Sed sa-nies q̄ fit absq̃ apãte fit ex hu-

Gal.

Gal.

moꝛibꝰ deriuatis in pulmone ab aliis mēbꝛis q̇ inuiſcant̃ ibi. Quare mēbꝛū debilitat̃ intm̄ ꝙ non poteſt ipſos a ſe expellere: et pꝛopter hoc diminutio motꝰ generatur ab anhelitu in loco illo vbi humoꝛ dictus fuerit inuiſcatus:et continetur hic humoꝛ in commiſſuris ſuis. Sed vera ſanies generatur quando tumeſcit pulmo:⁊ inflatur ex ſolutione continuitatis:que oꝛta eſt in eo ex diſpoſitione aliqua mala innata ei. Et generatur ſolutio continuitatis in pulmone ſicut in aliis membꝛis. Et accidentia pꝛopꝛia que accidunt ex dictis cauſis eſt extenſio qn̄ tuſſit:eo quod conſtringitur pectus ſuper pulmonem:quando repletur aere. Et poſſibile eſt ꝙ hec egritudo in pulmone accidat ex vna duarum cauſarum quas nunc diximus. Et poteſt etiam pulmoni euenire ſolutio cōtinuitatis non a ſeipſo:ſed a ſupfluitatibꝰ malis ibi deriuatis queādmodum nunc diximꝰ de apatibꝰ:⁊ pōt ſimiliter i ip̄o oꝛiri coꝛroſio ex humoꝛe acuto illuc delato et infuſo:q̇ humoꝛ ibi aduritur ex caloꝛe accidētali:aut ex ira:vel ab anguſtia et fatigatione ſupflua ſpirituum: quare ab illo coꝛrodit̃ locꝰ ⁊ viCura. cerat̃. Et cura huiꝰ eſt cura apatis eiꝰ excepto ꝙ hec eſt grauioꝛ ad curandum:⁊ quod pꝛincipaliter cōuenit in hoc caſu:eſt tēperare complexionē:⁊ mitigare moꝛdicationē cū rebꝰ cōueniētibꝰ ſibi:ſic̄ cū viſcoſitate ſeminū citonioꝝ:⁊ cū ꝺcoctiōe iniubaruꝫ ⁊ liquiritie:⁊ bibat ip̄aꝫ: et fit etiam ſolutio cōtinuitatis in pulmone ex foꝛti extenſione facta i ipſo ab impetuoſa ⁊ valida tuſſi:vł a clamoꝛe foꝛti:aut a ſuperfluo onere atq̧ graui vltra ꝗ̄ ſua poſſibilitas exigit et requirit:vel ex caſu a loco alto aut exvrtatione et impulſione facta cū pectoꝛe valida atq̧ foꝛti:et iſti tales eiiciunt pꝛio ſanguinem feruentem abſq̧ maxima tuſſi. Et ſanguis ille q̇ eiicitur eſt lucidus et rubeus non groſſus ſed ſubtilis. Et cum dico de ſanguine feruente:intellige quod ſit ampuloſus et ſpumoſus. Et cura hoꝛum eſt pꝛimo flobotomare infirmum ex baſilica dextri bꝛachii:minuendo de ſanguine ꝓut virtus eiꝰ exigit et requirit: et ſubtiliare regimē eius multum:et nō exercitet̃:nec moueatur:ſed q̇eſcat: et caueat a riſu:et a ſuperflua locutiōe:et ſpiritualiter ab alta vociferatione:et cum videris ꝙ tuſſis violenter inquietat eum: pꝛecipe ei vt omni modo et ingenio abſtineat ab ipſa toto poſſe: et teneat pillulas leues ſub lingua continue: quas dicturus ſum hic inferius:deglutiēdo eas paulatine:donec mitigetur tuſſis:⁊ curando tuſſim curabitur ſimiliter cā ip̄a q̄ facit ip̄am egritudinem. Qꝺ ſi cā fuerit tēſio fctā a ſupflua repletiōe:cura eiꝰ ꝓpꝛia eſt flōmia:⁊ ſi fuerit caſus vel ꝑcuſſio inunges locū cum oleo roſaceo tepido. Qꝺ ſi tuſſis fuerit ex catarro:tūc curādꝰ eſt pꝛio catarrus ſicut cauſa pꝛimitiua:⁊ antecedēs huiꝰ egritudinis:⁊ medicine q̄ cōferūt i hac egritudine.ſ. catarro ſunt medicine ſtiptice ſubtiles:qm̄ ſua ſubtilitate de facili poſſunt ad pulmoneꝫ de=

nare: ⁊ stipticitate sua habent ipsum ⁊ partes suas constringe ⁊ coadunare atque confortare: superfluitates ad ipsum venientes recipiat: ⁊ seruando viam hanc quam ordinauimus: absque dubio non modicum infirmo proficies deo dante. Et iam supra diximus quod flomare debes basilicam dextri brachij in hac egritudine: ⁊ mihi videtur quod facta flomia basilice flomanda sit vna ex arterijs que eis magis vicinatur: ⁊ subtilia regimen eius dando solum ptisanam ordei: et liga coxas eius istitis vnanquamque per se ligatione forti: faciendo eum quiescere absque labore: ⁊ propina ei omni mane aliquid ad bibendum: quod habeat confortare cum stipticitate aliqua: sicut est sirupus rosaceus cum aqua dulci: et si aqua fuerit ex fonte qui respiciat versus orientem erit laudabilior: ⁊ extingue in aqua illa calibem purissimum atque mundum tan diu donec ad minus ex aqua diminuatur quarta pars ipsius: sternendo in domo eius folia vitis ⁊ myrtelle ⁊ similium: ⁊ odoret citonia ⁊ rosas: ⁊ ea que habeant cor confortare ⁊ dilatare: ad hoc vt sanguis diuidatur et spargat ad exteriora corporis: ⁊ non prohibeas ei somnum: nec exerceas te multum in prouocando ipsum: sed dimitte illud nature. Et si cognoueris quod humor a capite dissoluatur: ⁊ inferius distilletur ad pectus et ad pulmonem: ⁊ tempus fuerit hyems ⁊ complexio eius humida ⁊ frigida extiterit: tunc prepara ei hoc medicamen. ℞. macis partem vnam: et gariofilorum partem semis: ⁊ piperis nigri partem decimam: fiat puluis subtilissimus: ⁊ sparge super partem anteriorem capitis: quoniam multum confert in hoc casu: ⁊ specialiter quando primitiua causa huius egritudinis fuerit ex catarro. Et calefacere partem anteriorem capitis temperate quocunque modo fiat prodest multum in hac egritudine. Sed si causa huius catarri fuerit ex aere calido: omnino abstinendum est ab omnibus predictis medicinis: nec spargere debes super caput aliqua que sint complexionis calide ⁊ sicce in excessu: sed sufficiunt ea que sunt temperate complexionis: cum modica siccitate ⁊ aromaticitate: laborando in remouendo tussim toto posse: cognoscendo quod quando totum quicquid comeditur ⁊ bibitur semel ⁊ absque dilatione deglutitur more solito: non peruenit virtus illius ad pulmonem nisi per viam resudationis: videlicet eo modo quo videtur in vasis recentibus terreis quando implentur aqua: quoniam tunc trapellando ⁊ resudando per poros ipsorum exterius ad modum roris effundit atque manat: ⁊ propter hoc ordinamus pillulas ad tenendum continue sub lingua: ad hoc vt medicamen ipsum paulatine deglutiendo possit ad pulmonem deriuare: ⁊ virtus harum pillarum esse debet confortatiua cum modica stipticitate ⁊ siccitate: pertinens ad aliquam frigiditatem temperatam. Catarrus.

¶ Confectio pillularum conferentium in hac egritudine. ℞. gummi arabic. et dragg. ⁊ seminis citoniorum: et antere. ana. quartam partem. ʒ. vnius: terre sigillate aur. ij. terantur vnumquodque per se: ⁊ cribellentur: ⁊ conficiantur cum sirupo li- Confectio pillul.

quiritie:et fiant inde pillule ad modum lupini:|et teneantur in ore die ⁊ nocte::deglutiẽdo pau latine quod dissoluitur ex eis: ⁊ bibat ex his que superius dixi=mus: abstinendo a motibus la boriosis:⁊ a vociferatione forti: ⁊ a decubitu in locis duris:⁊ma xime qui non sunt assueti:eo qđ quãdiu infirmus iacet in lecto duro:vene ⁊ arterie comprimũ=tur:quare sanguis inde euacua tur⁊ spargitur per totum corp⁹: ⁊ quia forma venarum tam pul satilium quam nõ pulsatilium que sunt in pulmone contraria existit forme omnium aliarum venarum totius corporis:eo qđ vene pulsatiles que sunt in pul mone similes existunt omnib⁹ alijs venis non pulsatilibus q̃ sunt in toto corpore: in subtili=tate cum sint solummodo vni⁹ tunice:⁊ vene non pulsatiles q̃ sunt in pulmone sunt duarum tunicarum:et propter hoc arte=rie pulmonis citius scinduntur ⁊ laniantur alijs venis non pul santibus que sunt in pulmone: ⁊ hac de causa solutio continui tatis que fit in pulmone est pra uior ⁊ difficilior valde ⁊ pericu=losior ceteris alijs que fiunt in toto corpore et magis remota a liberatiõe:vel impossibilis:qua re studiosus esse debes cum om ni sollicitudine ad cõsolidatio=nem faciendam cum his que di ximus : antequam ad saniem habeat deuenire: cognoscendo quod si ad consolidationẽ hui⁹ vulneris pulmonis per te infir=mus poterit deuenire : dignus eris laude ⁊ gloria valde ex hac cura . Et non credas quod hoc vulnus consolidetur ex proprio sanguine sicut vulnera aliorũ membrorũ fieri consueuerunt: sed si consolidatur non fit nisi post longum tempus. Et postq̃ visum fuerit quod consolidatio huius sit expleta ⁊ confirmata: non debes desistere ab vsu me=dicinarũ ad min⁹ vsq; quo trãs=acti fuerint sexaginta dies . Et si non consecutus fueris inten=tionem tuam : hoc est quod ad saniem conuertatur: iam supe=rius dictum est quid agere de=bes. Et iaz audiui a patre meo quod ad eum venit quidam ex officialibus hispanie: qui patie batur hanc egritudinez scilicet quod eiecerat sanguinez a pul=mone:⁊ pater meus studiuit eũ ⁊ fecit ei omnia que visa fuerã ei conuenire:intantuz quod ad tantam conualescentiam deue nit:quod putabat se esse libera tum integre ⁊ perfecte:⁊ incepi facere facta sua:⁊ agere omnia que cõsueuerat in sanitate sua ⁊ pater meus correxit eum in iungendo ei a quibus se absti=nere debebat: ⁊ maxime ab vsu mulierum: et a superfluo cibo ⁊ potu:⁊ a violentis motibus ⁊ la boriosis: ⁊ ab equitatione equo rum qui sunt semper robusti at q; fortes. Et procedente tempo=re equitauit quadam die equaz vnam:⁊ cursitauit eam violen=ter : et eadem die reiecit de san=guine in magna quantitate. Quare ex hoc ⁊ ex vsu mulierũ ⁊ alijs erroribus multis quos fecerat obijt in breui . Sed quã diu seruauit regimen sibi impo situz: sane vixit:⁊ bene fuit hoc per septem annos.

¶ Capitulum . iij . Quod est de tussi que prouenit a mala com=plexione et de omnibus alijs speciebus.



T sciās q̄d pōt ī pulmone euenire cōplexio, calida aut frigida vel sicca ex q̄ orit tussis. Et cura huius est remouere illā malā cōplxonem: cōuertēdo īfirmū ad oppositū eius qualitatis extranee. Et iam scias q̄ q̄dā rex habebat tussim. Et nihil per ipsam spuebat: vel eijciebat. Et cū medicus suus vidisset ipsum p̄cepit ei vt cū fibulis suis clauderet scissurā capitij sui anteriorem: et ablata fuit ab ipso tussis icōtinēti. Et causa tussis illius erat frigiditas q̄ attingebat pectus exterius: vnde pulmo inde lesionē recipiebat: et virtus expulsiua conabat expellere illud nocumentū ab illo mēbro. Quare hec tussis nō erat nisi ex qualitate mala frigida. Et accidit multotiēs tussis etiā illis q̄ supflue exercitant currēdo vel nauigādo seu vogādo: et maxime si nō sunt assueti. Et cā huius est: q: ex tali exercitio laborioso stomacus eorum supcalefit et exiccatur: et exiccant etiā loca vnde aer inspirat: et ex tali siccitate p̄reat tussis icōtinēti: quēadmodum videre potes q̄ accidit tussis subito illis q̄ odorāt camphorā cum sit frigida valde. Et pōt etiā esse causa tussis illorum q̄ supflue fatigant currēdo vel nauigādo dissolutio humorū q̄ dissoluunt a supfluo motu: et cadunt vel descendūt ad pectus vel ad pulmonem. Et ira simili ter promouet tussim duabus de causis scilicet caliditate et siccitate: et cum scieris cām tussis: primo studere debes in remouēdo ipsum cum suo opposito: et id quod dixi tibi de rege habeas pro exemplari in omnibus. Et adhuc itero tibi id q̄d superius dixi et scripsi in capitulo pulmonis: scilicet q̄ quando ipsi vlcus superuenerit et curatus fuerit: sicut diximus ordinare possibile erit quod viuet sic diu: et forsan ad vltimum morietur alia egritudine. Et pōt etiam tussis euenire sicut aliqui ex antiquis protulerunt medicis causa vermiū qui assimilantur muscis q̄ oriūtur in pulmone: et ex illis fit tussis valida atq fortis. Et cura huius est trahere per cannam pulmonis fumum centauree et aristologie longe. Sed hanc egritudinem nunquam vidi: tamen memorationem facio de ipsa: sicut quidam antiqui fecerunt medici. Et fit etiam tussis quando procreantur pori seu claui in membris que sunt propinqua pulmoni: ex quibus cōprimitur pulmo: et inde sequitur tussis. Et fit tussis etiā a tumore splenis et grossitie ipsius et hec non remouetur nisi remota causa. Et fit etiam ex apostemate epatis et duritie ipsius. Quoniam quando est magnum fit tussis: vnde oportet dictā causam remouere. Et fit etiam ex pleuresi q̄ fit aut sub costis aut supra costas. Et etiam generatur tussis ex hydropisi. Et fit similiter ex tumore stomaci q̄ fit ex vētositate magna in ipso vel ex superflua repletione eius cibi et potus: que fit quando paciens est gulosus: specialiter q̄n repletio est talis quod non inuenit stomacus vnde habeat expirare: quare conatur stomachus

Stomachus

expellere: quod poteſt: ſicut apparet quando aliquis ponitur in aliquo paruo loco vndiq; et fortiſſime clauſo: ita quod non poteſt eijcere a corpore quod ſibi nocere videtur nec expirare eo quod non habet locū in quo poſſit ſe dilatare et aerem conuenientem ſpirare: donec aperiatur locus: et aer ille incluſus et peſſimus euentetur: et nouus et cōueniēs inſpiretur: et huic etiā ſimile accidit illi cui in vltimo ſtomacus repletur: quia quādo ſic eſt etiam a ſtomaco non poteſt aliquid vomere nec ſuperius eijcere donec a virtute digeſtiua aliquid digeratur: et inferius aliquid deſcendat: et inde ſpacium acquirat ſtomachus: et hac de cauſa accidit tuſſis propter talem repletionem ex vicinitate ipſius ad pulmonē: propter cōpreſſionem: et multotiēs moriuntur homines ſuffocati propter talem cauſam: et fit etiā tuſſis ex ſubita mutatiōe aeris ad oppoſitū ſui. Et fit etiā tuſſis ex aſſumptione quarundam rerum quarū proprietas eſt nocere pulmoni: ſicut ſunt fungi mali qui naſcuntur in pede ſeu prope radicem cuiuſdam arboris: q̄ quidē arbor dicitur arabice helecaminum. Et fit etiam tuſſis cā mali pulueris. Hucuſq; ſufficiāt que diximus de egritudinibus pulmonis. Nūc autem intēdimus determinare de egritudine cordis.

¶ Tractatus. xij. de egritudinibus cordis: et eſt continēs capitula ſeptem.

¶ Capitulū. j. Quod eſt de egritudinibus cordis in generali.



Oriunt egritudines in corde: aut a ſeipo aut ab alijs mēbris. Quoniam quādo paſſiones generātur in quibuſdam membris patitur etiam cor: ex compaſſione ipſorum et inde parua atq; grauia generantur accidentia. Et iam ſcis quod cor eſt princeps et dominator in toto corpore: et virtutes eius ſunt potentes: et operatiōes eius ſunt manifeſte apparētes. Et opinio magni et excellētiſſimi phi: et q̄ ſunt ex ſua ſecta honorata: eſt quod cor ſolum eſt princeps inter omnia membra corporis: et dominator omnium: ſed Ga. ſentit quod ſit ſolū princeps et principum ſpiritus vitalis: eo quod animal aliquod non moritur niſi quando deficit ſpiritus vitalis qui eſt in corde. Et ſcias quod creatio ipſius cordis et eius forma eſt excellens in bonitate omnia alia creatiōe et forma ceterorum mēbrorum que ſunt in toto corpore: cum ſit ſolidus et denſius reliquis membris omnibus: et eſt habens duas vacuitates ſeu cōcauitates: quarum principalior eſt que eſt in latere eius ſiniſtro: eo quod plus habet et retinet de ſpiritu vitali alia vacuitate vt ex eius ſubſtantia exeant ſeu procedant arterie que mouentur motu continuo et non locali ſm motionē ipſius cordis. Iuuamentum autē iſtius motus eſt manifeſtum in attrahendo aerem frigidum: et in expellēdo calidum ſuperflue et fumoſum.

ñ nisi esset talis enectatio: suf caretur eius calor naturalis: extingueret in eo. Et a corde fm Ari. procedūt motus voluntarij et naturales: eo q credit epar et cerebrū recipiant influentiā ab ipso. Sed mihi videtur q cor sit nobili⁹ ceteris principalibus. s. cerebro epate et testiculis. Et quia est nobilior et magis principalis: ideo qñ vult fieri apa in ipso: anteq̄ cōfirmet: moritur patiens oino: et deficit.

Caplm. ij. Quod est de tremore cordis qui arabice dicit altades.



Cias q accidit in corde tremor sicut et in alijs mēbris cōsueuit euenire. Sed ille qui fit in alijs mēbris generatur a vaporib⁹ et tumositatibus qui ascendunt et attingunt musculos seu lacertos et cutim. Ille vero tremor qui est in corde accidit propter multā repletionē que est in eo: et ab ipsa prouenit motus ille extraneus et horribilis qui dicit altades. Et cura hui⁹ est flobotomia cū multa extractione sanguinis. et postea confortare cor cum illis que habent ipsum cōfortare: sicut cū margaritis et lingua bouina et auro puro et similibus.

Medicamē ad hoc cōueniēs valde. Rx. margaritarum et sete crude: et seminis basiliconis gariofilati: et seminis boraginis: et lingue bouine. añ. auī. x. corticis citrorum: scedes indi: gariofilorum macis. añ. auī. iiij. pure ambre atq̄ pfecte. auī. ij. terat vnaqueq̄ harū medicinaꝝ optime per se: sed seta pri⁹ incidi dz minutim quanto plus fieri pōt: postea teri optime dz simul cū perlis: et demū cū alijs misceantur medicinis: et postmodū puluis oim dictarū malaxet optie cū aqua rosacea in parapside q̄ sit perfecte vitreata: ad vltimū laminā auri puri aliquātulum grossam: et frica super eā fortiter virgā puri auri pri⁹ lamina ma defacta cum aqua rosacea tandiu donec vestigiū auri i medicinis appeat manifeste: abluendo dicta lamina auri super medicias cū optima aqua rosacea vel cū succo pomorū miscēdo dictū aurū cum predictis medicinis simul: et addendo huic recepte pōdus medietatis ipsi⁹ de electuario pomorum dulciū: et postea confice cum sirupo facto de lingua bouina bene cocto cōtectiōe bona: et propina infirmo de hoc medicamine omni mane ieiuno stomaco pōd⁹ auī. v.

Cap. iij. Quod est de chardiaca.



Ec egritudo euenit in corde: et est mot⁹ magis impetuosus naturali: et fit aut ex cā extrinseca: velut a forti ira: qm ab ipsa fit ebullitio valida: et augmentatur calor in corde: et hec est principalis cā ipsius. Et fit etiam accidentaliter a terrore: eo q quando aliquis timet superflue: non spargitur calor naturalis per totum corpus: sed constringitur intus et languens diminuitur: et debilitatur: et ex tali constrictiōe trahitur sanguis ad cor simul cū alijs humoribus: sicut apparet in reb⁹ extrinsecis: vt qñ auditur in aliqua ciuitate rumor terribilis ex quo cōmuniter pane-

scunt homines: quare omnes trahuntur ad regem tanquam ad radicem ad manutenenduz eum: ita et sanguis cum calore naturali et spiritibus et cũ aliis humoribus trahitur ad cor: et inde sequitur coquassatio in eo et fit chardiaca. Et fit similiter ex sollicitudine nimia quam aliquis habet causa perducẽdi aliquid ad effectum: et hec sollicitudo dupliciter diuiditur: qz aut vertitur circa vindictam faciendam: et hoc ponitur et continetur sub ira: vel erit sollicitudo causa acquirendi aliquod magnum lucrum: vel causa consequendi aliquid in quo multum delectetur: et tunc dilatatur cor et spargitur calor naturalis et spiritus ad exteriora: intantum qđ debilitatur cor ex illa inanitiõe: et sequitur inde chardiaca. Et fit etiam a superflua debilitate virtutis: ita quod ex quolibet leui motu vel labore chardiaca excitatur: quia scitum est certissime et manifeste quod omnis motus excitat calorem: maxime cum est fortis et subitus: et si patiẽs est debilis quilibet motus q̃ est in eo est cũ maiori difficultate et labore: eo quod graue est debilem mouere: vnde nõ fit nisi cum difficultate et labore: quare calor in eo fortis efficitur: et sic chardiaca generaẗ. Cura huius egritudinis est regere eum cuz cibis et potibus temperate: et odorare aromatica frigida q̃ habent confortare mẽbra principalia et spiritus: sicut est myrta que confortat sui natura et cõplexione: et rose: et sandali: et nenufar: et sirupus de sandalis factus cum tribus partibus sui ex aqua rosacea: et tantundem

Chardiaca.

Cura.

de aqua dulci: et propinetur ei ad bibẽdum sufficit ei: et medul la citrulorum: et cucumeris saracenici habent curare hãc egritudinem sui complexione: et cõfortando sui aromaticitate. Et est inuenta qualitas in his ad hanc egritudinem quam ignoramus omnino: sed experientia hoc certissime manifestatur. Et generatur etiam aliquando in corde sanguis adustus: vnde fit chardiaca illa dicta ex natura ipsius et sui acuitate. Et oritur similiter chardiaca ex mordicatione que fit in ore stomaci: quãdo in ipso inueniẗ humor mordicatiuus vel acutus propter vicinitatem ipsius ad cor. Et hac de causa antiqui nominabant os stomachi cor. Et cum cognoueris in hac egritudie melancoliam abundare: conforta cor cum his que prescripsimus de confortantibus cor: et margarite maxime hoc facere norunt. Et cura illius que fit ex mordicatione oris stomaci est euacuare illum humorem ab eo cũ vomitu vel solutione.

¶ Cap. iiij. Quod est de aqua que congregatur in marsupio cordis.



Et generatur aliquando in marsupio cordis humiditas aquosa q̃ assimilaẗ vrine: et accidit ex hoc infirmo consumptio et diminutio carnis paulatine: sicut fit i ptisi. Sed ego nunquam vidi hãc egritudinem: nec curaui ipsam nec inueni quod Galienus de eius cura aliquam fecerit mentionem.

tionem: tamen si aliquid debet valere in hoc casu: valēt ea que sunt subtiliatiua et resolutiua ꝛ desiccatiua cum aromaticitate: sicut est aqua feniculi: ꝛ hoꝝ similium.

Capitulū.v. Quod est de pelliculis que fiūt in marsupio cordis.



Generantur siquidē in quibusdaꝫ additiōes in marsupio cordis que sunt ad modum cartilaginū ꝛ pellicularuꝫ adinuicem mixte: sed nulluꝫ ante nos locutus fuit de hac cura. Tamen si aliqua medicamina possunt valere: erunt illa que sunt subtiliatiua ꝛ dissolutiua et aromatica cum quadam humiditate.

Capituluꝫ.vj. Qđ est de ethica cordis.



Hec egritudo oritur ī corde ex mala complexiōe sicca que fit in ipso: et hec febris desiccat substantialeꝫ seu radicalem humiditateꝫ que est in porositatibus membroꝝ condēsata vt cambiatur ꝛ pars membri fiat. Et cura huius est si fuerit in principio ꝛ ex siccitate sola cū rebus humectatiuis: et olfaciat poma aromatica: ꝛ bibat lac capre medie etatis sicut exit ab vbere. Et continuet intrare quotidie in tinā aque dulcis tepide plenaꝫ vt non sudet. Sed si cum siccitate dicta caliditas fuerit: tunc magis cōfert odorare nenufar: et violas quā dicta poma. Et cuꝫ tractabo de ethica: latius de hac cura loquar.

Capitulum.vij. Quod est de apostemate qđ fit in marsupio cordis.



Hec egritudo cuꝫ accidit in marsupio cordis nō fit nisi ex causa calida: sed si medicꝰ fuerit studiosus et sollicitus valde ad hāc egritudinem remouendam: poterit in breui curari: ꝛ hoc fit flobotomando eum citissime: minuendo de sanguine in maxima quātitate: et velociter postea infrigida complexionem cordis, cōfortando eum: ꝛ hec fit recipiēdo de sirupo myrte; parteꝫ vnā: ꝛ de sirupo sandalorum partes quatuor: et tempera cum aqua rosacea: et da bibere. Et continuo fac eū odorare myrtam recentem et nenufar. Et si negligēs fuerit medicus aut tardus in hac cura: morietur infirmꝰ in breui: eo quod marsupiū est circundans cor: quod est membrū tam nobilissimum et principalissimum sicut scis. Hec autem q̄ scripsi hucusqꝫ de corde sunt ꝓm sententiam predecessorū nostrorum medicorum. Nunc autem intēdimus dicere a nobis que ab aliquibus non sunt scripta de eo. Et dico quod quādo infrigidatur cor vltra id quod conuenit sue complexioni naturali sequitur inde in corpore toto pigritia et tarditas et debilitas in omnibus suis actionibꝰ ꝛ operationibus. Et si cum hoc siccitas preualuerit plus eo q̄ꝫ sua natura exigit: ꝛ requirit: erit patiens sollicitus atqꝫ andax ꝛ non potest aliquid qđ sibi non placeat sustinere. Et si cum dicta frigiditate: prescripta sicci- Marsupiū.

tas invltimo abundauerit:non solum dicta accidentia infirm⁹ patietur:verũetiam ei superueniet egritudo,que arabice dicitur dubul:⁊ latine nominat̃ sinthesis. Et est quãdo siccitas profundata est tantum membris quod illa humiditas radicalis que parata est ad cambium vt pars membri fiat cõsumitur ex toto et desiccatur. Et ego vidi quendam infirmum meũ qui patiebatur hanc egritudinẽ cuius caro erat diminuta et consumpta in vltimo:et erat studio sus sollicitus et curiosus in vltimo:et omnino impatiẽs: ⁊ omnes actiones ⁊ operatiões suas agebat sicut in sanitate facere consueuerat: et permansit sic in hac dispositione donec fuit mortuus:⁊ causa sue mortis fuit hec scilicet quia voluit intrare tinã aque calide :;et ego prohibui sibi quãtum potui:sed noluit me audire : et cum intrasset in eam non diu stetit quod leuiter. mortuus fuit.

¶ Tractatus.xiij.de egritudinibus epatis:⁊ splenis et est cõtinens capitula sex.

¶ Capitulum primũ. Quod est de epate et de tribus speciebus hydropisis.



Scias quod epar est vnũ ex principalibus membris corporis:sed Aristoteles sentire videtur quod operationes ipsius procedant a caliditate cordis tamen sententia medicorum est quod epar per seipsum est principale:et operationes eius a seipso procedunt absq̃ influentia alicuius alterius membri in ipsum. Et propter hoc dicit Hyppocras quod bonitas et hylaritas vite a sanitate perfecta epatis habet euenire:et epar est fons et principium virtutum naturalium : que sunt virtus attractiua : retentiua : digestiua et expulsiua :.et he virtutes influunt ab epate ad vniuersum corpus et in omnibus membris : et ab ista influentia omnia membra singulariter.dictas virtutes naturales habent exercere:et nutrimentum membris totaliter assimilare et eis vnire. Quare he ;virtutes omnes ab epate procedunt ad omnia membra corporis: vnde si debilitas inuenitur in corpore in virtute mutatiua orietur in eo egritudo ꝫm illam debilitatem: sicut hydropisis cum suis tribus speciebus. Una quarum dicitur carnosa : in arabico halahami. Secunda vero dicitur asclites vel vtrosa : que arabice dicitur cebli. Tertia autem noiatur timpanites: et arabice vocatur zachi : et timpanites fit etiam quidem a debilitate epatis. Et ego tractabo de vnaquaq̃ istarum specierũ tractatu completo :' et incipiemus a carnosa que a nobis dicitur yposarca. Et dicimus ꝙ quando debilitatur virtus digestiua epatis tunc nutrimentum efficitur crudum et indigestum :ita quod nõ potest in sanguinem conuerti : et sic remanet flegmaticum. Et tu scis ꝙ quotiensc̃uq̃ secunda digestio que est in epate errat in digerẽdo,:tunc impossibile est ꝙ cete

Arist.

ra membra possint illud nutrimentum digerere: et in sui substantiam conuertere et assimilare. Et postquam digestiua epatis deficit: et alia membra om̄ia de necessitate deficiunt: atq; errant in digerendo: ⁊ sic sequitur inde hydropisis que dicitur yposarcha. Sed timpanites oritur quando epar incipit digerere chilum̄ ⁊ non potest sufficienter eum complere: et immutare in omnibus suis qualitatibus sicut conuenit propter debilitatem sui: et non potest perfecte dissoluere quod dissoluendum est: nec preparare ad expellendū quod expellendum est. Quare conuertitur in vaporem siccum atq; grossum: qui quidem mittitur ad concauitatem ventris: et inde efficitur in eo inflatio cum duritie: eo q̄ quãdo debilitatur epar conuertit chilum et immutat s̄m complexionem ⁊ naturã malaz que ei appropriatur in illa hora. Et hic impossibile esset nobis dicere: que qualis: ⁊ quãta sit ista conuersio: sed scitū est perfecte atq; cognitum: q̄ quilibet calor siue naturalis siue accidentalis: tam si fuerit extrinsecus siue intrinsecus: si inuenit rem aquosam in quam agat: cõuertit illam in vaporem: et illud quod est grossum in esse remanet: subtile autem euaporat: et
par. recedit. Epar autem quãdo est in sua cõplexione naturali optima et perfecta est causa vniuersalis conuersionis nutrimenti in omnibus membris secūdum naturam et cõplexionem vniuscuiusq; ipsorum. Sed quando debilitatur calor naturalis in eo ita quod non potest hanc operationem complete agere generantur inde vapores multi qui conuertuntur et coadunantur in concauitate ventris: et fit hydropisis que dicitur timpanites. Et pro maiori parte est hec egritudo cum grossitie et duritie splenis magna: eo q̄d quando epar non agit in substãtiam nutrimēti id quod debet de sui proprietate ⁊ natura: hoc est mutare dictam substantiam in rem aliam que omnimodo in omnibus assimiletur sue substantie ⁊ qualitati. Et quando hec operatio exit a natura versus aliquaz partem caliditatis: tunc superealefit nutrimentum et aduritur: et natura illud mittit ad splenem: eo quod omne adustū pertinet ad melencoliam: et sic inflatur splen atq; tumescit: et hac de causa pro maiori parte non inuenies timpaniticū absq; egritudine et tumore et inflatione splenis. Sed hydropisis siquidem asclites generatur q̄n non possunt renes attrahere aquositatem que generatur in epate cum sanguine qui consueuit descendere ad renes per vias vrine: quia cum remanet in epate cum sanguine: repudiatur a membris: vnde sanguis ille aquosus ab ipsis membris expellitur ad ventris concauitatem: et inde fit asclites. Nota tamen quod si hic error fuerit principaliter ab errore et debilitate epatis: non potentis sequestrare purum ab impuro: et specialiter aquositatem dictam: fit primo hydropisis que dicitur yposarcha: et secunda: scilicet asclites a debilitate et egritudine renuz habet prouenire. Sed considerare debes vtrum illa egritudo vel debilitas re-

Asclites.

num fiat vel procedat ab epate: vel sit causa alicuius ꝑprie egritudinis que est in ipsis renib⁹: q᷑ si peccatum non fuerit in epate sed est sanum omnino: ⁊ debilitas et egritudo fuerit in ipsis renibus: tunc principaliter fit hydropisis que dicitur asclites. Et debilitas quidem virtutis epatis euenire potest a mala cõplexione que fit in ipso. Quorū species. viij. sunt sicut est manifestum: quatuor. s. simplices: et q̄tuor composite. Et cura vniuscuiusqꝫ est reducere epar ad suā complexionem naturalem cum quibus cõuenit. Sed debilitas epatis que fit ab egritudine q̄ est in ipso corpore epatis est opilatio vel apostema. Et apostema est egritudo cõposita ex cõsimilibus et officialibus. Cura si quidem opilationis est cū aperitiuis: apostematis vero cum remouentibus causam ipsius. Et accidit etiam in epate durities causa potatiõis aque frigide vltra debitum: vel debilitas virtutis ipsius causa vsus aceti superflui. Et cura duriciei que fit ab aqua frigida non est solum cum calidis simpliciter: immo indiget cum eisdem que sint confortantia stiptica et aromatica: sicut camomilla: et flores rosarū: et similia. Et nota quod species hydropisis sic componi et misceri possunt adinuicem quemadmodum et species febriū simul componuntur. Quare si medicus subtiliter et studiose perscrutatus fuerit in cognitione simplicis: leuius poterit cognoscere compositam ab eadem. Et q̄ curam simplicis perfecte sciet operari inde absqꝫ difficultate ⁊ curam composite optime sciet exercere. ¶ Confectio cõueniēs valde ad hoc. ℞. lacce lignorum mundate: florum camomille et rosarum: cinamomi electi: masticis: gariofi. et sticados. ana. ℥. j. seminis lini modicum vstulati: oliuarde idest rute caprarie: acreuan idest scolopendrie. añ. ℥. ß. Teratur vnaqueqꝫ istarum per se: et cribelletur subtiliter et cõficiantur cum sirupo de charscaina: et propina patienti omni die ieiuno stomacho ex ipso aur. v. vel circa illud et inunge epar cum istis oleis equaliter mixtis: scilicet de alchocal et de iasemino: et de granis viridibus: et ciba eum pane bene fermentato cum turturibus: ⁊ passeribus: et pullis perdicum elixatis in aqua ⁊ sale. Sed si debilitas epatis fuerit ex vsu aceti superfluo: tunc cura illius est sirupus iste. ℞. passularum enucleatarum: et liquiritie mundate, ana, libram. ß. panichal. ⁊ carsene et gafet: et oliuarde, ana. ℥. iij, masticis. ℥. j. conquassentur quelibet per se: et infundantur omnia in sufficienti aqua per noctem vnam: mane autem bulliant lento igne vsqꝫ ad consumptionem medietatis: et colentur exprimendo fortiter et optime: et adde huic colature zuccari libras decem et mellis libras. v. et decoquantur vsqꝫ ad spissitudinem sirupi: et da patienti de isto omni mane ieiuno stomaco. ℥. ij. cum. ℥. vj. aque dulcis tepide: et cum aur. v. mellis rosacei. Et inunge epar cum oleo de granis viridibus: et camomille ana.

Con ctio na.

Sir pus

¶ Capi. ij. Quod est de apostemate epatis.


Ccitur quandoqꝫ in epate apostema. Quod si fuerit in substantia sue carnositatis: ꝛ ad saniem deuenerit: non spero ꝙ infirmus inde in perpetuum possit liberari: eo ꝙ epar est membrum principale ꝛ fons potentissimus: vnde quando taliter patitur priuantur eius virtutes omnes et destruuntur et sequitur velociter mors.

¶ Cap. iij. Quod est de opilatione epatis.


Cura huius egritudinis est aperire opilationes ipsi⁹ cū decoctione oliuarde: panicald ꝛ scolopendrie et similib⁹: ꝛ succus feniculi est maximi iuuamenti in hoc casu.

¶ Capi. iiij. Quod est de dolore epatis.


Ccritur aliquando in panniculo epatis extēsio sicut in aliijs membris consueuit euenire: vnde sequitur dolor fortissimus quasi intolerabilis: et apparet patienti ꝙ epar sit qđ doleat. Et est sensus huius panniculi acutissimus propter multitudinem paruorum neruorū in ipso contentorum. Ego autem
a. passus fui hunc dolorem: et curaui me inungendo locum cum oleo de vitellis ouorum: et nucum equaliter mixtis: et liberatus fui in ipsa die: sed factus fui inde ycterictus. Et de ipsa inferius loquar domino concedēte.

¶ Capi. v. Quod est de egritudinibus splenis.


Scias ꝙ splen est membrum quod habet ad se trahere superfluitates melēcolicas: ꝛ trahendo illas nutritur ex subtiliori et puriori parte ipsarum. Et generantur in ipso quandoqꝫ egritudines sicut in aliijs membris fieri cōsueuerūt. Et non est splen ex mēbris principalibus corporis: nec habet multas operationes in corpore exercere: nisi quia trahit ad se superfluitates grossas: sicut renes trahunt subtiles et aquosas: et istud membrum augmentatur et ingrossatur multum. Et cura huius est cura suprascripta in epate. Et scire debes quod splen sustinere potest fortiores medicinas valde ipso epate. Et non tradas hec obliuiōi: scilicet quādo vis dare medicinas pro splene vt admisceas eis semper ea que habeant acetositatem: eo quod istud membrum proprie nutritur isto sapore: et propter hoc attrahit acetositatem et rapit eaꝫ violenter: et hac de causa miscenda sunt acetosa medicinis splenis vt deferant virtutes earuꝫ citissime ad ipsum: ꝛ acetum habet dictas medicinas citissime ipsi spleni ferre et deportare. Et iam est notum quod quando ingrossatur splen intantum quod non potest ad se trahere grossitiem sanguinis atqꝫ eius fecem remanet tunc dicta fex cum sanguine et spargitur per venas in vniuersum corpus: et alteratur inde complexio epatis et debilitatur: et ex ipsa debilitate sequitur vna ex speciebus hydropisis vel plures. Et de hydropisi et suis tri-

bus speciebus superius breuiter pertransiui: nunc autem intendo complere tractatum.

Cōfectio. ¶ Confectio sirupi conferentis valde duritiei et magnitudini splenis. ℞. camomille ⁊ corticis radicis tamarisci: oliuarde al's gasec: thymeni: al'. sticados et iahade et flazia: al'. capilli veneris: et scolopendrie et asarabachara. añ. ℥. j. rubee tinctoris. ℥. ʒ. radicis de alzaru. ℥. j. corticis radicis feniculi: ⁊ corticis radicum caparis. ana. auř. v. masticis auř. iiij. croci auř. j. liquiritie mundate pondus medietatis omnium predictarum medicinarum: conquassentur que sunt conquassanda per se: ⁊ infundantur nocte vna in. xxiiij. libris aque calide: et mane bulliant lento igne vsq; ad consumptionem medietatis aque: et colentur fortiter exprimendo: et illi colature adde. viij. libras mellis dispumati: et libras. ij. zuccari: ⁊ bulliant iterum lento igne donec incipiant spissari: ⁊ tunc adde aceti vini fortissimi libras. ij. et bulliāt vsq; ad spissitudinem sirupi: et reponantur in vase vitreato: et cum opus fuerit: da de eo patienti ab. ℥. j. vsq; ad. ij. mane ieiuno stomaco cum ter tanto aque dulcis calide: et cū duobus auř. mellis rosac. et cibetur cibis subtilibus et de carnibus dentur ei pulli parui et columbini: et si vis dare ei gallinas vna die dabis: et alia non: et rege eum taliter donec fuerit liberatus. ¶ Et emplastrum (Emplastrū.) istud iterum spleni superponatur: quoniam confert valde. ℞. radicis tamaricis et camomille: ⁊ florum narcisci: ⁊ florum de iasemino. ana. partes equales: radicis caparis quartam partem: farine ordei vel spelte quātum est quarta pars omnium medicinarum et incorporentur cum aceto et aqua equaliter mixtis: et pone calidum super splē nem: et liga super hoc emplastrum folia viridia ficus: ⁊ comedat infirmus ante cibum pomitella caparorum (Pomtella) postquam fuerint madefacta in aqua cum sale et aceto: quoniam sunt magni iuuamenti in hac egritudine: et teneat dictum emplastrum in nocte: et in die inungatur bis cum oleo de lilijs et rosaceo. Sciendo quod aliquando hec egritudo certificatur per vrinam turbidam quando mingitur in quantitate magna. Et hoc ideo quia quando splen nō potest trahere dictam superfluitatem ad se: remanet cum sanguine: et expellitur inferius per vrinam. Et aliquando dicta superfluitas expellitur a natura ad cutim exteriorem corporis: ⁊ fiunt ibi vestigia nigra lata vel coloris violacei: et incontinenti post apparitionem dictorum (Spl) vestigiorum remouetur duri ties et grossities splenis: et hoc vidi pluries proprijs oculis: sicut multotiens vidi yctericiam citrinam in cute fieri quando colera exterius expellitur ad ipsam: et quando iste humor per secessum emittitur non curatur ab omnibus: sed quando in cute apparet: tūc ad medicos currūt velociter pre timore.

¶ Capitulum sextum. Quod est de ycthericia citrina.



Hec egritudo i corpore generatur quando colera simul exterius ad cutim expellitur: vt vertitur color eius in similitudine coloris citri: et album oculi similiter. Tamen considerare debes vtrum hic patiens prius pateretur acutam febrem vel non: et si patiebatur: vide si post istam expulsionem remaneat alleuiatus a febre vel non: aut si erat prius sine febre: sed apparente yceritia fuit febris: et iterum si erat cum febre considera vtrum dicta yceritia apparuit ante septimum diem vel post. Quod si in septima die euenerit: spera bonum de infirmo: eo quod facta est ista expulsio post digestionem materiei. Quod si apparuerit dicta yceritia in principio febris: timendum est de ifirmo ne habeat apostema calidum in epate: vel in suis pelliculis. Et quando sic est omnes humores ad epar deriuantes in coleram conuertuntur: et inde color totius corporis inficitur atque intingitur ab eadem. Et cum fueris certificatus quod hoc apostema est in epate confirmatum: fac tunc omnino patientem abstinere ab omni re calida atque dulci: ab oleo oliuarum et ab omni pinguedine et vnctuositate: quia si dederis ex istis aliquid interficies infirmum omnino. Et studeas potare eum aqua cucurbite: et ciba eum panata decocta in aqua ipsius cucurbite: non admiscendo ei speciem aliquam nisi coriandrum vel succum. Quod si virtus fuerit debilis: dabis ei cucurbitas coctas cum perdicibus: et infrigida eas in puteo vel niue. Et si certus fueris quod in epate non fuerit apostema: considera si oppilatio aliqua fuerit in canali: seu meatu superiori vel inferiori cistis fellis vel verruca seu pustula in aliquo ipsorum generata. Quod si fuerit tunc colera extenditur atque spargitur per totum corpus cum sanguine: et membra sui acuitate et amaritudine repudiant ipsam: et expellunt eam ad cutim: que est membrum debile: et est membrum creatum a deo sublimi ad defensionem corporis totius: sed expellitur in eam a natura propter melius. Et cum scieris quod non fuerit in epate: sed est i aliquo predictorum canalium fellis: regendus est infirmus sicut diximus addendo et minuendo prout tibi videbitur expedire: faciendo tamen curam blandam atque quietam donec dicta pustula fuerit digesta vel dissoluta. Et si veruca fuerit ibidem: impossibile est quod diu moretur quin dissoluatur vel corrodatur: cum colera quotidie inde transeat: et sui acuitate habeat ipsam dissoluere rodere et desiccare. Sed si yceritia fuerit ex liberatione colere que propter sui multitudinem et abundantiam spargitur per totum corpus: que abundantia facta est ex multa comestione rerum calidarum sicut mellis et similium. Tunc cura eius est leuis: quia non indiget nisi frangere caliditatem corporis totius: et hoc cum aqua cucurbite: et citrulorum et anguriarum: et cum aqua rosata: propinando ei predicta ad bibendum

veruca.

poſtquā fuerint infrigidata in
niue vel ī puteo. Et da ei ad co-
medendum lentes decoctas in
aqua cucurbite: ⁊ aceto: quoniā
eſt cibus in hoc caſu valde vti-
lis et perfectus: et fit etiam icte
ritia ex potu alicuius rei mali-
tioſe. Sicut accidit azir filio ali
qui erat cōteſtabilis regis: qui
miſit pro me: vt ad eum ſibilie
ire deberem: et inueni euꝫ glau
cuꝫ in corpore toto: ſicut eſt cor-
tex citri: et amiſerat appetitum
comedendi ex toto. Et conſide-
rando cum omni ſollicitudine
ſuper negocio: graue mihi val-
de videbatur inueſtigare ⁊ cer-
tificare me de cauſa huius egri
tudinis: et hac de cauſa nō au-
debam ei curam adhibere. Et
conſiderando precedentia in-
firmantis: non videbam quod
ex ipſis iſtud accidens habe-
re debuiſſet: eo quod in eodem
inſtanti in quo habuit ictiritiā
habuit ſimiliter et caſum appe
titus. Cogitauit quod bibit et
comedit rem venenoſam: de na
tura cuius erat conuertere com
plexionem corporis totiꝰ in co-
lericam. Et dixi quod hec con-
uerſio erat ex proprietate rei di-
cte: et non ex ſua complexione:
quare conuerſus ad deum con-
fidens totaliter in eum rogaui
vt ei minime plus nocumenti
inferre poſſem quaꝫ illud quod
habere videbatur. Dedi ergo ei
ad potādū pondꝰ triū granorū
ordei de bezehard. Gloſa.

Beze-hard. ¶ Nota quod magis propriuꝫ
bezehard et vtiliꝰ ceteris eſt il-
lud quod prope oculos ceruorū
oritur in partibus orientis tali
modo. Sciendum eſt quod cer-
ui magni iluꝰ partis comedūt
aliquando ſerpentes vt fortes
fiant: et antequam recipiāt in-
de nocumentum currūt ad flu-
mina dulcia: et intrāt intus tā-
tum donec aqua attingat eis
vſqꝫ prope os ⁊ totum iſtud do-
cumentum habent a natura: et
tantuꝫ morantur ſic abſqꝫ vlla
potatione aque. (Quod ſi bibe-
rent aliquid de aqua morere-
tur citiſſime) donec oculi eorum
incipiunt lachrymare: et illa la-
chryma inuiſcatur et coagula-
tur ſub palpebris: et intantum
ſic morantur: et oculi tantuꝫ ſic
lachrymātur donec illa lachry-
ma creſcit et augmētat ad quā-
titatem caſtanee vel nucis: ⁊ cū
ſentiunt venenum receſſiſſe et
nocumentum: exeūt inde: ⁊ va-
dunt viam ſuam: et illa lachry-
ma ſic indurata vt lupis frican
do cadit: et inuenitur ab homi-
nibus: et eſt bezehard perfectiꝰ
⁊ vtiliꝰ ceteris bezehard. cum
ʒ. v. aque cucurbite. Et poſui
aquam cucurbite ad reprimen-
dum furioſitatem illius calidi-
tatis acquiſite: et bezehard ad
expellendum venenū: et ſic po-
ſui complexionem cucurbite fri
gidam contra complexionē ca-
lidam patientis: et proprietatē
bezehard cōtra qualitatē et ꝓ-
prietateꝫ veneni: ⁊ ſic inde per-
fecte fuit liberatꝰ. Unde ex hac
cura fui mirabiliter commēda-
tus. Et qui viderunt et audie-
runt venena pro nihilo repu-
tabant faciendo illud. Et iam
ſciuiſti quod antiqui medici di
xerunt quod ictericia que fit
in pricipio egritudinis eſt ma-
la valde: eo quod fit ante di-
geſtionem materiei. Sed ego
dico quod eo quia ictericia fit
ex humore acuto eſſe debet ve-
locis motus in omnibus ſuis

actionibus et passionibus: vnde non videtur esse longinquū nec extraneū: si recipit digestionem in secunda die ꝛ magis in quarta: et maxime in iuuentute: et in regione calida: ꝛ in tempore calido: et quādo flant venti orientales vel meridiani⁹.

¶ Etiam hucusq; locutus sum de ictericia prout mihi videtur sufficienter. Nunc autem intendo tractare de laniatiōe ꝛ scissura sifac: ꝛ exitus intestini quod est supra ventrem.

¶ Tractatus .xiiij. de egritudinibus que fiunt in sifac: ꝛ est cōtinens capitula duo.

¶ Capitulū .j. Qd' est de scissura sifac: ꝛ exitu intestini.



Sifac aliquādo scindit: aut ex percussione facta cum ligno vel lapide ventre repleto existēte: aut ex saltu valido post repletionem: vel ex impetuosa et continua tussi: aut ex superfluo pondere: et horum similium. Et scias qd' quando scinditur sifac q̄uis in principio sit parua et modica quotidie augmentatur et dilatatur: ꝛ in tantum sic multiplicatur donec intestina exeāt: nō habentia q̄d sustentet ipsa nisi cutim exteriorem: et inde sequitur dolor ventris: et rugitus: et dispositio īfirmi tota mala efficitur: ꝛ maxime illis qui vtuntur exercitijs laboriosis: sicut est equitatio et cursus equorū: et operatio artium que fiunt cū difficultate et labore magno et similium. Quare in istis qui laboriose et quotidie sic exercitantur quotidie dilatat̄ i eis scissura. Cura autem huius egritudinis est quies: specialiter illis q̄ hanc sustinere possunt: cū modico cibo et potu: et cōtinuo iaceant super dorsum: abstinendo a forti vociferatiōe. Et si tussiunt abstineant ab ipsa toto posse: et studeant vt eam quietam faciant atq; lentā: euitando sternutationem quantum possunt. Et postmodum reducatur intestinum in locum proprium: ligando desuper emplastrum stipticū non tamen grosse substantie nimis: et cōtinuādo optime omnia ista possibile est quod liberetur deo dante.

¶ Sciendum tamen quod consolidatio huius sifac est difficilis valde: eo quia eius situs est in loco humido valde: et cum mouetur corpus: semper cū eo mouetur et conquassatur sifac. Ego autem tempore meo vidi quendam amicum meum qui passus fuit hanc scissuram: ꝛ recessit ab eo hac de causa possibilitas exercēdi omnia que agere consueuerat. Et erat tunc iuuenis. Et cum illa superuenit ei dolor validus in ventre causa multe comestionis vuarum et pomorum: et iterum in toto corpore acutissimos habuit dolores: ita quod nullatenus poterat se mouere: nisi cum difficultate et labore maximo. Studui ergo circa eum in remouendo dolores: et precepi ei vt minime comedere oberet: nisi modicum panis bene fermentati cū passerib⁹ decoctis in tassea tam diu decoctis donec carnes

eorũ dissolui ab ossibus videan tur. Et sic tenui eum cũ isto regimine iacendo supin⁹ p duos menses: ita quod non poterat orare more sarracenoꝛuꝫ nisi in corde suo: ⁊ sic remoti fuerũt doloꝛes remota materia eorum: et liberatus fuit ab eis integre et perfecte. Et remotis doloꝛibus cepi laboꝛare circa rupturã: sed fessus ⁊ fatigatus pre longitudine tempoꝛis dimisi eum precipiens ei vt quniesceret tempore longo iacendo supinus: ⁊ sic stando cũ dieta modica ac subtili: rediijt intestinum in locũ suũ pmanens vacuũ: et sic cõstricte fuerunt partes: ⁊ consolidatus fuit pfectissime absqꝫ cura alia. Et quod rememoꝛatus sum de isto non feci nisi vt sit exemplũ aliijs cum contigeret casus similis.

¶ Capitulũ .ij. Quod est de vulnere ventris.

de vulnere. vẽtris



Quando autem in ventre fit vulnus ex ferro: ligno: vel lapide: ita vt zirbus inde exeat. tunc pꝛimo medicus laboꝛare debet: vt ipsũ zirbum intus remittat et redire faciat: et si super ipsum apparuerit puluis: vel pilus: vel segatura alicui⁹ ligni: pꝛimo est optime abluendus cum aqua tepida: et postea quiete intus reponatur. Et si aliqua pars zirbi denigrata fuerit vel coꝛrupta incidatur: et cum fili sete suatur: et ponatur intus: ponendo super suturam ea que habẽt cõsolidare subtiliando regimẽ vt superfluitates minime ibi possint abundare. Quod si ex vulnere sanguis in quãtitate multa non emanauerit: fac infirmũ ex basilica que arabice dicitur halchaka flebotomari: quoniam est cura generalis in omnibus vulneribus pꝛohibens fluxum humoꝛum ad locũ vulneris. Et si ex vulnere intestinum exierit absqꝫ vlla lesione sui: tunc studeas cum omni festinatiõe et sollicitudine vt ipsum leniter atqꝫ plane redire facias: eo quod si aliquam moram extra faceret: inflaretur: et non posset postea redire vnde exiuit. Qud si ex moꝛa foꝛsan ad inflationem deuenerit: habeas tunc aquam dulcem calefactam tepidam in vltima temperantia. Et sparge ipsaꝫ super oꝛificium vulneris vice post vicem: donec inflatio remoueatur: postea cum omni planicie ⁊ suauitate laboꝛa vt ipsum intus redire facias: iniungendo ei quietem cõtinuam: et vt abstineat ab omni vociferatione clamoꝛosa: et a superfluo cibo et potu. Et cibus eius sit: cuius modica quãtitas multum nutriat: et sufficiant ei in cibo duo testiculi galli decocti in tassea. Et studeas in remotiõe humoꝛum: et in elongatione ipsoꝛum a loco vulneris: et inunge partes que remote sunt aliquantulum a vulnere in circuitu cum oleo rosaceo odoꝛifero atqꝫ aromatizato et non moueatur infirmus vsqꝫquo vulnus fuerit consolidatum. Sed si cum vulnere pfoꝛatũ fuerit intestinum: ⁊ fuerit ex gracilibus: ĩpossibile est meo iudicio vt libereẽ ⁊ ꝯsoli

dex. Qd si fuerit i grossis ipoke
erit vt viuat infirmus: ꝛ si sola
vna ex pelliculis itestini fuerit
pforata vel exlaniata: poterit in
de bene liberari deo dante: et si
vltra fuerit perforatum: diffici=
lis erit cura atq; grauis: ꝛ possi
bile erit forsan vt viuat infirmꝰ
sic in ista dispositione. Sicut vi
sum est ab hominibꝰ de quibus
dam animalibus. Et vidi tem=
pore meo hominem a quo ster=
cus per vulnus exibat: qui vixit
sic in ista dispositione mala lon
go tempore: faciendo facta sua:
ꝛ acquirebat vnde viuebat cꝫ=
nis malez cũ difficultate. ¶ Huc
usq; ego declaraui sub breuita=
te accñtia huiꝰ mẽbri. Nũc aũt i
tẽdo determinare de accidẽtibꝰ
stomachi.

¶ Tractatus. xv. de passioni=
bus stomachi: ꝛ continet capi=
tula sex.

¶ Capitu. j. Quod est de ethica
stomachi.


Ec egritu=
do qñ acci=
dit alicui: p
modesiccat
stõcs pan=
latine: ꝛ sub
tiliat corpꝰ
eius: intm:
donec ad
subtilitatẽ pãni deueniat: ꝛ de=
bilitat inde stomacus: ita qd nõ
põt cibũ digerere. Et hac de cau
sa primo inter egritudines sto=
maci de ista volui ptractare: qꝛ
medicis occulta valde esse pba
tur. Attende ergo in cura huiꝰ
egritudinis: ꝛ caue neutaris ali

quo modo in hoc casu cõfortan
tibus stomacum cognitis q̃ ha
beãt stipticitatẽ ꝛ siccitatẽ: Ne
forte stomachus ab eis supfluã
recipiat calefactionem. Signa
quoq; huiꝰ egritudinis sũt hec
s. abñtia vomitus: ꝛ q in somno
nullã eijcit humiditatez ex ore:
ꝛ debilitas ꝛ casus appetitus ꝛ
debilitas maxima digestiue: ita
qd in stercore ipsius nulla dige
stio esse reperitur: ꝛ est absq; ma
lo odore: et intantum pmanet
non mutatũ qd assimilat cibis
comestis: nec habet patiẽs eru=
ctationes: ꝛ si aliqñ eructat: illd
facit debilissime et sentit nocu=
mentum a cibis desiccatiuis:
pulsus vero ipsius est durus: et
paruus: et absq; diuersitate et
variatione. Et cum hec signa in
aliquo apparuerint: certus esto
quod est macies ꝛ ethica stoma
chi: ꝛ maxime cum dormierit in
firmus supinus: si apparuerit
concauitas in loco stomaci tũc
firmꝰ esse debes i illa opinione
omnino. Et si posueris manum
tuã cõprimendo sup stomachũ
in illa concauitate: et ibi perci=
pies duriciem esse ꝛ acuitatẽ si=
ne dolore patientis ex illa cõpsi=
sione: ꝛ percipies pulsuz sub ma
nu tua ꝛ percussionez: tunc cer=
tissime ꝛ absq; vlla dubitatione
hec passio ẽ macies ꝛ ethica sto
machi: eo quod perceptio sen=
sus pulsus non est nisi ex arte=
ria que est in orificio stomachi
que minime sentiretur vllo mo=
do nisi corpus stomaci magni=
fice esset extẽuatũ. Incipe ergo
in cura huiꝰ egritudinis ab inũ
ctione stõi ipsius cũ oleo amig= Cura.
dalarum dulcium: ꝛ oleo grano
rũ viridiũ. j. alzaru: sintq; l. ʒ. j.

olei amigdalarum. auř. ij. olei granorum alzarũ: ⁊ decima pars ipsorum aque dulcis tepide: et cibetur cum pullis paruis doc-ctis in tassea: ⁊ oleũ eius sit oleũ amigdalarum dulcium: et pro speciebus vtatur masticibꝰ bullitis in ferculis suis: et cerotum ad ponendum super stomachũ sit factum ex pice nauali mollificata cum oleo amigdalarũ dulcium: quod super stomacum tenere debet tantũ per dimidiã horam parum plus vel minus: quoniam si diu ibi permaneret non modicum infirmo nocumẽtum haberet ifnerre. Et remoto emplastro incontinenti inungatur stomachus oleo amigdalarum dulcium: et oleo rosaceo: que ambo sint recentia minus vnius anni: ⁊ propinetur ei lac capre ad bibendum: quod sit tã recenter mulsum quod nullam infectionem ab aere receperit: cuius quantitas sit ab. ℥. j. vsqꝫ ad. iij. ⁊ ciba eum pullis ⁊ testiculis gallorum quoniam testiculi huic infirmo laudabiliores existunt ipsis pullis: et cibetur in die ter. Et studeas vt cibi eiꝰ sint facilis digestionis: prohibẽdo ei oĩa sicca: siue sint calida siue frigida. cognoscẽdo ꝙ calida sunt maioris nocumẽti: ẽt si sint hũida: eo qd̃ caliditatis ẽ dissoluere: ⁊ postquam ita est per accidens habent desiccare: quamuis humida sint natura: et hoc apparet in aqua calida: quoniã quamuis humectet: ⁊ actu ⁊ potentia manifeste: tamẽ propter ipsius actualeꝫ caliditatem de substantia membri habet aliqd dissoluere: ⁊ nos debemꝰ in hac egritudine euitare cum omni sollicitudine que habent et pñt dissoluere ⁊ desiccare: immo intentio tua tota esse debet in humectando hoc membrum: ⁊ eiꝰ digestionem confortãdo. ¶ Et nota quod stomachus est mẽbrum nobilissimum velut principale propter colligantiã oris stomachi ad cerebrũ: ⁊ propter multam quãtitatem neruorum qui sunt ibi: ⁊ hac de causa sollicite intendere debes in confortando ipsum et manutenendo etꝰ virtutẽ: ponẽdo in oĩbꝰ suis medicaminibus stiptica: ⁊ aromatica: ⁊ si habcrent aliquam amaritudinem: sicut est amaritudo rosarum non noceret: immo cõferret multũ: ⁊ pulle sue ⁊ testiculi gallorum: quas comedere debet: debẽt esse cocte multum: ⁊ panis eius sit optime fermentatus: parum vel quasi nihil habens de sale: ⁊ sit ex perfectissimo frumẽtoꝝ, quod optime sit masinatum: ⁊ buratatum: et malaxatum perfecte cum dulci aqua tepida: ⁊ oleum quo vti debet: sit oleum amigdalarũ dulcium: vel oleum sisaminum: tamen scire debes quod oleũ amigdalarum dulcium est conuenientius: ⁊ magis laudabile: eo quod oleum sisaminum habet membra debilitare vtentibus de eo multũ: cũ careat omni stipticitate: ⁊ habet fetorem oris procreare cõtinuãdo illud multum: ꝙuis nõ noceat aliqñ recipiẽdo de eo bis vel semel i ipsa hora qñ extrahit. Et nõ nocet ei abstinere a potu quando comedit. Oleũ vero oliuarũ si fuerit ablutum ter vel quater: in hac egritudine cõfert etiã. Et aqua ordei cõueniẽter preparata modice exhibita valet. Iã ergo mihi videtur hucusqꝫ sufficienter-

Emplastrũ.

declarasse que ad curam huius egritudinis habent pertinere: volo tamen modo addere istud modicum scilicet quod oportet te omnino euitare ea q̄ sunt magne stipticitatis: ⁊ amaritudinis q̄uis stomacus inq̄ntū est stomacus requirat stipticitatem temperatam cū modica amaritudine: tamē tam propter egritudinem quam propter naturā mēbri debet euitare omnia acetosa. Sed vt deferatur virtus medicinarum ad villos stomachi: oportet aliquando vt misceas suis medicinis aliqua acetosa. Et citonia assata multum valēt in hac egritudine: quoniā sua humiditate siti remouēt: ⁊ sua stipticitate ⁊ aromaticitate habent virtutes confortare: et sua acetositate faciūt peruenire virtutes ad villos stomachi. Et sic completa est remoratio huius egritudinis: que occulta est valde pluribus medicis: ⁊ paucos de eo inuenimus tractauisse.

¶ Capi.ij. Quod est de apostemate stomachi.

Et hec quidem egritudo in stomaco aliquando euenire pōt sicut in alijs membris euenire consueuit. Sz scire debes qd̄ omne apā qd̄ fit i partib⁹ stōi inferiorib⁹ est minoris doloris: ⁊ ei⁹ accn̄tia leuiora valde sunt q̄s ei⁹ qd̄ fit in orificio stomaci: sed id qd̄ fit i fundo stōci maioris est magnitudinis quam id qd̄ accidit vel oritur in orificio ipsius. Et cura quidem horū omniū apostematum generalis est. Primo ex basilica flebotomare: ⁊ frequēter clistrizare: ⁊ regimen multū subtiliare vtendo narcoticis. s. stipticis frigidis in principio multū cum paucis resolutiuis: ⁊ quāto plus perseuerauerit apostema tāto diminēda sunt narcotica: ⁊ resolutiua augmentanda. Et narcotica conuenientia in hac egritudine sunt sicut citonia: ⁊ pira: ⁊ quia ista sunt cibus: ideo conuenientiora sunt quā pura medicina. Et que sūt narcotica simul et resolutiua: sunt sicut zuccarum rosaceum. Et que sunt fortis resolutionis in hac egritudine sunt sicut zuccarum rosaceum mixtum cum modico flore camomille: quoniā camomilla de sui ꝓprietate reperta est ac probata dolores intrinsecos mirabiliter mitigare. Quare firmiter dico qd̄ si infirmum taliter rexeris a principio apparitionis apostematis scilicet cuz narcoticis dictis vel similibus ⁊ resolutiuis liberabitur infirmus absq̄ magno labore ⁊ dolore: si dictum apostema fuerit in fundo stomaci generatuz. Sed si ortum fuerit in orificio eius: prouenient infirmo accidentia pessima: sicut cardiaca: que si perseuerauerit diu perducet ad sincopim ⁊ ad defectum virtutis. Febris quoq̄ semper est accidens coniunctū huic egritudini cuius fortitudo vel debilitas est secundum nobilitatem loci ipsius apostematis: ⁊ secūdum naturam humoris eius: curando hanc egritudinem si peruenerit ad saniem: dummodo apostema in fundo stōi fuerit generatum: infirmus diu poterit viuere: eo quod virtutes ipsius vitales ⁊ ῡ gn̄ales inde in multuz debilitātur: sed

naturales penitus debilitantur: eo quod stomachus minime digerere potest cibum propter dictum apostema: quemadmodum antea facere consueuerat. Et postq̄ in ipso non bene digeritur: impossibile est quod in epate digeratur: cū sit in hoc opere ipso debilior. Si autē apostema in orificio ipsius stomachi fuerit: ex eo multum patiens debilitatur: ⁊ vix absq̄ sincopi esse reperitur: tamen virtus digestiua longe melior in isto reperitur: q̄ in illo ī quo efficitur in fundo: eo quod fortior ⁊ melior locus digestiōis stomachi est fundus ei⁹. Et possibile est quando in superiori parte stomachi fuerit apostema: q̄ etiā singultum patiet̄. Quare dico q̄ si diu perseuerauerit hoc apā sine liberatiōe in breui deficiet infirm⁹: ꝑpter debilitatē virtutis: et ꝑpter frequētiam prauorum accidentium que successiue fiūt in ea: et si in fundo eius fuerit prolongatur infirmitas diu ⁊ forsan liberabit̄ ex eo: ⁊ si non moritur post longum tp̄s. Qñ vero sanies ī hoc apāte apparuerit: da ei ante cibū abstersiua ⁊ mūdificatiua ad potādū: sicut alreza et ea que habēt stomachū ↄfortare: sicut mastices: quoniā ꝓprietas masticorū maxima est in cōferendo nocumentis stomachi: sicut liquiricie ꝓprietas est dolorem eius remouere. Et oīa medicamina istius passionis confecta sint cū zuccaro: quia si vsus fueris melle longo tempore: corrumpes stomachum. Et attēde quod quādo propinas hec medicamina infirmo: ⁊ non sentit inde dolorem: certissime scire debes quod

alreza mastices.

loc⁹ vlceris coopertus est sanie multa: vnde tūc non sufficit vti debilibus abstersiuis ⁊ mundificatiuis ac incisiuis: immo indigeseorum que faciunt dictas operationes cum fortitudine et violentia. sicut est centaurea: et q̄ fortiter incidit absq̄ caliditate est agresta decocta. ipsa enim proprietatem habet conferendi stomaco: ⁊ electuarium factum: ex cimis vitis cum ꝓpriētate et virtute confert in hac egritudine. Et vtere huiusmodi īcisiuis prout videbitur infirmo cōueniēt re. vez si infirmus ex istis mordicationē pateretur abstine ab istis: ⁊ sis cōtentus regimine superdicto: q̄m pro maiori parte si apostema fuerit paruum: et regimen fuerit ordinatū: euadet patiens omnino. Si autem magnum extiterit: impossibilis est cura eius.

¶ Capi. iij. Quod est de veruca que oritur in stomaco.

Et generatur quandoq̄ in stomaco veruca sicut in aliis membris. Et ego quidē vidi hāc passionem cum essem in carceribus de halli: vni de familia sua: et ipse non digerebat cibum: et febricitabat febre inordinata: que aliquando fortiter inualescebat: et interdum debilitabatur: et habebat solutionem non magnam: et ille egestiones erāt varij coloris: et non bene cognoscere poteram causam sue egritudinis: et cum tetigissem pulsum eius inueni ipsum inordinatum: et non magnum: cognoui ergo ex hoc q̄ apostema erat in membro multorū neruorum: ⁊ specialiter q̄r erat ferin⁹: et debilitas ṽtutis patiētis ob-

niabat magnitudini ipsius pulsus. quare ista manifestabāt; verucam esse in ipso stomaco: & q̄r non erat multe velocitatis pulsus signum erat manifestum q̄ non erat de genere calidorum apatum: et paulatine quidē ei9 caro diminuebatur quotidie: et cum posuissem manum meam super fundum stomachi inueni duriciem ibidem ad quantitatem vnius pomi absq̄ sensu alicuius doloris: & cum fortiter compressissem manum: tūc sensit modicū doloris. Et quotiēs iterabam compressionē: fortius dolebat. Cognoui ergo certissime quod erat moriturus: tamē ipsum quotidie confortabā: faciendo ei ea que habent egritudinem mitigare: quamuis essē de eius curatione desparatus: eo quod virtus ipsius quotidie debilitabatur. Et quadam die cum assellasset: assellauit quoddam rotundum quod habebat formam pomi cum radice vna: et erat solidū. Et quotiēs postea assellebat egerebat sanguinem in magna quantitate: & sic perseuerauerit pluribus dieb9. Et cognoscebam certissime q̄d moriebatur: tamen verecundabar sibi dicere. Quadam autem nocte vocauerunt me & inueni eum quasi mortuū: & indignatus fuit contra me credēs quod ego quia eram in carceribus domini sui non curassem de eo diligenter: quāuis sibi purissime & fideliter seruiuissem: deus nouit. Sed debilitas vertutis ei9 & prauitas & fortitudo egritudinis obuiauerunt curationi sue cum omnia in manibus dei existant. Et quāuis de domo mea & possessionibus meis me extraxisset: non fui culpabilis ꝑpter hoc deus nouit. vnde domin9 patientis precepit vt affligerer illa de causa quare conuersus sum ad dominum: & dixi: fiat voluntas dei. Et cum essem in introitu ianue carceris dixi illi q̄ ducebat me: qui erat de maioribus ciuitatis. iste dominus intendit me molestare absq̄ causa: deus nouit. Et iam sunt plures dies quod proposueram ei dicere veritatem. s. q̄ nō poterat euadere ab egritudine ista vllo modo: sed verecūdabar contristare animam patientis. Nunc autē q̄r video q̄ intendit me pro nihilo aggrauare: dico vobis q̄ non viuet vltra. xij. dies. Ira autem & perturbatio animi quam habebam me intantum coegit q̄ dicta verba taliter dixi q̄ infirm9 me itellexit: & seriose illud feci: & sic positus fui in carcere: A septem autē diebus in antea cecidit vrtus eius manifestissime: ita quod misit pro vxore sua & filijs: & in nona die mortuus fuit. Et quod memoratus sum de hoc casu non feci nisi vt exēplum sit vobis in alijs: tamen si virtus eius fortis extitisset non erat impossibilis cura eius: nisi forsan alias multas verucas in stomacho habuisset: et absq̄ dubio hec veruca non oritur nisi ex humore melencolio: vel ex flegmate grosso viscoso. Et accidunt hec ex comestione carnium camellorum antiquorum et similiū: et ex comestione etiā crudarum carnium. Et cū procurabam marestan. i. hospitale infirmorum inueni quendam qui ibi habebat verucam in stomacho. Cuius egritudo aliq̄n fortis erat: & interdum debilis

Exemplum.

non permanēs in vno statu: nec ex assellatione alleuiabatur. Et cum consumptus esset a carne: mihi venit ad curandum: et ex consilio meo et cura alleuiatus fuit: et incepit carnem restaurare: et demum incepit comedere contraria cibaria: ⁊ mortuꝰ fuit antequam ad magnam cōsumptionem deuenisset: et absq̧ dubio hec veruca erat prope orificium stomachi: et ideo velociter mortuus fuit propter dissolutionem et casum virtutis quemadmodum dixi.

¶ Capitulū. iiij. Qđ est de ficu qui fit in stomaco que in arabico dicitur dubelati.



Et procreatur aliquando in stomaco quedā species apostematisq̄ arabice dicitur dubelati: ⁊ ego iam vidi tempore meo quendā qui patiebatur hāc egritudinē: q̄ erat iuuenis in fine etatis illiꝰ: ⁊ cōmuniter erat bone virtutis: cuius cōplexio erat calida ⁊ sicca: et erat multe comestiōis: ⁊ absq̧ custodia aliqua. Cui superuenit debilitas magna in suo corpore toto cū multa macie ⁊ extenuatiōe: ⁊ cum hoc toto comedebat ea que in sua sanitate cōedere consueuerat: et erat absq̧ febre: ⁊ bene cibū suum digerebat: neq̧ medicis obediebat in custodiēdo se a malis cibis. Et cū non potuisset ire: decubuit ad lectum: et tūc mihi facta sua recitauit. Et ego steti tēpore bono quod nolui ei consulere: demū precibus suis coactus incepi eum regere et curare: et quādiu in meo regimine permanebat: bene erat ei: et cum a regimine elōgabatur: corrumpebātur facta sua. Et tā diu sic perseuerauerit donec ad speciē ethice deuenit cum magno calore: ⁊ ad vltimum febris illa conuersa fuit ad paroxismos manifestos: tamen inordinatos: ⁊ quādo comedebat non morabatur diu quod pulsus eius ad duritiem conuertebatur cum modica velocitate: ⁊ exinde cepit apparere in fundo stomaci corpꝰ apostematis: et ex sua inordinatiōe cibi in breui apparuit apostema in grossitudine pomi granati magni manifeste: et cepit habere fluxum ventris: et exinde cepit habere stomacus motus malos; quoniā superuenit ei spasmus: et singultus: et mortuus fuit ille cum prauis ⁊ forti bus accidentibus: scilicet cum dissolutione virtutis et sincopi frequenti et successiua: et nunquam illud apostema apertum fuit. Et miratus fui non modicum quod infirmus ille potuit tantū durare: donec apostema dictum ad tantam magnitudinem habuit peruenire: sed pro certo hoc non fuit nisi, q: ipsum apostema erat ex humore ꝓprio melācolico: aut ex flegmate qđ erat in vltima grossitudine: ⁊ signū huius erat: quod erat quasi omnino absq̧ dolore nec vnquam putredo aliqua ab apostemate in stomaco resoluebatur: nisi quādo morti appropinquauit. Et hoc ideo quia aliquares non mouet aliquid nec mutationem facit: nisi qn̄ mouet: ⁊ pro maiori parte hec egritudo incurabilis est propter grossitiē humoris ⁊ ipsiꝰ malitiā: ⁊ hac de causa resolui nō pōt. Sed si hec egritudo ex lenibꝰ fuerit: et medicus

Cura.

Sig. mu

medicus fuerit studiosus pote
rit paulatine eā dissoluere: hu=
mectādo dubellati intꝰ ⁊ extra:
qm̄ rem grossam impossibile est
dissoluere nisi prius humectet:
et cū humectata fuerit leuiꝰ dis
)edi solueť. Medicus aūt postea mi=
is. scere dz has medicinas simul ⁊
tēperare eas: ⁊ iterare ipsas diu
donec fuerit liberatus. Si autē
apa dictū: ad apationem et eru=
ptionē deuenerit: tūc cura eius
erit impossibilis ꝓpter malitiā
humoris qui erit ab ea: ⁊ ꝓpter
nobilitatē ipsiꝰ mēbri qd̄ est im=
mēse necessitatis ⁊ magne opa=
tionis in corpore. Et pn̄t etiā ex
hac egritudine alie īfirmitates
in corpore fieri: ⁊ hoc est ꝙ cōple
xio epatis ab ipsa alteratur hoc
mō: qꝛ cibꝰ in stomaco patiētis
nō bene digeritur: ⁊ si in ip̄o nō
digeriť impossibile est ꝙ in epa
te digerať: ⁊ sic epati inducit le
sionez sicut vides ꝙ qn̄ aliquis
hō granū frumēti integrū non
decoctū nec vlulatū vel cōtritū
deglutierit: ꝙ stomachus nō po
test ipsum digerere: et si stoma=
chus nō potest hoc facere: ergo
quō epar facere poterit? Et sic
de alijs cibis: quia quando sto=
machus nō pōt ipsos digerere:
nec epar. Et hoc alias latius de
clarabo deo concedente.

¶ Cap̄. v. Qd̄ est de humoribus
diuersis imbibitis in flegmati=
co stomaco.



T i stomaco qui=
dē aliquādo im=
bibiť flegma mi=
xtum cum colera
in tunicis stoma
ci: et in ipsiꝰ gros
sicie: quare sequitur īfirmo hac
de causa debilitas virtutis di=
gestionis: et conatur vomere: et
nō eijcit res de q̄bꝰ sit curadū: ⁊
hz eructatiōes. Qd̄ si eructatio
illa fuerit acetosa: scias pro cer= Cura:
to ꝙ cuz illo flegmate mixta est
melēcolia: propina ergo īfirmo
oī mane ad bibēdum de sirupo
squinzabin: ⁊ de sirupo feniculi
ana cū tāto aque decoctiōis ma
sticis calide ⁊ sufficiet. Si autē
dicta eructatio fuerit fumosa ꝓ=
pter comestionē rerū siccarūz et
dissolutiuarū: et abstinētiā rerū
humectatiuarū: scias pro certo
ꝙ colera est imbibita in ipso sto
maco. Et signū huiꝰ certissimū
est motus inferioris labij. Et cū
hoc cognoueris: incipias eua=
cuare colerā cuz scamonea ⁊ aq̄
lactis coagulati cū semie carta=
mi: vel cū mirobalanis citrinis.
Et q̄uis Gal. de hoc nō fecerit Gale.
mētionē. s. ꝙ habeāt virtutē coa
gulādi lac experiētia tn̄ nos do
cuit: et laudauit ꝙ optimi sunt
ad coagulāduz ipsum. Et si ista
colera non fuerit ex illis q̄ pro=
cedūt ab epate: sed fuerit ex spe
ciebꝰ colere eruginose vel prassi
ne: accidētia tūc erūt fortiora et
īpetuosiora: quare non sufficiet
purgare solum cuz scamonea et
lacte dicto: immo oportet vt mi=
sceas cū predictis de lapide la=
zuli: aut infusionem lapidis la
zuli in lacte. Postea dabis ei ad
purgandum ea que ducunt hu
morem grossum: sicut est scamo
nea cum quarta parte ipsius ex
bdellio cum aqua cucurbite: vel
cum aqua lactis. Et quia iste
humor ad siccitatem declinat:
ideo non debes ei dare aliquaz
medicinam: nisi sit mixta cum
re humida: sicut aqua cucurbi=
te vel aqua lactis. Et aloes etiā
cum scamonea mixta cū re hu=
mida cōfert in hoc casu. Si autē

cruciatio fuerit acetosa: et cum hoc patiens habuerit tremorez labij vt dictum est: scias pro certo quod hic humor imbibitus in ipso stomaco: primo fuit colericus: postea fuit ibi adustus: & conuersus est ad melencoliam. Purgabis ergo ipsum quemadmoduz inferius declarabo. Si vero id quod infusum est et profundatum in corpore stomachi fuerit flegma: dabis ei primo ad bibendum sirupum squinzibin factum ex melle. Quod si fuerit iuuenis: sufficiet tunc ei dare sirupum squinzibin simplicem cum sirupo feniculi. viij. diebus vel decem. Regimen quidem eius sit panis bene fermentatus cum pullis vel turturibus et passeribus factis in tassea. Et si colerica fuerit materia decoquantur predicta cum aceto. Flegma autem purgabis cuz semine vrtice et cartami bdelio et oppoponaco & serapino añ. partes equales: pulpe colloquintide minutim incise: et infuse in lacte amigdalaruz tanto quod sit decima pars. Misceãtur omnia predicta cum sirupo squinzibi facto ex zuccaro: et da infirmo ad bibendum secundũ virtutem patientis a quatuor aureis. in quinq3. Si autem fuerit: estas: et patiens iuuenis: omnia predicta misceantur cuz oleo amigdalarum dulciũ: quoniam est bonum. Quod si certificatus fueris: quod humor sit melencolicus: et istud scies ex motu labij: et ex motu stomaci ad vomendum: et quod quando stomachus eius est vacuus eueniunt ei ymaginatiões terribiles et somnia varia: et pro

Regimen.

maiori parte somnia eius sunt vera: hec sunt propria signa huius egritudinis. Igitur postquam hic humor est melencolicus non sufficit ad incidenduz illum cum sirupo squinzibin solo: immo oportet vt addas amigdalas amaras: et sirupum de centaurea: et sirupum feniculi: cui dabis omni mane ad bibẽdum cum aqua tepida vsq3 ad quindecim dies. Et postea purgabis cum ellebo ro nigro: quia illud proprium est in attrahendo hunc humorem in hac egritudine: sed primo rectificabis eum hoc modo: scilicet pones eum primo per noctem vnam in oleo amigdalarum recentiũ: & decoctione polipodij recentis et ad remouendum angustiam ellebori nigri addes aliquid de sticados: et cum hoc etiam adiuuat ad euacuationem dicti humoris: et pone similiter modicum de lapide lazuli: aut de aqua in qua fuit ablutus lapis lazuli. Quod si estas fuerit dabis solum infusionem harum medicinarum. ¶ Aliud medicamen ad hoc. ℞. polipodij recentis: florum nenufaris ana. ℥. vnã ellebori nigri: epitimi. ana aureos quinq3 violarum et liquiritie ana aureos decem. et ℥. vnã aque infusionis ex lapide lazuli optime trito: que sunt conquassanda conquassentur: & infundantur per noctem vnaz in aqua feruenti: & colentur fortiter exprimendo et in oĩbus. x. ℥. huius colature ponat. ℥. j. colature dicte infusionis lapidis lazuli: &. ℥. ij. sirupi liquiritie et ℥. j. sirupi masticini. Et propina ad bibendũ cum duob9 granis

ordei scamonee non multū tri-
te. Et fac custodiri infirmum in
hac purgatione sicut fit in alijs
laxatiuis. Et quia hic humor cū
difficultate nō modica mouet: ꝛ
eradicatur ex loco suo: ideo opꝫ
vt iteres hanc medicinam plu-
ries atq; pluries: ponendo spa-
ciū inter vtrasq; tot dieb⁹ quot
sellas fecerit ex ipsa medicina.
Aliud medi-camē. ¶ Medicamē aliud. ℞. lapidis
lazuli: polipodij: epitimi: viola-
rum. añ. aur. j. ellebori nigri in-
fusi p noctem vnā in oleo amig.
dulcium: et folia colloquintide
añ. quartam partem auř. vni⁹:
scamonee pondus duorum gra
norum ordei. Teratur vnaqueq;
harum per se: pter folia colloqn
tide: q incidi debent cū forficib⁹
minutim: addendo pdictis me-
dicinis ex pulvere dragaganti
ad pondus ipsarū: et tantūdem
ex amigdalis dulcibus munda
tis ꝛ bene tritis ꝛ misceantur cū
sirupo masticino: cui dabis ex
ipso medicamine auř. iiij. facta
abstinentia a contrarijs: et ppa-
ratione dicta cum. ℥. j. oximellis
simplicis: ꝛ tribus. ℥. aque cali-
de: regendo eū prout cōuenit in
laxatiuis. Et est possibile q ille
idem humor q est imbibitus in
stomaco: sit etiā in ipsa cōcauita
te ipsius: tñ qd purgat vnū pur-
gat ꝛ reliquū. Si vero dicti hu-
mores varij fuerint ꝛ diuersi in
specieb⁹ ꝛ cōplexionib⁹: difficul
ter cognoscuntur et medicātur:
verbi gratia. ponatur q flegma
imbibitū sit in villis stomachi:
et in concauitate ipsi⁹ sit colera
vel melencolia: ꝛ ista quidem co
lera q erit in cōcauitate: genera-
ta erit ex cibis calidis et siccis:
aut deriuata erit ibidem a kisti
fellis. ꝛ si fuerit melencolia erit
a splene. Signa autem quando
colera est in ꝯcauitate ꝛ flegma
imbibitū in substantia ipsi⁹ sto-
machi sunt hec. s. q stomacus cō
tinue mouetur ad vomitum: et
qñ vomit: reijcit coleram: et est
absq; motu labiorū ꝛ tremore: eo
q flegma imbibitum remouet
acuitatem colere. Sed etiā non
est longinquū quin sitim patia
tur validam atq; fortem: eo q co
lera illa mouet sui natura: ꝛ fle-
gma q est imbibitū in villis sto
machi. phibet sensibilitatē aque
ꝛ aliorū potuum qui bibuntur: ꝛ
oīa q in stomaco intrant miscē-
tur cū colera ipsa ꝛ incorporant
et ppter acuititem ipsius colere
et mordicationeꝫ q semp mordi
cūt atq; pungit: pulsus efficitur
paruus atq; durus: ꝛ cui hec ap
paruerint accidentia: fac eū vo-
mere cum aqua mellis mixta cū
succo raphani: quoniam hec fa-
ciunt vomere coleram: et edu-
cūt etiā aliquid ex flegmate im-
bibito in stomacho. Et propina
ei de sirupis predictis hoc est de
sirupo dicto qñ flegma est imbi
bitum in substantia ꝛ villis sto-
machi: ꝛ purga eū cuꝫ laxatiuis
supradictis: nec diminuēdo ali-
quid nec decidēdo. De melēco-
lia aūt q est in cōcauitate stoma Melē-colia.
chi inferi⁹ determinabo. Si ve-
ro fuerit econtrario. s. q colera q
deriuata est ab epate ad stoma-
cum: aut ab ipso stomaco gene-
rata erit in substantia ipsi⁹ im-
bibita: flegma aūt repertum in
sui cōcauitate. Qd quidem fle-
gma ibi discursum fuerit a cere
bro: aut in ipso stomaco genera
tum ex comestione ciborū gros-
sorum ꝛ frigidorum valde ꝛ hu-
midorum: aut ex superflua et
nimia comestione: aut erit ibi

procreatum propter etatez ipsi⁹ patientis: et sui complexionem. Tunc signa horum erunt ista. s. ꝙ mouetur quotidie ad vomendum vice post vicem: ⁊ hȝ motũ validum labiȷ inferioris: et sitis eius est fortis: et maxime quando flegma viscosum tēdit ad salsedinem: quia de natura salsedinis et ꝓprietate est inducere sitim: ⁊ propter viscositatē flegmatis: qm̄ viscositas flegmatis adherens fundo ⁊ parietib⁹ stomachi nō permittit deuenire aquā vel alium potum ad ipsum stomacum. Et colera q̄ est imbibita in substātia: ⁊ in villis stomachi manifestum est ꝙ hȝ etiam sitim ꝓcreare. Cum aūt certificatus fueris ex predictis ꝙ sic fuerit sicut diximus: incipe in curatione istius dare ei decoctionez raphani cuȝ syrupo squinȝibin facto ex forti aceto: ⁊ fac eum vomere cum isto medicamine pluries ⁊ pluries: et postea euacua coleram cum his que prediximus superi⁹ in isto capitulo qn̄ colera est simpliciter imbibita: qm̄ colera mouetur ad expulsionez. Quod si certus fueris ꝙ dicta colera redundata fuerit ab epate ad stomacum: tunc credo ꝙ dare infirmo aquam anguriē ⁊ citrulorȝ liberabit eū educendo coleram exterius: partim per vrinam ⁊ partim per sudorē rectificando cōplexionem villorum stomachi: ⁊ frāgendo mordicationem quā facit colera in ipso stomaco. Si vo colera generata fuerit in ipō stomaco: nō ꝓficit aqua anguriarum: ⁊ citrulorum p̄dicta: sed indiget euacuationis cū his q̄ diximus que habēt coleram euacuare: qn̄ simpliciter ibi colera dominatur.

Cura.

Item ponatur ꝙ melencolia sit in fundo vel in concauitate stomachi: et colera vel flegma sit imbibita in substantiam stomachi. Qđ si colera est imbibita in substantiā ipsi⁹ stomachi: tunc tremor inferioris labiȷ est magis fortis ⁊ manifestus: ⁊ apparens. Et accidit infirmo instātia vigiliarum: ⁊ cuȝ excitatur a somno mouetur cum timore et perturbatione: ⁊ appetit⁹ comedendi in eo fortis existit: sed cuȝ modica quantitate cibi remouetur appetitus ille: ꝓpter naturā colere: et digestio tarde efficit̄: et pulsus ei⁹ est durus: ⁊ accidunt infirmo angustie interdū: quas ipse idem ignorat vn̄. s. ꝓcedāt. Et cū videris ista: incipe in cura istius euacuare melēcoliam: cognoscendo ꝙ melencolia q̄ est in stomaco nō potest esse dēsa neqȝ dura: ꝓpter ipsi⁹ acetositatē: qm̄ acetositas hȝ ipsam dissoluere ⁊ eliquare sicut aqua qm̄ si sic nō esset nō posset moueri. Et credo ꝙ purgando melencoliam non indigebis purgare coleram que est imbibita: q: cito per se mouebitur ⁊ euacuabitur: ⁊ ea que habent melencoliam purgare iam dixi in egritudine hac simplici. Et si forte melencolia fuerit imbibita: et alius humor fuerit in cōcauitate: hoc accidit raro ⁊ in minori parte. Et vere dico ꝙ mihi impossibile esse videtur: ⁊ hoc ideo quia membra ipsam abhorrent sui natura: ⁊ cū ꝓprietatem habeat desiccandi qn̄ est in cōcauitate: ꝓpter sui ponderositatez nō recipit a poris corporis ipsi⁹ stomachi: ⁊ nō potest intus penetrare donec virtus expulsiua stomachi fortis fuerit. Si aūt virtus expulsiua membri debilis

Colera.

fuerit: et virtus cõseruatiua ipsi⁹ defecerit in cõseruando et in expellendo: tunc humor ibi putrescit ppter defectum cõseruatiue tunc inde febris efficitur: et qñ hec egritudo cum febre efficitur hucusq nõ sum rememoratus: sed qñ de febribus determinabo ibi tunc determinabo de hac egritudine q̃ fit cum febre. Sciẽdo q quemadmodum hec passio accidit propter humores qui eueniunt in stomacho: ita accidere potest ex mala complexione simplici vel composita q̃ generatur ibidem.

¶ Cap̃. vj. Quod est de motu stomachi qui dicitur in arabico solab: latine vero singultus.

De singultu.

Scias q singultus põt accidere ppter fortem caliditatem igneã: aut ab intensa frigiditate: aut propter nimiam siccitatem: sed impossibile est q possit accidere ab humiditate sola: etiam si flegma liquidum in stomaco abundauerit: non enim oritur inde singultus: sed accidit ei voluntas vomendi: sicut dixi quã do flegma in stomaco superabũdat. Et scias q pro maiori parte singultus accidit propter malam complexionem simpliciter calidam: aut a complexione mala calida et sicca: vel a mala complexione calida et humida: non q humiditas aliquid ad hoc faciat. Curatur quidez singultus q̃ accidit a sola caliditate ignea cum aqua frigida sola. Quod si corpus patiẽtis fuerit extenuatum: et virtus erit debilis. misce cum aqua aliquid mellis: vel de syrupo liquiricie prout tibi melius videbitur conuenire secundum naturam patientis. Et caue ne des mel nisi perfecte fuerit dispumatum: quia stomacuz potenter posset debilitare. Sciẽdo quod zuccarum est magis cõueniens quam mel. Et da infirmo ad comedendum de pulpa citrulorum et cucumerum: seu anguriarum: quia cum istis perficies intentionem tuam in remouendo caliditatem: et nõ diu permanent in corpore: immo exeunt per vrinam et sudorem trahendo inde coleram: et comedat etiam lactucas decoctas per se aut cum carnibus. Et quamuis lactuce in corpore habeant permanere: humor tamen qui ex ipsis generatur non est malus: cum sit subtilis ad modum aque: et pro tanto non facit ventositatem sicut faciunt poma: cucurbita autem quamuis infrigidet et inde nobis in hoc videatur satisfacere: tamen quia ex ipsa humores grossi generantur qui sunt tardi motus: non sumus securi quin in fine faciãt nocumentum: maxime si comedantur antequam decoquantur: intantum quod ad vltimam dissolutionem deueniant. Si vero singultus fuerit ex causa frigida: da infirmo ad bibendum syrupum de mastice cum aqua infusionis liquiritie: et inunge stomacum cum oleo de ben: in quo positum sit aliquid de gallis: et si non inueniretur illud: fac inunctionem cuz oleo de alscarij. Quod si singultus prouenerit a siccitate sola que fortis in stomaco fuerit: hoc non accidit nisi post cõsumptionem humiditatis radicalis que est in corpore in gradu secundo. Quare oleum amigdalarum dulciũ in hoc casu multum valet cum

Cura. Alia cura.

adiutorio dei. Et bibat sirupum
liquiricie rationabiliter factū.
Et ponere manum delicatā sup
stomacum tenendo eam tantū
donec percipiat calorem intus
in corpe stomachi penetrare cō-
fert valde. Et cibus eius sint te-
sticuli gallorū decocti in taffea
cum oleo amigdalarū dulcium.
Et si infirmus aliquantulū for-
tior fuerit dabis ei extremitates
alarum ꝑparatas in taffea cum
medulla panis bene fermētati:
et auis que dr alscamam : et est
auis parua ꝛ alba ꝛ assimilatur
azacir . i . stornello si cōpetenter
decoquatur confert in hoc casu.
Et galline etiam tenere decocte
cū lacte similiter cōferunt. Et bi
bere aliquantulum lactis capre
iuuenis tepidū sicut erit ab vbe
re multū valet morando tñ tan-
tum a receptione alteri⁹ cibi do-
nec lac fuerit digestum: et bibat
aquam infusionis liquiricie mū
date:ꝛ potest etiam bibere aquā
infusionis vue passe:q̄ non mul
tum steterit in ea:ita vt modicū
vel quasi nihil mutet colorem: ꝛ
bibere similiter aquam ordei te
pidam cōfert: dūmodo cū siccita
te stomachi nō fuerit frigiditas
Et balneum tine aque dulcis cō
mendo in hac egritudine:tñ in-
trare stupham : seu siccum bal-
neuz minime laudo. Et dz infir
mus se elongare a cogitationi-
bus superfluis : et a vigilijs silr
superfluis toto posse. Et scias ꝙ
oritur etiam singultus aliquan
do a spasmo qui fit in stomacho
ipso propter subitam inanitio-
nem:ꝛ intensaz que fit in stoma
co:ꝛ inde spasmatur. Et potest
etiam singultus euenire a timo
re nimio qui accidit alicui pro-
pter terrorem superfluū alicui⁹

Singul tus euenit a timore.

magni viri:vnde humores om-
nes redeunt ad partes cordis: ꝛ
inaniter stomacus ꝛ alia mem-
bra a calida substātia:ꝛ inde ꝓ-
uenit singultus ꝓpter frigidita
tem que stomaco subsequitur cā
ꝑdicta:ꝛ maxime si cōplexio sto
machi patientis frigida fuerit
naturaliter:aut infrigidat⁹ fue-
rit accidentaliter:ꝛ hac de cā qñ
aliquis subito terret̄:vel treme
scit:accidit ei singultus:qm̄ sto-
macus a calore naturali ꝛ spiri-
tu inanitur:ꝛinde infrigidatur.
Et mihi etiā videtur ꝙ qñ alicui
aliquid magni terroris seu tre-
moris accidit:euenit ide in sub-
stātia cerebri spasmus:ꝛ oritur ī
illo panniculo qui diuidit cere-
brum in duo media motus inor
dinatus : ita ꝙ nō mouetur suo
motu naturali : eo ꝙ iūgit̄ pars
cogitatiua parti cōseruatiue seu
memoriali:ꝛ inde in eis accidit
motus inordinatus:ꝛ ꝓuenit ex
illo singultus ꝓpter colligātiaꝫ
cerebri ad stomacū:ꝛ etiā vomi-
tus. Et hec cause a me rememora
te sunt q̄ magis veritati vicine
esse vident̄:qm̄ scire has res cer
tissime nō est necessariū in arte
medicine. Sed sciētia naturalis
et diuina hꝫ harū rerū certitudi
nem ꝛ veritatem subtiliter inda
gare:ꝛ ꝓpter hoc ego non assero
has res esse veras certissime et
omnino:qm̄ impossibile est eas
sic scire:et solus deus q̄ eas crea
uit et fecit eas veraciter nouit et
cognoscit. Sed ego nomino hec
accidentia vt veniam ad remo-
tionem cause . Cura autem est
postquam fuerit singultus: bi-
bere sirupum pomorum factū
cū succo mēte:aut sirupū masti-
cis. Et studeat comedere ea q̄
habēt ꝯfortare mēbra principa-

Nota cura.

na ꝛ ꝯfortantis spiritū animalem:ꝛ odoret poma aromatica: et ambram ꝛ muscū:ꝛ similia secundum tempus in quo fuerit. Considerando etiam cōplexionem et consuetudinem patientis:dicēdo ei ea q̄ habeāt ipsuz letificare et cōfortare: ꝛ dare ei spem firmam velocis et cite liberationis:ꝛ fac ei recitare ea q̄ faciunt dilatare cor:ꝛ risum fortiter prouocare:ita vt mēbra moueant simul cū aīa:ꝛ calor naturalis ꝛ spiritus dilatētur ad exteriora tali modo vt vincant et dominent super mēbra. Et cuz dico anima intelligo spiritum animalē:qm̄ anima non scit ab aliquo nisi a deo glorioso q̄ eaz fecit ꝛ creauit:ꝛ a me ꝛ ab illis q̄ sapientiores sunt me ignorat q̄d ipsa sit:nisi qꝛ scit ipsaz esse ex effectib⁹ ꝛ virtutib⁹ ipsi⁹. Et fit quidem singultus a vaporibus subitrantibus in villis stomachi:ita q̄ qñ hō superflue comedit cōtrahit stōcus ꝛ coadunatur versus illā partē vbi vapor existit:ꝛ inde sequit singultus. Sed qñ ꝯhit ꝛ coadunatur tot⁹ stomacus nō fit singultus: sed ꝑuenit inde vomitus. Cura aūt hui⁹ singult⁹ est euacuare stomachum:ꝛ postea assuescere dz resolutiuis et calefacientib⁹ tēperate i emplastris ꝛ electuarijs: sicut sunt cortices citri et mastix:et horum similia. ¶ Et postq̄ sufficienter hucusq̄ de egritudinibus stomachi determinaui: nunc ad egritudines pectoris intendo redire:eas ꝑtranseundo sufficienter cū adiutorio altissimi.

¶ Tractatus.xvj. de egritudinib⁹. pectoris et diafragmatis continens capitula septem.

¶ Capitulū.j. Quod est de apostemate pectoris et priuatione anhelitus.



Ectus quidem membruz est habens multos neruos et caro ei⁹ est dura et dēsa. Et qꝛ sic est:ideo in eo fit apostema ex humore grosso valde:et fit etiam in pectore difficultas ꝛ priuatio motus ipsius scilicet quādo in nucha oritur egritudo:vel in neruo qui procedit a nucha ad pectus a quo fit mot⁹ eius. Et cū hoc etiam quando fit egritudo hic remanet homo viuus donec studeatur in cura ipsius cōpetenter. Et hanc curam memoratus fui quando determinaui de egritudinib⁹ neruorū: et nunc secundo hic de ipsa volo determinare. Incipias ergo inungere in posteriori parte capitis scilicet in nucha cum puro balsamo. Et si nō inuenitur inunge cum oleo de carpobalsamo:vel cum aliquo alio quod habeat substantiam subtilem ꝛ calefactiuaz:sicut est oleum de granis alzarij cum oleo rosato: quorum partes sint equales cū aureo vno optime ambre dissolute in ipsis. Et si non haberes ambram:pone de laudano purissimo et aromatico:tamen ambra longe melior existit: et istud est melius cōsilium a quo incipere debemus scilicet inūgere nuchā incipiēdo a puppi capitis descendendo vsq̄ iferi⁹ ad cingulū:qm̄ si curaueris fontē

Cura valde bona.

virtutis motiue curabitur egri
tudo omnino. Et aliquādo ac-
cidit vt priuet anhelit⁹ subito
propter accidentia difficillima
et pessima que veniunt in nu=
cha super locū vbi oritur neru⁹
motiuus qui mouet pectus: et
quando hoc accidit infirm⁹ de=
ficit ꝛ morit suffocatus.

¶ Capitulū .ij. Quod est de vl-
ceribus et scissuris que fiunt in
pectore.

de pe-
ctore.



T fit siqui-
dez in pecto=
re vlceratio
vel vlcus et
scissura a cau
sis extrinse-
cis. Et quan
do hoc acci-
dit absq; scissura panniculi est
vulnus sicut sunt cetera vulne=
ra. Et ego memorabor de ipsis
quando de vulneribus pertra-
ctabo: si autem dictus pannicu
lus fuerit scissus: tunc patiens
non poterit anhelare tādiu do=
nec illa scissura ꝑmanebit absq;
clausiōe. Sed si a medico clau=
sa fuerit: vel ab ipō infirmo: aut
ab aliquo alio: tunc subito sibi
tussis eueniet: ꝛ redibit ei anhe
litus quam diu vulnus permā
serit clausum: ꝛ possibile forsan
erit vt liberet: et totū hoc perti=
net ad capitulu3 de vulnerib⁹:
ꝛ ego tractabo de his qn̄ tracta
uero de vulnerib⁹.

¶ Capitulum. iij. Quod est de
scabusia idest de pleuresi.



T oritur siquidē
in pectore aposte
ma in parte inte-
riori ipsi⁹ sub pā=
niculo itrinseco:
quod arabice di-
citur scausca. latine pleuresis: ꝛ
potest fieri ex vno humore vl ex
plurib⁹. Et cura hui⁹ est flōma
re infirmū ex pasilica brachiū
oppositi: q̄uis quibusdam no-
uis medicis nr̄i tēporis videa-
tur q̄ sit minuendus ex eadem
parte egritudinis: inducendo
super hoc verba logicalia et so=
phystica: qd̄ mihi nullatenus
videt esse rationabile: neq; ve=
rum: immo credo certissime qd̄
facere illd̄ omnino est mors in
firmi: ꝛ fac infirmum abstinere
ab omni specie carnis: ꝛ a pane
frumenti. ꝛ pre omnibus aliis
rebus debet euitare carnes: et
cibus eius sint pultes furfurū:
que pultes sic debent prepara-
ri. recipiat furfur ꝛ ponatur in
aqua dulci: ꝛ tādiu ibi dimitta-
tur donec aqua mutet colorem
multum: et postea coletur forti=
ter exprimendo: ꝛ decoquat do=
nec fiant pultes subtiles valde:
ꝛ propina infirmo prout tibi vi
debitur expedire: quoniam in
principio ei⁹ egritudinis suffi-
cit satis iste cibus: ꝛ inunge lo=
cum patiētis in principio cum
oleo rosaceo: et post tertium diē
inūgat cū oleo anetino et oleo
rosaceo quarū partes sint equa
les. Et si videris qd̄ tussis non
affuerit: s3 recessit: ꝛ dolor simi-
liter nō remāsit in loco: ꝛ febris
quieuerit: vel facta fuerit lenta:
tūc muta infirmū ad comeden-
dū chist ordei decoctum simplr
cū aqua dulci: ꝛ hoc ad minus.
4. diebus. Et postea muta ipm
ad comedendū micā panis de-
coctā in aqua: ꝛ hoc ad minus
vsq; ad octo dies: ꝛ postea cibet
pane bn̄ fermētato madefacto
in iure scicle: ꝛ cuiusdā herbe q̄
dicit arabice armol: ꝛ sunt atri- arm
plices: et est necesse vt omnino herb

abstineat a pullo vsq ad q̄dragesimum diem a pricipio egritudinis: et istud est consiliū conueniens atq perfectissimū. Et ab inde in antea cibetur pullo: et paulatine donec perduces eū ad suā cōplexionem naturalem. Sed si non fueris ad infirmum nisi post generationez saniei in ipo apostemate: operare queād modū dixi in sanie pulmonis: cognoscēdo quod mollities seu lenitas et albedo saniei est signum laudabile in pleuresi: viriditas aūt et q̄ ad nigredinem pertinet cum diuersitate partiū ipsius sputi et saniei est signum malū et illaudabile. Et si post reiectionē saniei sanguinez p os emiserit: scias q tūc infirm9 in breui morietur. Et qr has causas sufficiēter determinaui in egritudinib9 pulmonis: ideo ipas hic ponere pretermitto: attēde tū qd si in aliquo dierū creticorum saniem spuerit albam et cōiūctā sicut in die quarto (q̄uis istud i minori parte fiat) est laudabile signū: qr fortitudinē virtutis hz significare: vel si fuerit in q̄nto: vel in septimo: seu nono: aut vndecimo: vel in quartodecimo: aut decimoseptimo vel vicesimo: in omnibus istis est signum bonum: et quanto in minori spacio tpis dicta sanies laudabilis i colore et substātia i diebus creticis appuerit: tanto egritudo erit breuior et salubris et q̄to tempus fuerit prolixius: tanto plus significat super debilitatem virtutis: cognoscēdo tū q q̄ncūq sanies laudabilis apparuerit in diebus creticis non est superflua debilitas virtutis: immo semper sperare debes de salute infirmi. Sz si dicta sanies fiat illaudabilis in colore et substantia: aut fuerit diuersorum colorz et substantie: non solum significat super debilitatē virtutis infirmi: verum etiam super malitias humoris vnde procreatur siue oritur ipa sanies: sciendo certissime quod tempus et etas adiuuāt in longitudine et breuitate egritudinis: videlicet q si tps fuerit tēperatū: vel calidū: erit digestio breuior. i. velocior. Et si temp9 fuerit frigidū cū siccitate plongabitur digestio: et sic i estate abbreuiabitur egritudo: in hieme aūt plongatur. Et si fuerit patiēs iuuenis: similiter digestio erit velocior: et si fuerit senex: fiet tardior. Et si decrepitus: ipossibile est quod habeat digestionē pfectam: et in pueritia similiter fit tardior q̄ in iuuentute. Sciendo certissime quod q̄to infirm9 fuerit fortioris nature: tanto magis eius digestio acceleratur et ecōtrario. Et visis atq cogniti signis laudabilibus suprascriptis: sit tunc regimen patiētis cuz pultibus predictis. Excepto quod non subtilietur regimē in vltima subtiliatiōe. Et da ei ad bibendum hanc decoctionem. ℞. alcharscaina et est panichald. i. spēs yringoz: et focha: et camomille. et liquiritie: et algeffeth. i. eupatorij: et capilli veneris. ana. partes equales: et decoquantur vsq ad consumptionez medietatis partis aq̄: vt virtus earū optime extrahatur et da ei ad bibēdū hāc decoctionem cū sirupo scariole: et i omni potu suo fac vt sit liq̄ritia. Sciēdo q lac amigdalaz i hoc casu multū confert: eo q facit leniter spuere: et adiuuat ad digerēdū

Sanies illaudabilis.

Lac amigdalarum.

reliquias egritudinis:et remouet mordicationem:⁊ prouocat somnū. Et etiā postꝙ̄ facta fuerit mūdificatio vulneris apostematis:non nocet istud regimē exercere:ꝙ̄uis febris recesserit: et tussis: et dolor similiter non affuerit:non decipiaris q̄n etiā hoc modo exerceas regimē:sicut dixi:quoniam veraciter credo ꝙ hoc accidens non potest perfecte remoueri ī minori spacio ꝙ̄.xl.dieb⁹. Et pro tanto nō est regendus regimine sani añ istud tempus:⁊ postea nō cibet nisi extremitatibus pullorū decoctorum in tassea cū modico panis bene fermētati:⁊ hoc pluribus diebus: deinde paulatine ad regimē sanorum est perducendus.

¶ Capitulum.iiij. Quod est de apostemate lateris.

De la tere.



Ttoritur quādo ꝙ apā in pectore scilicet in carne q̄ est iter vnā costā ⁊ aliā:q̄ q̄dē egritudo arabice dicitur datalgenebr.i.egritudo lateris. Et cura ipsi⁹ est flōmare infirmū in principio egritudinis ex latere opposito apātis:et regimē quidez cibi ⁊ pot⁹ ipsi⁹: et cura eius sit quēadmodū prediri in pleuresi:operando illud regimē donec fuerit liberatus. Et dñia q̄ est inter pleuresim et hanc egritudinez est:q: dolor q̄ fit in pleuresi est dolor extēsiu⁹: ⁊ acut⁹:⁊ pulsus ei⁹ est durus:⁊ serinus:et febris in pleuresi est intensior valde ꝙ̄ in ista:⁊ maioris periculi:et quanto apostema fuerit vicinius cordi:tanto erit maioris periculi:⁊ est maioris sensibilitatis:et ꝙ̄uis caro sit multe sensibilitatis:et fortis et specialiter quando in ea sit apostema:non tamen est equiparanda sensibilitati que fit in pleuresi: eo quod locus ille est circundatus ossibus duris et villis:seu pāniculis. Quare cū ibi sit apostema:etiam quod sit paruum est magne angustie:⁊ inquietudinis cum dolore graui et istud apostema lateris scilicet quod fit ī carne que est inter costas pro maiori parte est paruum: et nisi fuerit error in cura ex parte medici vel ipsius infirmi:liberabitur infirm⁹ omnino deo dante. Incipe ergo in cura istius a principio egritudinis:quēadmodum superius dixi in pleuresi scilicet in flobotomia:et cibis:et medicinis:exercendo omnia ordinate quātū potes. Et iam vidi senem patrē meum bone memorie:cui deus misereatur: qui curauit vnam mulierem ex hac egritudine:et ingeniatus fuit extrahere humorez ad partes exteriores:ita quod manifestum fuit apostema exterius cū tumore:et apertum fuit exterius:⁊ inde curata fuit cura perfecta. Sed ego nūꝙ̄ perueni ad hoc opus tam perfectum ⁊ miraculosum:nec adhuc sum:nec perueni ad illum gradū. Sȝ si ꝓcesseris in hac cura:sicut dixi ī pleuresi:credo ꝓ certo ꝙ liberabis infirmū añꝙ̄ apā deueniat ad saniem nutu dei. Et subtilia regimen tā ī cibo ꝙ̄ in potu:quēadmodum dixi in egritudine pulmonis. Et si sanies inceperit appere inunge locum cum oleo rosaceo aromatico et anetino:quorū ptes sint equales:⁊ sic opaberis donec fuerit liberatus.

Cu

¶Capi. v. Quod est de scissura venarum pectoris.



Et fit quidem aliquādo in pectore vlceratio et scissura sicut in alijs membris accidere consueuit: et de his tractabo quando de vlceribus aliorum membrorum determinabo: et fit etiā in pectore interdum scissura venarū: vel alicuius vene. Quod si scissura dicta fuerit arteria erit periculosum valde propter multam exuberantiam sanguinis: qui inde emanat: et iste sanguis i medio facit cadere dubitationem propter similitudinem que est inter istum et sanguinem qui exit a pulmone: quia iste sanguis qui exit ab arteria pectoris: et q̄ exit a venis pulmonis ambo sunt rubei clari et subtiles: et signum distinctiuum est: quod quando est a scissura arterie alicuius que est in pectore: infirmus sentit pūctionem et dolorem in directo illius partis: et qui exit a pulmone omnino est absq; dolore. Et scias quod natura huius egritudinis exigit multun minutionem: seruatis tamen conditionibus minutionis: non tradendo obliuioni dispositionem: et etatem patientis: et naturam ipsius: et alia: et da ei ad bibendum sirupū infrigididatū factū cum decoctiōe sumach in aqua rosacea ana partes equales: et fit syrupus ex syrupis stipticis sicut syrupus factus de zuccaro. Sed syrupus de mirtella nō est dandus in hoc casu: quia propter sui grossiciem et dēsitatem virtus eius non potest ad saniē egritudinis deriuare: et maxime qui factus est de folijs et stipitibus. Qui autem factus est de extremitatibus et cimis ipsarū: bene potest dari. Quod si tempus et etas conueniunt in hoc: et virtus et complexio nō obuiauerint: pone cum syrupo aliquid cāphore: quoniam erit maximi iuuamenti: et liga coxas fortiter stringendo cum institis subtilibus: et fac odorare infirmum rosas et sandalos cum aqua rosacea: et modico cāphore. Quod si non bene dormierit fac ipsum odorare violas et nenufar: et da ei modicū terre sigillate cū syrupo: aut cū aq̄ rosacea: et cibus eius sit pullus paruus infrigidatus in puteo: cum pane similiter in puteo infrigidato. Et syrupi omnes supradicti: et omnes potus sint taliter infrigiditati. et fac vt custodiat se infirmus a labore nimio: et a vociferatione superflua. et possibile erit q̄ liberetur isto regimine: tamen talis consolidatio fit difficulter: quia est in arteria. et si consolidatum fuerit hoc vulnus isto regimine dignus eris laude et gratia. Quod si dictum vulnus fuerit in vena non pulsatili: cura eius erit facilis: et sufficiet tibi satis cura prescripta: q̄ si cōstrictus fuerit sanguis: et ex loco ipsius vulneris sanies emanauerit: non desperes saniem curare: tamen sis certus quod impossibile est quod ad plenum curetur: si per longitudinem temporis non mūdificatur sanies ad vlcus pulmonis deueniet: et fiet ptisicus. Cognoscendo tamen q̄ ex sola apertura vene pectoris non morietur infirmus: sed alia accidētia mala et pessima pōt inde superue-

Cōsolidatio difficilis.

nire: vnde moritur. Sed si in pectore aperitur vel scinditur arteria magna ex arterijs pectoris: ex superfluo fluxu sanguinis ꝛ impetuoso in breui infirm⁹ ad mortem potest deuenire. Quod si constrictus fuerit sanguis ante superfluum exitum ipsius: esto certus quod non inde infirmus patietur lesionem: nec ad malum finem illa de causa debet deuenire.

¶ Capi. vj. Qđ est de apatib⁹ q̄ fiunt in panniculo quod diuidit pect⁹ in longitudine in duo.



Et fit siquidē aliquādo in hoc pāniculo apa: q̄ pro maiori pte ē ex humore qui partinet ad subtilitatem: ꝛ est ex apatib⁹ calidis. Et sequit ex hoc apate tussis cōtinua successiua: ꝛ dolor extēsiuus in longitudine: ꝛ pturbatio anhelit⁹: ꝛ febris acuta: ꝛ pulsus serinus propter naturam apatis: q̄d est in tali membro neruoso et panniculoso: ꝛ est diuersus propter nobilitatem membri: ꝛ vicinitatem ipsius ad cor: ꝛ sentit infirmus inflāmationem: cum valida siti atq̄ forti: ꝛ ex inspiratione frigidi aeris magis mitigat sitis: quaꝫ ex potu aque frigide: ꝛ anhelit⁹ eius est paruus ꝛ frequens: vnde in huius curatione: flomia est necessaria valde i principio. Et non determino in hac egritudine ex qua fieri debeat: quia ex quacūq̄ parte fiat confert valde: dummodo fiat ex basilica: minuendo de sanguine secunduꝫ dispositionem infirmi quam inuenis: considerātis tamen conditionibus. s. etatis: complōnis: regiōis: ꝯsuetudinis: ꝛ tpis: ꝛ minue đ eo plus vel minus ꝑm debilitatē ꝛ fortitudinem patientis: ꝛ fac infirmum abstinere a cibis grossis: leniēdo eius intestina. Jam fecit te scire superi⁹ quod differētia est inter lenitiuū ꝛ laxatiuū. Et postquam lenieris itestina: purga euꝫ: prout tibi videbitur conuenire: ꝑm acuitatem ꝛ naturā humoris peccātis. Et put mihi videtur apa hoc non accidit nisi ex colera subtili: ꝛ purga eum cum sero capⁱno coagulato cum lacte fici: ꝛ pone in sero dicto dē reubarbaro ꝛ de mirobalanis citrinis: et violarum: ꝛ liquiritie: ꝛ nenufaris: et modicū de mirobalanis indis: q̄ꝛ forsan aliquid de humore est adusto: ꝛ pone etiam in isto laxatiuo aliquid de scamonea cum his que habent suam malitiam frangere: ꝛ proprie cum confortantib⁹ stomacum: sicut acetosa ꝛ sticados. ¶ Receptio vtilis valde in hoc casu. ℞. seri capⁱni coagulati cū lacte fici. lib. j. ꝛ in ipso infunde ex mirobalanis citrinis ꝛ liq̄ritie: viol. nenufaris. aā. auꝛ. v. idorū. aur. iiij. reubarbari recētis. aur. j. ꝛ cōquassentur optime: ꝛ permaneant sic in dicto sero per noctem vnam: ꝛ colentur optiē exprimendo: ꝛ adde huic colature. syrupi masticis. ℥. ſ. et octauam partem aurei vni⁹ de scamonea: et da infirmo hoc ad bibendum: mollificato corpore pri⁹ cū medulla cassie fistule distemperata cum decoctione scolopendrie sicce: ꝛ cum sirupo rosaceo facto ex rosis recentibus. Quod si tempus fuerit siccum:

da ei de ſirupo violaceo: ⁊ come
dat pruna ante cibum: ſed poſt
cibum minime. Et da ei panē ab-
lutū: et poſtea in aqua infuſum
donec tumeſcat. Poſtea infrigi
da eū in puteo: ⁊ pota eum aqua
i puteo infrigidata: ⁊ hoc facias
donec quieuerit tuſſis: et febris
fuerit mitigata: ⁊ dolor ſimiliter
mitigatus: ⁊ nō dimittatur iſtō
regimen: donec dolor ⁊ febris ⁊
tuſſis ceſſauerint: demum da ei
aquam ordei rationabiliter fa-
ctam ad bibendum. Sciendo
quod moderni medici multum
ſunt longinq̄ ab opinione Gal.
in faciendo aquam ordei: eo q̄d
ipſi frangunt ipſum piſtando
antequam buliat: ad faciēdum
iſtam aquam: ⁊ iſti errant a via
veritatis: eo quod i vnoq̄q3 ſe-
mine inquātuz eſt ſemē eſt vita
naturalis: antequam accidat ei
aliquid quod deſtruat ipſum.
Et ſi poſueris ordeum in aqua
frigida: velociter attrabit ad ſe
aquam: ⁊ aperiuntur pori ipſi9
⁊ quando ſic ponitur ad ignem
iam aperti ſunt pori ipſius: et
eius partes dilatate: ⁊ ignis fa-
cit in vijs apertiones: ita quod
nulla opilatio remanet i eo. Si
autem ordeum fractū fuerit ſi-
mile eſt mortuo: vel infirmo: et
quia aſſimiliatur infirmo: opor
tet quod partes eius cuz fuerit
fractum: non dilatantur: nec at-
trahit in ſe aquam ſua virtute:
quam deus benedictus preſti-
tit ſibi ⁊ donauit: quod ſi dixeri
mus ipſum eſſe mortuum: tunc
ab ipſo penitus nulla fit attra-
ctio. O quam bene dixit Gal. de
ordeo ſicut ſcies: q2 ſi decoqua-
tur cum cortice eſt maioris ab-
ſterſionis: ergo mihi videtur q̄
ſic debeat fieri aqua ordei. Acci
pere debes ordeum integrum ⁊
munduz ab omni mixtura om-
nium aliarum rerum: ⁊ pone eū
in aq̄ dulci frigida: ita q̄d vno-
q̄q3 i pōdere ipſi9 ordei ſint duo
pondera aque: ⁊ ſic permaneat
in modio per vnā vel per duas
horas: ⁊ poſtea pone ad ignem
⁊ bulliat tādiu donec aqua fiat
rubea: ⁊ depoſitum ab igne co-
letur: ⁊ poſtea ponatur iſta cola
tura in puteo donec infrigide-
tur infrigidatione vltima: et ſic
eam dabis ad bibendum: et re-
ge infirmum iſto regimine: vel
ſimili pluribus diebus: et poſt
ea muta infirmum ad biben-
dum pultes ordei preparatos
cum aqua dulci ⁊ munda: abſq3
eo quod ſentiat aliquid de calo
lore ignis. Et poſtquam omnia
accidentia fuerint ablata: et ſe-
curus fueris omnino de egritu
dine: da ei paulatine ad come-
dendum panem bene fermen-
tatum: nec conſenties ei come-
dere oua gellinaruz decocta in
taſſea cū pane fermentato. Nec
facias eum redire ad regimen
ſuum naturale: donec tranſeāt
xl. dies a principio egritudinis
deinde gratim ⁊ paulatine re-
ducēs eum ad cōſuetudinē na-
turalem. Quod ſi dictū apoſta-
ſtema iaz ad ſaniem deuenerit:
eo quod a principio non fuiſti
ad infirmū: vel quia humor pro
pter ſui ſubtilitatem de leui re-
cipit paſſionem: vel quia virtus
fuerit fortis: ita q̄d cito potuerit
ſaniem generare: aut propter vi
cinitatem duorum fontium ca-
liditatis ſcilicet cordis ⁊ epatis
quoniam quelibet iſtarum cau
ſarum eſt cauſa velocis genera
tionis saniei in ap̄ate: ſicut acci
dit mihi cuz eſſem iuuenis: q̄m

passus fui laborem maximum a propinquis:⁊ ab illis qui erãt de cognatione hali,ꝑpter quod dãverbum dictum a patre meo cum essem iuuenis: qui voluit vlcisci de me modis quibus potuit:⁊ ob hoc sustinui laborem et angustiam maximam de eo quod non consueueram agere vel pati: quia necesse fuit mihi ire pedes quamuis illud nunquam probauissem:⁊ cum posui me ad decubitũ percipi dolorem in panniculo predicto:et tunc tussis et dolor inceperunt inualescere valde:⁊ iueni pulsuꝫ meum valde durum: et febrem patiebar acutam ⁊ egritudinẽ. Quare misi in quarta nocte pro flõmatore:⁊ feci extrahi de sanguine circa quantitatem libre vnius:⁊ permansi sic.s.cum febre valida:⁊ tussi forti: et dolore per totam noctem. Mane vero de necessitate oportuit me ire:et equitare cum angustia:⁊cogitatione:⁊ magno timore ⁊ dolore.

Hali. Et cum perueni ad locum vbi erat dictus hali: ex dolore ⁊ fatigatiõe:⁊ vigilijs que passus fueram:dormiui:⁊ i illo somno dissoluta fuit ligatura flõmie:⁊ inde sanguis multus emanauit. Et cum excitatus fui a somno: remansi cum maxima debilitate virtutis:et inueni locum vbi iacebam repletum sanguine totũ:⁊ posito digito super flõmia: vocaui ⁊ feci me ligari:⁊ permãsi taliter per totam illam diem: s.cum illis accñtibus:sed nõ fuere augumentata Sequenti vero die ieci saniem cum sputo que erat bõi coloris ⁊ substãtie: ⁊ demũ audiui noua que multiplicauerunt super me tristitias et dolores:⁊ inde amisi sensum et intellectum: ⁊ ita quod nihil potui postea intelligere: et procurare super negocijs meis ⁊ remansi sic quod non potui meipsum regere: ⁊ non comedebã aliquid nisi quia propinabant mihi de aqua predicta:eo quod antequã egritudo inualuisset: ꝑceperã ministris vt mihi semper de illa aqua dare deberent: ⁊ ego multum de ipsa bibebam propter magnam sitim quã habebam. Et transactis diebus septem incepi sentire ⁊ cognoscere:⁊ imaginabar qđ mater mea seruiebat mihi in hac egritudine demum recordatus fui quod erat mortua: et sic de omnibus alijs cepi ducere ad memoriam et ad vltimum quesiui quid factum fuerat de patre meo:⁊ mihi dictuꝫ fuit quod iuerat vltra mare:⁊ inde creuit mihi angustia atqꝫ dolor:⁊ visum fuit mihi quod essem perforatus in pectore:et superuenit mihi dolor maximus in capite ex illo timore:⁊ timui ne me occiderẽt:⁊ supplicaui astantibus vt me occultarẽt:ita quod non sciret de me aliquid nisi essem viuus. Et lõgo tempore post istam magnaꝫ afflictioneꝫ remote fuerunt iste perturbationes a me. Sed illud quod passus fui:fuit apã quod generatum fuerat in pãniculo diuidente pectus⁊ pulmonẽ in duo media ⁊ ex illo apate ascenderũt vapores acuti ad cerebꝝ quare tũ ꝑpter varias cogitationes⁊ frequẽtes quas habebã ex predictis:tũ ꝑpter dictos vapores acutos⁊ malignos:q̃ ferebãtur circa cerebrum:ortũ fuit mihi in vno panniculorum cerebri

apostema calidum: et ex omnibus istis non remansit quin facerem omnia necessaria predictis egritudinibus: ꝛ demū incepi expuere saniem: et non solum ex apostemate pectoris: verumetiam ex illa que descendebat a capite ad pectus: ꝛ postea cognoui causam meorū accidētium: ꝛ redij in sensum meū perfecte: et delectatꝰ fui in illis diebus cum ferculis predictis ꝛ cibis: ꝛ cū ex toto fui alleuiatus a sanie: incepi assuescere aquam ordei: et postea redij ad pultes furfuris: ꝛ sic paulatine conuersus fui ad meam consuetudinē naturalem. Et quod hic scripsi de ista mea egritudine: feci solū modo vt sit exemplum in omnibus alijs similitudinibꝰ. ¶ Etiam dictū est superius quod in hoc apostemate ꝑperat sanies velociter: et cum cognoueris ꝙ conuersum sit ad saniem: fac de regimine quemadmodum dictum est superiꝰ. Et da ei ad bibendum omni die decoctionē yringorum et liquiritie: quarū partes sint equales. Item ista decoctio similiter confert. ℞. flaxiola pars .j. ꝛ decima vniꝰ partis de yreos recipiatur: ꝛ fiat decoctio: et propinetur cū sirupo scariole: vel yringorū: fm quod tibi videbitur conuenire. Et dico quod in egritudine mea non recordabar aliquid quod essem facturus: nec mecum habui aliquem: qui sciret mihi consulere nec me regere: sed in principio docueram ipsos qualiter me regere deberent. Sed a voluntate diuina processit illud quod nō intendebam in me agere: scilicet de euacuatione multa sanguinis: et illa fuit causa mee liberationis: eo quod eram iuuenis: atqꝫ fortis.

¶ Capitulum septimū. Quod est de passionibus diafragmatis.



Omplete sunt cū adiutorio dei rememoratiōes de egritudinibus et accidētibus que fiunt in pectore: ꝛ nunc intendo in hoc loco rememorationem facere de passionibus diafragmatis quod cortina dicitur. Scire itaqꝫ debes ꝙ oīa que dixi accidere de egritudinibus et accidentibus in passionibꝰ pectoris accidere ꝛ euenire similiter possunt: et in hoc scilicet mēbro. Tamen accidentia que in isto emergūt sunt grauiora ꝛ periculosiora accidentibus que fiunt in pleuresi et in apostemate lateris. Et hec accidentia sunt febris: ꝛ dolor pungitiuꝰ. et tussis. Et dolor in ista passione extendit ad latus tarthora q̄ sunt ossa pectoris simul coniuncta: quorum locus est supra ossa que dicuntur carsuf: et sunt ossa pectoris que non sunt adinuicē coniuncta. Et esto certus ꝙ apata q̄ fiūt in isto mēbro longe sunt grauiora ꝛ periculosiora apatibus que fiūt in alijs mēbris et partibus pectoris: eo ꝙ in hoc apate fit continuo perturbatio mētis: ac si esset in pāniculo cerebri. Et cura huiꝰ est cura predicta: scꝫ cū flobotomia et mollificatiōe ventris: ꝛ cū laxatiuo prescripto: ꝛ da ei sirupū de panicald. s. yringorum: et oīa ista fiant cū regimine iā dicto: ꝛ si placuerit deo glorioso ꝙ resoluatur apostema dictum: absqꝫ eo quod deueniat ad saniem:

Cortina.

Cura predicta.

erit infirmo profectus maxim⁹ et innamẽ. Qđ si deuenerit predictũ apa ad saniẽ: ꝗuis illud fiat tardius ꝛ rari⁹: agere debes queãdmoduꝫ docui in aliis. Et caueas tibi ne sequaris appetitũ patiẽtis in cibis suis: ꝛ custodiat etiã ne ministri ꝛ astantes moueãt eũ: vel permittãt facere incõueniẽtia: qm̃ modicus error in ista egritudine esse potest cã magni nocumenti et egritudinis. Et postꝗ̃ cognoueris ꝙ sit liberatus: reduc eũ ad suũ regimẽ cõsuetũ cibi ꝛ potus paulatine non largiẽdo ei subito. ¶ Et nota ꝙ in quocũꝗ membro neruoso fuerit apa: pulsus in ipso erit serin⁹: et in oĩ apate orto in aliquo mẽbro pectoris: vel ĩ suis pãniculis: ꝛ in diafragmate: erit anhelit⁹ paru⁹ ꝛ frequẽs oĩno: ꝛ maxime in apate pulmonis. Et hucusꝗ iã locut⁹ sum sufficiẽter de mẽbris superiorib⁹: nũc autẽ incipere intẽdo tractare de mẽbris inferioribus.

¶ Explicit liber primus.

¶ Incipit liber secũdus qui continet tractatus septẽ: quorũ tractatuuꝫ primus est continens capitula sex.

¶ Cap. j. Quod est de egritudinibus intestinorũ generalib⁹.



Dicit seruus regis: ꝙ in intestinis fiunt aliquãdo egritudies. s. apostemata: q̃ generant̃ in viis vel canalibus: vñ cibaria habẽt pertrãsire. Et hoc in intestinis gracilibus: vel

De intestinis.

in aliis: ꝛ dolor qui sequitur in istis est continuus: ꝛ maxime si apostema fuerit ex colera: vel ex sanguine: et est possibile ꝙ hoc apostema fit absꝗ febre et siti. Qđ si ex apostemate fctã sit opilatio cãnalis ex toto: dolor erit fortissim⁹: ꝛ q: nutrimentũ non poterit inde transire necesse est vt vomitu eiiciatur: quare morietur infirmus subito: tũ propter intensum dolorem: tum propter prohibitionem transitus nutrimenti per intestina. Et si dictũ apostema fuerit ex flegmate: infirmus nõ sentiet inde magnũ dolorem: et possibile erit vt dissoluatur illud apostema: ꝛ maxime si fuerit ex subtili flegmate. Qđ si fuerit ex flegmate grosso: assimilabitur humori melencolico: excepto quod non percipies aliquam caliditatem: sicut percipitur in humore melẽcolico. Sed melẽcolia que ex colera adusta generatur: est subtilioris substantie omni modo oib⁹ aliis speciebus melencolie: ꝛ lenioris: ꝛ velocioris mot⁹. Et illa que fit ex flegmate grosso est tardioris motus valde: ꝛ grossioris substãtie. Qđ si fuerit ex sanguine adusto: erit mediocris ĩ subtilitate: grossitie: tarditate ꝛ velocitate. Apostema autẽ quod oritur ex melencolia est grossioris et densioris substãtie valde apostematibus aliorum humorum: eo quod melencolia est grossior aliis humorib⁹. Et modus apostematis melẽcolici est quia illud apostema ad magnã deuenit magnitudinẽ: ꝛ est absꝗ forti dolore: et ille dolor similatur punctioni formicarũ. Cognoscẽdo firmiter ꝙ apostema factũ ex melẽcolia nullaten⁹ põt recipere

recipere digestionē. Et scias qd cū dico flegmaticū vl' ex flegmate: colericū vel ex colera: sanguineum vel ex sanguine: melencolicū vel ex melencolia nō intelligo vniformiter. Qm̄ cū dico ex flegmate: intelligo ꝙ cōplexio ipsius ap̄atis sit humida ⁊ frigida in potentia. Et cū dico flegmaticū: possibile erit ꝙ sit humidū in potētia: sed nō erit frigide cōplexiōis: ꝓpter caliditatem acquisitā a putredine. Et similiter cū dico ex colera: intelligo illud qd est substātie subtilis: ⁊ eius cōplexio est calida et sicca. Sed cū dico colericū: intelligo ꝙ sit cōplexionis calide et sicce: ⁊ eius substātia nō erit subtilis: sicut qd fit ex colera vitellina ⁊ suis similibus. Et ita dico ꝙ cū dico ex sanguine: intelligo ꝙ sit complexionis calide ⁊ humide temperate: proportionate complexioni hominis. Et cum dico sanguineum: intelligo humorem deriuatū ad aliquā rubedinem absq; perfecta conuersione ipsius humoris in sanguinem: aut intelligo de sanguine naturali: qui propter excessum alicuius superflue caliditatis ad aliquā declinat adustionē. Et eodē modo intelligendū est de melēcolia. Quoniam cum dico ex melēcolia: intelligo humorē frigide ⁊ sicce complexiōis: qui est vnū ex quatuor elemētis vel humoribus corporis. Sed cum dico melencolicum intelligo de quocunq; humore conuerso ad melencoliam: non per viam nature laudabilis et perfecte: sed qui deuiauit ab ordine naturali: ex aliqua adustione: ⁊ hic humor nō est naturalis: nec ex elementis corporis: flegma autem quod est frigidum et humi. aliquando ex vlteriori digestione cōuertitur in sanguinem naturalem: qui est vnum ex elementis corporis: qd nullatenus fieri pōt ex aliis humoribus adustis: eo ꝙ cinis qui per adustionē est incineratꝰ: non potest ad tēperiē reduci. Sic ⁊ humores qui per excessum digestiōis ad adustionē deuenerūt: no p̄nt ad equalitatem ⁊ temperiem digestionis vllo modo conuerti: et quia hucusq; deuiaui ab intentione propria: nunc ad eam redire intendo. Quod si infirmꝰ senserit dolorē in parte illa que est sub stomaco: ita quod ille dolor sit continuus et perseuerās: et cum hoc febricitauerit continue: scias quia tunc erit apostemo in aliqua intestinoꝝ: quare flobotomia est necessaria: minuendo de quantite: prout tibi videbitur expedire: consideratis tamen conditionibus supra dictis. s. virtute: etate: tempore: cōsuetudine: regione: et da ei ad bibendū electuarium quod sit resolutiuum et mitigatiuū: sicut est electuarium factū ex flore camomille et rosis recentibꝰ: ⁊ flagia quarū partes sint equales croci: ⁊ sem̄. lini ana decima pars predictoꝝ: pistentur que libet per se: ⁊ cribrentur: ⁊ conficiantur cum sirupo de scariola. Dosis eius sit pondus triū aureorum cum aqua rosa. in qua cocta sint panical: que est species yringorum et masticis: tandiu bulliat donec mutet saporē: colorem et odorem: et abstineat ab omnibus cibis grossis: abstinendo similiter a carnibus omnino: et ponat super ventrem oleum rosa. aromatizatum tepi

Cura.

dum cum magna quãtitate co-
ti intus madefacti desuper: et
itera illud scilicet cotum calidũ
madefactum in dicto oleo plu-
ries. Et sufficiẽt ei in cibo prout
mihi videtur in die duo oua. Et
cum dolor fuerit mitigatus: et
febris fuerit diminuta: vtere
etiam isto eodem regimine: do
nec omnino accidẽtia sint abla
ta: sciendo iam quod optimam
curaz adinuenisti: postea reduc
eum paulatine ad suam cõsue-
tudinem naturalem: vsquequo
pfecte fuerit liberatus. Et scias
quod omnia apostemata quan
to fuerint ppinquiora stomaco
tanto sunt periculosiora. Et ite
rũ ista apostemata possunt fie-
ri in intestinis magnis ꝛ in gra
cilibus seu paruis: et que fiunt
in gracilibus sunt maioris peri
culi quam que fiunt in magnis
et cura est cura prescripta.

¶ Capl'm. ij. Quod est de debili tate virtutis expulsiue intestinorum.



Et istud accidẽs vel egritudo põt aliquando accidere in vno intestino vel in duobus aut in pluribus quod nõ potest vel que nõ possunt expellere superfluitates retentas in ipsis: quamuis istud videatur impossibile pluribus medicis. Sed Gal. hanc egritudinẽ esse affirmauit: quã do dixit quod virtus expulsiua intestinorum aliquando debilitatur intãtum ꝙ non potest expellere feces et supfluitates per inferiora: ꝛ hoc non vlterius declarauit: nisi intantum quia dixit quod hoc non est occultum medicis. Et hec egritudo quando accidit est valde periculosa: q̃re indiget subtili perspicatiõe ꝛ consideratione eo quod dicta debilitas virtutis expulsiue: q̃uis accidat a debilitate virtutis expulsiue naturalis: non tamẽ est a debilitate virtutis expulsiue accidentalis seu voluntarie. Uirtus autez naturalis est illa que prouenit principaliter ab epate: vnde retentio que prouenit a debilitate istius virtutis: solo modo facit accidere dolorẽ fortem: eo ꝙ intestina non possunt expellere feces per inferiora. Illa autem retentio que fit a superflua humiditate viscosa q̃ est in substãtia villorum intestinorum: non facit dolorem fortẽ: quare cum videris hanc egritudinem euenire alicui: stude subtiliter in cognoscẽdo cãm ipsi⁹: et vnde habeat procedere dicta passio: et quãdo scieris pro certo quod dicta debilitas expulsiue fuerit ab intestinis: scꝫ quia deficiunt in motu suo naturali expellere quod debent per secessum. Et operationes quidẽ virtutis naturalis sicut scis sunt digerere et permutare cibuz. Et in hoc etiam membro fiunt iste operationes quemadmodũ in alijs mẽbris. Et digeritur etiaz hic cibus et permutatur: qui iã alibi est digestus: et expellitur quod indiget expulsione. Et ante omnia ista operat̃ virtus attractiua ꝛ retentiua. Et iste operationes naturales alique sunt que fiunt mediantibus instrumentis: sed expulsiua pro certo scimus quod est cum instrumẽto. Alie vero que operant̃ absq; instrumẽtis: non sunt sic apparẽtes: ꝛ pro certo scim⁹ ꝙ instrumẽtũ huius expulsiue est prin-

Gal.

cipaliter epar: q̄re studeas ip̄m confortare toto posse cū medicinis sibi cōuenientibus ⁊ approbatis: sicut cum pulpis passularum: q̄m habent ipsum fortiter impinguare. Et epar etiam adib. i. lupi assatum h3 ipsum mirabiliter a tota specie cōfortare: sicut a sapientibus est relatū. Sed G. etiam dictum epar lupi in suis medicinis recōmendat q̄ habet epar hominis fortiter confortare. ¶ Receptio conueniens ad hanc egritudinez. ℞. seminis rosa. ⁊ foliorum ipsarū: passularum enucleatarū3. añ. ℥. j. liquiritie mūdate et eupatorij. añ. partes. iij. ℥. vnius: et absinthij ⁊ sandali: cinamomi: et masticis. añ. quartā partem. ℥. vni⁹ terantur vnūquodq3 per se ⁊ cribrentur: ⁊ adde istis de balsamo aur. 5. distemperatum cū melle: et confice p̄dicta cum syrupo corticis citri facto cum zuccaro. Et dosis eius sit pondus. iiij. aureorū. Quod si non haberes balsamum: pone loco eius tantundem de optima ambra. et inunge locū cū oleo nucum antiquarum: ⁊ pinguedine anatū: quorū partes sint equales: et proijcies desup vncturam ex macis grosse pistatis quod sufficere videatur: ⁊ hoc facias omni die donec fuerit liberatus: et pota infirmū aqua mellis: quia de leui spargitur per membra: ⁊ est abstersiua: quia impossibile est quin superfluitates viscose adhereant intestinis. Et hec facies quādo scieris q̄ dicta egritudo fuerit a debilitate ⁊ corruptione virtutis intestinorum facta ab humore illic existente: ergo necesse est tibi scire ⁊ cognoscere vnde procedat hec egritudo. s. an a debilitate virtutis naturalis solūmodo: an ex superflua humiditate: vel ex superflua abundātia humorum illic congregatorum: ex quibus intestina p̄hibentur recipere virtutes: vel si p̄cedat ab ambabus simul. Et hoc cognoscere perfecte est valde difficile. Et iam scripsi tibi superius curam generalem in hac passione de qua prout mihi videtur poteris satis esse contentus: ⁊ agendo s̄m q̄ dictum est ad finē debitum poteris peruenire. Et recordor cu3 essem iuuenis: q̄ hec egritudo accidit cuidam rustico: qui post multum laborem in tempore calido biberat aquam frigidam in magna quantitate quare deuenit ad hoc quod nō poterat feces eijcere ab intestinis: ⁊ habebat inde dolorem tā fortem quod vix poterat sustinere: quare laboraui circa curā illius habendo consiliu3 semper a medicis mei temporis: a quibus non audiui aliqua nisi vana: quare iui ad patrem meum vsq3 ad villam vbi morabatur: et feci eum qualitatem scire huius egritudinis: et dubitationem meam circa ipsam: rogans ipsum vt me rectificaret in dicta cura: qui mihi posuit libru3 vnum in manibus: et ostendit mihi verba Gale. q̄ iā superius sum memoratus: dicens mihi: recede a me: et vade p̄uiam tuā: et non loquaris mihi amplius de hoc negotio. Et ego supplicaui ei vt mihi aperte dicere vellet curam istam: et ipse tunc aperuit librum: et ostendit mihi cartam dicens: prospice hic: quoniā si inueneris hāc curam: bene quidem. Si autem suspicor q̄ nunquā scies medi-

cinam: et caue ne amplius in ea studeas: ⁊ tandem reuersus fui ab itinere meo: ⁊ legi in libro illo tandiu donec cognoui illud quod supradixi: ⁊ laboraui in cura illi⁹ donec fuit liberatus. Et post aliquod tempus rediit pater meus ad me: ⁊ quesiuit a me de cura illius rustici: ⁊ cum audiuit eam quam feceram: gauisus fuit: et vehementer alleniatus fuit inde ab illa ira quã collegerat super me. Et hec egritudo quam iam dixi fit raro.

¶ Cap. iij. Quod est de ventositate intestinorum.



T in intestinis quandoq; retinetur ventositas resoluta ab humoribus subtilibus et liquidis velut aqua: ⁊ pulsus isto rum fit tortuosus: et vna percussio alteri intricatur propter intricationem et inuolutionem q̃ fit in intestinis: et hac de causa retinentur feces que non inueniunt viam vnde exeant. Cura Cura huius est inunctio supradicta cũ oleo nucum: ⁊ pinguedine que arabice dicitur alga anatis añ. Et scias ꝙ in omni retentione fecum: siue fiat ex ventositate: siue fiat ex debilitate virtutis expulsiue: quando exeunt: semper sunt liquide: et absq; sanguine: et sanie

¶ Cap. iiij. Quod est de retẽtione fecum ⁊ suis speciebus.



T fit aliquando in intestinis ꝙ retinentur feces omnino propter grossitiem et duritiem sue substantie: intantum ꝙ efficiunt̃ quasi lapides. Et hec egritudo qñ accidit: nõ fit subito: et quando fit: non est nisi ex continuo vsu grossarum rerum stipticarum: sicut est vsus ⁊ freqnẽs seminum myrte: et suorum similium. Quod si non fuerit ex comestione stipticorum: tũc feces non subito exiccantur sed paulatine. Et cura huius retentionis fecis est dare infirmo ad bibendum syrupum de centaurea cum decoctione violarum: aut syrupum violaceum cum decoctione centauree: et clisteriza patientem postq; fueris certus q̃d dolor est in intestinis inferioribus causa alicuius occasionum predictarum.

¶ Cap. v. Quod est de excoriatione intestinorum.



Excoriantur aliquando itestina: aut ab humoribus acutis mordicãtibus ipsa: aut ex veneno ebibito acuto. Et cura horũ est ea que habent consolidare et linire sicut sunt pultes facte ex farina risorum ⁊ amidi: quoniã ista habent mitigare mordicationem et consolidare: et effect⁹ istorum sunt laudabiles. Et si clisterizabis cum aliquo istorũ erit maximi iuuamenti. Et confert etiam valde clisterizatio cũ lacte capre: vel camelarũ et oleo ro. et id quod habet causam remouere: et rectificare complexionem: et infrigidare est syrupus ro. cum rosis siccis: et aqua ro. cum se. psilij assati: et integri si causa non fuerit ex veneno. Q̃d si fuerit: nulla res posset esse nocibilior: neq; magis mortifera sicut ista. Quod si a principio huius passionis scieris eam esse ex veneno certissime: tunc dare debes infirmo ex optimo smaraldo pondus. vj. granorum ordei optime trito: distemperato cum aqua ad bibendum; et vi=

debis in opere huius: et in effectu rem mirabilem accidere: et euenire illi qui sumpserit ipsuz: qm incōtinenti post assumptionem hui⁹ incipit habere angustiam cordis: et videtur ei ꝙ omnia membra eius eradicent ad inuicem. Et si post hoc sudauerit infirmus dormiendo: pro cōstāti habeas ꝙ erit liberat⁹ omnino. Et fac ꝙ ille qui sumpsit smaraldūz abstineat a cibo omnino vsq ad decem horas: vel saltim vsq ad octo. Et q̄uis intentionis nostre non sit hic curam de venenis determinare: sic pertranseo. Et oportuit me de his aliquid dicere propter illud accidens quod habet. Et iam vidi tempore meo ꝙ haly quandā habebat concubinam: cui superuenit vlceratio in intestinis gracilibus cum solutione magna. Sed feces cum magno expellebantur dolore. Et ego laboraui diu in cura illius: intantum qꝺ fessus fui in illa. Et durauit illa egritudo in illa dispositiōe vsq ad .lx. dies. ⁊ mirabar ꝺ illa egritudine putans ꝙ esset ex humore. Sed ad vltimum vidi ꝙ cuz stercore exiuit interior pellicula intestini: et postea vidi alia vice ꝙ alia pellicula intestini. s. exterior emanauit exterius cuz stercore in longitudine vnius palmi et miratus fui ex hoc cognoscens quod aliquis humor non posset esse vllo modo tanti acuminis quod posset facere tantā excoriationem vna vice. Et demum p certo cognoui quod vna ex suis sclauis: venenum ei propinauerat ad bibendum. Quare pro constanti habui qꝺ nulla spes esse poterat de sua liberatione: et sic inde mortua fuit ex illa egritudine voluntate diuina. Et expertum est quod suspensio smaraldi in dissenteria et in emoroidis existit mirabilis efficacie: et iuuamenti. Cum autem liberatus fui: et euasi a manibus dicti haly: et suorum hominum: rediens sibiliam: vidi in via quandam herbā quaz putaui esse addion siluestre: et non dubitabam: acceptum de illa comedi modicum: et inde habui dissinteriam magnam: cum dolore ventris: et cum perueni sibiliaz adhuc durauit dissinteria: tunc suspendi super ventrem meum smaraldum vnum: et aliud posui in ore absq tritu ratione: et liberatus fui incontinenti. Holera autem venenosa sunt innumerabilia. Et propter hoc quilibet sibi cauere debet ne comedat aliquid cognoscat illud: et neq tēptet nisi habeat secum smaraldum: vel tyriacam vllo modo. Et iam reperiuntur quamplures vulgares et vetule: quas deus destruat ⁊ confundat: qui et que plura cognoscūt ex dictis olerib⁹ venenosis mortiferis quam medici faciant vel cognoscant: quoniam illud qꝺ sciunt medici de predictis non est nisi vt sciant eorum accidentia remouere et suis nocumentis obuiare; et non vt sciant ipsa in se et in suis effectib⁹ alio modo: nisi fuerint infideles: et suas fides proprias voluerint denegare: et propter hoc quilibet medicus tenetur obseruare precepta hypocratis in hoc casu. Que sunt quod quilibet doctor in medicina non debet aliquem discipulum docere: nisi

Suspēsio smaraldi.

prius iurare faciat ipsum nevta
tur medicinis mortiferis vel ve
nenosis vllo mō. Et pater meus
cum essem puer: ꝛ discipulus su⁹
in medicina: me iurare fecit vt
nullatenus medicinis veneno-
sis vel mortiferis vti deberem.
Et cum sic iuuenis essem et no-
uus in medicina: ibam de vna
ciuitate in aliam practicando.
Quadam vice sic eundo sociat⁹
fui vni proditori: qui a me occul
te hesitabatur discere aliquam
medicinam mortiferam. Et ego
ab illo habueram in feudum pe
tiam vnam terre quam mihi ab
stulerat. Qui dixit mihi habeas
eam de cetero a me liberam ꝛ se
curam: credens quod ego essem
de illis qui propter pecuniam
proditionem facere deberem: et
meam corrumpere legalitatem.
Adulator. Et idem adulator quem de⁹ de-
struat et cōfundat illuz dixit mi
hi palam: scȝ ꝙ ei dare deberem
medicinam: que velociter posset
occidere: cui iuraui per deum ve
rum ꝛ pro certa veritate ꝙ nihil
de talibus cognoscebam: dicen-
do ei ꝙ medicus inquantuȝ me
dicus de talibus scire nō debet:
nisi vt cognoscat ꝛ sciat ex eis ac
cidentia remouere. Qui dixit mi
hi. Quomodo a me vis te occul
tare ꝛ celare: postꝙ̄ tibi meuȝ se
cretum tale volui pandere ꝛ ma
nifestare: quare timui valde et
dixi ei. Secretum tuuȝ quod mi
hi aperuisti a me nō manifesta-
bitur alicui in perpetuum. Et
postea dixi ei: expecta donec per
quiram libros: et demum faciaȝ
tuam voluntatem si deo placue
rit. Qui dixit mihi: quantuȝ vis
vt expectem. Respondi: da mihi
spacium. xv. dierum. Et illuȝ ter
minum quesiui: quia affectabaȝ
fugere ab eo: et fui die illa in
magna angustia et tribulatio-
ne. Mane autem facto misit pro
me. Et ego timui ne mitteret il-
la de causa: quare dolui ad mor
tem. Et cum venissem ad eum
vidi quod iam deus: cuius no-
men sit benedictum in secula:
punierat eum: et inueni illum
iacentem: et prostratum absqꝫ
sensu et intellectu: intantum vt
me non cognosceret causa sue
egritudinis. Et tunc studui in
cura ipsius donec fuit allenia-
tus: et tunc sibi manifestaui cor
meum: dicendo ei quod obser-
uabam precepta hypocratis: in Hipocras.
hoc casu: et pater meus etiam
me constrinxerat ad sacramen-
tum: quare post paucos dies stu
debat in destruendo me de per-
sona: sed gratia altissimi creato-
ris euasi ab illo periculo: rece-
dens ab illo loco. ¶ Et quia
hucusqꝫ elongatus sum a pro-
pria intentione: nūc ad eam re-
dire intendo. Et dico qđ quan-
diu vulnus et vlceratio intesti-
norum fuerit modica: curari de-
bet cum pultibus supradictis.
Quod si creuerit vlceratio: ad-
de aliquid de gumma arabi. as-
sata: et sibi similibus. Quod si
ex dicto vlcere sanies emana-
uerit: dabis ei primo ad biben-
dum mundificantia: sicut est
aqua ordei cum melle: aut
aqua ordei sola: prout tibi vi-
debitur conuenire. Et donec
vlcus non perforauerit tuni-
cam seu pelliculam intrinse-
cam intestini: non est desperan-
dum de cura istius: sed si non
solum prima dicta tunica fue-
rit perforata: verumetiam et

alia fuerit penetrata & excoriata: tunc nullatenus speres nec confides de salute eius etiam si esses probior medicus totius mundi. De his autem que multum conferunt vlcerationi intestinorum est terra sigillata ppinata cuȝ aqua mellis: aut cū aqua in qua modicum de centaurea lōga sit bullita: & syrupo ro. Terra siquidem sigillata cōfert medicinis mortiferis. Et possibile est aliquādo quod in talibus fluat sanguis per inferiora. Qui si fuerit valde rubeꝰ: erit ex apertione alicuius vene in partibus illis: & cura huius est potare infirmū aqua vel succo plantaginis cum decoctiōe masticis in aqua ro. & cōfert similiter in hoc casu terra sigillata cum syrupo masticis. Quod si sanguis non fuerit multum rubeus: sed assimilabitur quodāmō aque: tunc est possibile ꝙ sit ex potu sanguisuge: que est in fundo stomachi. Et cura huius est bibere decoctionem centauree: vel nigelle: que arabice dicitur scaunis: aut comedat synapi cum aceto. Sed si cum dicto sanguine scilicet aquoso apparuerit aliquid simile saniei: tunc signum est quod procedat ab epe. Et iam superiꝰ sufficienter locutus sum de passionibꝰ eius & suis curis.

¶Capitulum. vj. Quod est de emoroidis.



T possibile est vt exeat aliquando sanguis per inferiora a loco illo ꝙ est iuxta anū scilicet in inferiori parte orificij intestini: et quādo continuat fiunt inde emoroide parue & magne ad modū mori: et aliquando fluit ille sanguis ab vna illarum venarum: que terminantur ibi scilicet quādo aperitur: et exit in tempore noto: et purgatur inde totum corpus: quando est super repletū: dummodo virtꝰ naturalis expulsiua fuerit fortis. Et cum sic est: non est stringēdus vllo modo: cum conferat multū in purgatione totius corporis. Et fit etiam ex exuberantia humoris melencolici mixti cum humore colico acuto. Et iste etiam sanguis non debet stringi quando fit a fortitudine virtutis et sua bonitate: quoniam est sanitas totius corporis: et potest iterū fluere per ista loca alicui amputata vt si alicui mutilata fuerit manꝰ: vel pes: eo quod sanguis qui consueuerat nutrire membrum illud: si remaneret in corpore prepararet ipsum ad egritudines aliquas. vcȝ ad apostemata intrinseca vel extrinseca: quare natura ingeniat expellere ipm p dicta loca: qn̄ est fortis ergo summarie dico ꝙ nullus sanguis ꝗ p viam purgationis emanauerit est stringēdus vllo mō. Cognitio aūt illiꝰ ꝗ a fortitudine & bonitate ꝟtutis expellit est: qꝛ talis sanguis est niger & mali odoris. Et si fuerit ex repletiōe cognoscit ex p̄cedēti cōsuetudine & p̄nti. vcȝ si assuetus erat comedere panē grossum et siligineū: & nunc comedat panē mūdū: & de carnibus si consueuerat comedere carnes subtiles: et nunc comedit grossas: et consueuerat minutiōe vti: & modo dimisit eaȝ: & similibꝰ. Cura

ante huiusmodi fit ex repletione: est minutio vene: et subtractio cibi et pot⁹: et hec egritudo dicitur ab auctorib⁹ ragadie. Est etiam alia spes fluxus sanguinis per partes istas: q fit ex retentione fecum: et illa de causa scinditur anus. Et erit ide sanguis: et aliquando sanies. Que quidem non est speciebus predictis. Et fit interdu ista retentio fecu vna vice post aliaz: ita quod inde fiut scissure: et ex illis scissuris fiut emoroide. Et cura istoru est difficilis valde. Et cura huius est vt facias sedere patiete in decoctione camomille: et cymarum myrte: quaru partes sint equales: qb⁹ misceatur aliquid mellis. ¶ Quod si egritudo fortior fuerit: fac ei hanc medicina que est magis fortis scilicet fac vt fundamentuz infirmi optime abluatur: et postea fac eum sedere super coriu vnu super quod sparsus sit puluis

Receptio. iste. Rx. gallarum combustaruz: et camomille non combuste an. partes equales: et misceantur cum aqua dulci: et siccentur iterum: et pulverizentur: et sparga tur super dictu corium: et sedeat infirmus desuper: et hoc faciat semper qn ab assella leuatur: et sedeat sic per spaciu vnius magne hore: et stude vt itestina mediocriter mollia existant: comedendo lactucas: et cucurbitas decoctas: nisi fuerit egritudo que phibet. Et ficus sicce cu amigdalis similiter sunt bone: et ficus sicce etia madefacte i oleo dulci conferunt. Et comedere etiam pruna ante cibum est bonum. Et vtiliter dico quod lenire intestina quocuq modo fiat donec fuerit liberatus est bonu

cum predictis et his similibus. Ego hucusq prout mihi videtur sufficienter sum locutus de egritudinibus intestinorum: et suis causis. Nunc autem intendo de egritudinibus renuz determinare cum adiutorio dei.

¶ Tractatus. ij. qui est de egritudinib⁹ renum vesice et virge et continet capitula octo.

¶ Capitulum. j. Quod est de renibus in vniuersali.



Rem quide sicut dictu est: est mebrum officiale: et necessariu cor pori in recipiedo vrinam et nutriutur renes: et sanguine et superfluitatibus delatis cum vrina ad ipsos renes: et pori eoru sunt densi: et corporis grossi. Et de egritudinibus eorum est lapis qui generatur in eis: et incipia ab ipso.

¶ Capitulu. ij. Quod est de lapide renum.



In renibus quidem generantur lapides: quemadmodu in quibusdam alijs membris consueuit fieri. Et ego vidi lapidem generatu sub lingua cuiusda viri: phibentez ei locutione: et eo remoto lapide rehabuit vir loquelaz. Et generatur ab humoribus grossis qui indurantur adinuice simul donec ad lapidez conuertunt. Et lapis quidem renum no est

pus fuerit superflue siccitatis: inde spasmus poterit perueni-re. Et si fuerit superflue humi-ditatis: debilitatur ab ipsa pur-gatione patiens causa relaxa-tionis et debilitatis virtutis re-tentiue: et subsequitur inde flu-xus super fluxus: qui dicitur li-enteria: quia quando virtute re-tentiua priuatur membrum: om-nes alie virtutes destruentur: cognoscendo quod id quod di-xi de complexionibus simplici-bus vix reperitur ꝗ maiori par-te in aliquo tempore et regio-ne: sed composite bene reperiū-tur: sicut est caliditas et humi-ditas: frigiditas et siccitas: fri-giditas et humiditas. Sed per simplices complexiones pote-ris compositas cognoscere atqꝫ scire: sicut docui. Et vide quid faciunt tempora anni: quia in aliquo anno arbores velociter virescunt: ꝛ properant citissime ad producendum flores: folia: et fructus: et i alio tardāt. Qua-re medicina non procedit nisi secundum sensuꝫ. Quod si pro-cesseris in hac cura isto ordine et regimine scilicet superponē-do membro que habeant dis-soluere: et que habeant stiptici-tatem: et subtiliare: et mitiga-re: tunc cognosces iuuamentuꝫ patientis. Et quāuis ad perfe-ctam liberationem non deue-nerit: tamen egritudo allenia-bitur: et diminuetur apostema omnino. Et cum hoc toto indi-get rectificatione cibi: ꝛ de me-lioribus cibis est gallina l tas-sea. Sciendo quod ab aceto est abstinendum in omni egritu-dine melencolica: et ab omni-bus cibis grossi nutrimenti: si-cut sunt pisces: oliue: et caules: et carnes bouine: et antiquo-rum arietum: et camelorum: le-porum: et yrcorum: et stambec-corum: ceruorum: et daynorum: et caprarum: et similium: quo-niam sua grossitudine et siccitā-te nocumētum inferunt in hac egritudine: vua autem passa et ad soleꝫ exiccata confert in hac passione: et grana pini: et ami-gdale dulces non nocēt: immo conferunt. Testiculis autem quandoqꝫ accidit mala com-plexio cum dolore et sine do-lore: humida enim complexio mala sola est absqꝫ forti do-lore: sed operationes mem-bri perturbat: et inde maligne et graues eueniunt egritudi-nes. Sed quia testiculi sunt membra composita accidit in eis eneruatio seu relaxatio ex forti attractione. Et si ex hoc nō fit ruptura aliquarum venaruꝫ vel aliorum membrorũ erit fa-cilis eius cura. Si vero aliqua ruptura ibi facta fuerit: et com-plexio eius calida et humida extiterit: ibi putredo generatur que postea indiget euacuatio-ne cum ferro: vel medicina. Si autem cōplexio patientis sicca multum fuerit: quāuis ruptu-ra modica fuerit: exiccantur te-sticuli: et arefiunt.

¶ Capitulum. iij. Quod est de mala complexione sicca testiculorum.



Otest quandoq3 testiculis siccitas et macies eueni- re: et hoc pluries fit post curationē apostematum eo rum. Cura autem horum est fle botomia seruatis conditioni- bus supradictis: ⁊ desuper po- ne cotum madefactum in oleo ro. aromatizato. Et cū dico oleū rosatum intelligo quod factum sit ex oliuis recentibus sine sa- le: ⁊ quod non fuerint vel stete- rint ammassate: ne inde possint siccitatem acquirere et habere. Et quod illud oleum sit renoua tum ex rosis recentibus annis pluribꝰ: iterando rosas plures in annoꝰ: ⁊ subtilia regimen eiꝰ remouendo eum ab omni gene re vel specie carnis: ⁊ sufficiet ei dare panem bene fermētatum cum lactucis vel portulacis de- coctis: quoniam istud regimen remouet grossitudinem que ac- cidit ab apostemate: et inunge postea locum cum oleo de alza rū. i. de nucibus cipressi ⁊ aneti no: quorū partes sint equales. Et serua istud regimen donec perfecte fuerit liberatus. Quod si cōtusi fuerint: flebotoma pa- tientem: ⁊ inunge cum oleo ro. supradicto et subtilia regimen multum: ⁊ sic optime ⁊ perfecte liberabitur prout credo: si vero fortis fuerit contusio: difficilis erit cura: tamen eadem est cum suprascripta. Et accidit etiam quandoq3 testiculis relaxatio. ⁊ hoc accidere potest: aut ab egri- dine que fit in eis: vel ꝑpter de- bilitatem renum. Et cum cōfor- tatur corpus: ⁊ rectificatur: mo- net istud accidēs. Et fit quādo- q3 a senectute: ⁊ ꝑ certo senectꝰ est egritudo naturalis. Et cura huius est inūgere testiculos cū oleo balsami. Et si non inuenis balsamum: pone e loco eius oleū de alzeuru: sed non est tante effi cacie: ⁊ inunge etiam spinā cu3 predictis: sicut dictum est.

¶ Capitulum. iiij. Quod est de crepatura.



T accidit qñ q3 in orificio nerui in quo pēdēt testi- culi: seu in fo ramie dilata tio: aut cā su pflue hūidi- tat3 flegmatice: vel ex senectute: aut alteriꝰ de cā: ⁊ pōt etiam in de descendere ad bursam testi- culorum ventositas: vel aliqua humiditas que assimilatur spe ciei crepature. Et cura huiꝰ est vt infirmus continue supinus iaceat ponēdo puluinar seu cus sinum magnum sub coxis. Qd si id qđ cecidit i bursam testicu li est vapor: studeas illū dissol- uere: ⁊ pone deforis super orifi- cium stiptica. Et subtilia regi- men eius: dando ei turtures et passeres. Et pone super locum camomillā: rosas: ⁊ nuces de al chaharu. i. cipressi: et incorpora eas cum agresta ⁊ aqua equalr Et vtere isto medicamine do- nec fuerit liberatus. Et si id qđ descenderit vel est in bursa fue rit humor: et est in quantitate parua: dissolue illud cum camo milla ⁊ farina ordei mixtis ⁊ ma laxatis cum lirinio facto cum ci nere cipressi. Si autem dictꝰ hu mor in magna quantitate exti- terit: studeas stringere locum Cura.

cum farina ordei: ⁊ nucibus ci-
pressi mixtis cum agresta: ⁊ pre
cipe alicui cirurgico vt aperiat
inferius bursam testiculi cum
aliquo ferro frigido scilicet cuȝ
lancea subtili inuncta cuȝ oleo
ro. modicum ipsam intus pene
trando ita quod faciat paruum
foramē per quod solum ille hu-
mor possit exire: ⁊ cum dictꝰ hu-
mor fuerit bene euacuatus: stu-
deas solidare foramen cum vn-
guento seu emplastro de alna-
cli. i. de palma. Et accidit etiam
quādoqȝ in foramine nerui pre
dicti in quo pendent testiculi
quod exlaniatur ⁊ extenditur et
dilatatur extra naturam: intan-
tum quod inde descendunt in
testina: et hec est deterior omni
alia specie crepature: ⁊ isti vix ⁊
cum difficultate maxima libe-
rantur. Huic quidem precipe vt
iaceat eo modo quo supra dixi:
⁊ fac eū abstinere ab omni mo-
tu et labore: ⁊ reduc intestinum
intus ad locum suum paulati-
ne: ⁊ fac emplastꝝ desuper ex fa
rina ordei: et de andaruzera. i.
ypoquistidos: ⁊ de eupatras: et
de nucibus cipressi quorū par-
tes sint equales: pistentur ⁊ cri-
bellentur: ⁊ incorporentur cum
agrestra vel aceto: ⁊ quāuis nō
habeas ex hoc finem intentum
omnino: tamen alleuiabit egri
tudo regimine tali. Et scias qđ
eorum qui sunt in fine iuuentu
tis cura est impossibilis ꝑpter
siccitatem sue complexionis: ⁊ pro
pter duriciem pellicule exlania
te. Infantes autem paruuli si-
militer non liberantur alia de
causa scilicet quia non possunt
abstinere a fletu ⁊ motu inordi
nato ⁊ labore: ⁊ propter hoc non
cōsolidantur. Puer vero habēs
intellectum: qui attendit et ob-
seruat precepta medici propter
dubitationem sui: credo quod
cura huius nō sit impossibilis:
quoniam si obseruauerit quie-
tem tenendo desuper emplastꝝ
supradictum: seruando dietam
subtilem: ⁊ abstinendo se a con
trarijs: iacendo continue secun
dum ordine prescriptum: pote-
ris liberari.

¶ Cap. v. Quod est de egritudi
nibꝰ que fiunt in bursa testicu-
lorum.


Et fit in bursa te-
sticulorum apo-
stema. Et cura hu
ius est sicut cura
aliorū apostema-
tuȝ. Et fit ibi etiā
quādoqȝ solutio continuitatis:
⁊ cura ē sicut cura aliarꝝ solutio
num continuitatis.

¶ Tractatꝰ quartꝰ de egritudi-
nibus virge: ⁊ est cōtinens capi
tula quatuor.

¶ Capitulū. i. Quod est de opi-
latione que fit in virga causa la
pidis vel alicuius alterius rei.


Fit quādoqȝ
in cānali vir-
ge opilatio:
et hoc aut a
lapide: vel
sanguine coa
gulato: vel a
grossa sanie.
Lapidē au-
tem extrahere debes cum ferro
nominato in arabico alchartir.
aut accipe virgam subtilem be-
ne politam ad modum stili de
ere vel argento: aut auro: ⁊ desu
per fac incassare punctam vnā
de diamāte: ⁊ pone per foramē
virge vsqȝ quo attingat lapidē: ⁊

ipsum poterit frangere cum ea: ⁊ in balsamo est ꝓprietas valida etiam in frangendo lapidez in hoc loco]. Et rememorat⁹ fui iam in precedenti curam lapidis sufficiēter: ⁊ curā etiam opilationis que fit a sanguine vel sanie: ⁊ potest etiam fieri opilatio in canali virge a veruca que oritur ibi. Et cura huius est cuz dolor fuerit fortis ⁊ intolerabilis: eo quod infirmus nō potest emittere vrinā: ꝑforare virgā i loco supiori veruce ita vt vrīa possit inde exire: et ꝓ vrinando quiescit dolor. Et postea cura verucam iniiciendo omni die per foramen eius oleum amigdalarū: aut de susimanino: ⁊ hoc pluries facto stude comprimere verucā cū aliquo instrumēto donec erūpat: ⁊ postea pone intus ea que habēt dolorem remouere: sicut est oleum ro. ⁊ oleū amigdalarū equaliter mixtā: ⁊ octaua pars aque decoctionis centuaree minoris: ⁊ subtilis corticis pineorum: et caude equine: que tantum bulita sint donec aqua mutauerit colorē: ⁊ in ista colatura pone aliquid mellis: ⁊ pone de isto medicamine per foramen virge omni die tam diu donec destructa fuerit veruca. Et demum cura foramē vulneris donec fuerit consolidatum: ⁊ hoc cum vnguento de alnacli: et semper cum vrinauerit infirmus ablue vulnus cum aqua mellis predicta: ⁊ desuper pone vnguentum anacli donec cōsolidetur. Si vero senex fuerit infirmus propter sui superfluam siccitatem non consolidatur vulnus in perpetuum. Et propter hoc nō est perforandus nisi fuerit in articulo mortis.

¶ Cap.ij. Quod est de priuatione sensibilitatis virge.



Hec egritudo curatur, sicut curatur priuatio sensibilitatis alterius membri: et oriuntur etiam quādo ꝙ in capite virge pustule rubee que in arabico nominātur alohumbra: quibus colliriū de memirthe confert multum: ⁊ ei⁹ regimen sit lactuca decocta. Alohūbra.

¶ Capi.iij. Quod est de foraminibus que fiunt in virga.



Hec quidem passio accidit in hoc mēbro ex abundātia acutorum humorum ⁊ curatur cuz collirio de memithe: ⁊ regimē eius sit lactuca decocta.

¶ Capi.iiij. Quod est de expulsione spermatis.



Hec ꝓo egritudo euenit a dbilitate ꝟtutꝫ: sic accidit exeūtib⁹ ab egritudine ⁊ senibus sed quando corpus confortatur et vigoratur et redit perfecte in suam possibilitatem remouetur istud accidēs ⁊ continuare testiculos gallorū habet istud accidens remouere: et bibere aquam mellis confert valde. Si vero ex senectute fuerit: cura est īpossibilis: ⁊ qđ magis ꝓfert in hac passiōe si nō fuerit ex senectute sunt testiculi gallorum: ⁊ cerebra passerꝫ: ⁊ carnes pullorū: ⁊ colūborū paruorū: ⁊ accidit etiā ꝙ mēbrꝫ non

eijcit sperma sicut sagittã causa incisiõis chorde que arabice dicitur scebel:& est illa chorda iter testiculos et virgam:& hec recordat⁹ fuit. G. Et huius cura est

Gal. impossibilis. Et iterum dicit quod quando accidit tortuositas in virga non potest eijcere sperma sicut sagittã. Et hec tortuositas potest accidere aut ex vulnere quod non fuit bene cõsolidatum:aut ex apãte facto in aliqua chordarum virge:aut ex nimia siccitate alicui⁹ chorde:si autem ex siccitate fuerit:cura est impossibilis:tamen precipe infirmo vt quotidie & multotiens inungat membrum cũ oleo amigdalarum dulcium mixto cum aqua tepida:ita quod illa humiditas semper ibidem permaneat. Si vero ex apostemate duro et lapideo fuerit:fac fieri inũctionem ex oleo anetino:& pinguedine anatis:et ex medulla cruris vituli:quorũ partes sint equales:& misceãt simul:& inũgatur multotiens membrum:& videbis iuuamentum manifestissimum. Complete sunt egritudines virge. Et nunc incipiemus determinare de egritudinibus vulue.

¶ Tractatus. v. de egritudinibus vulue:& matricis & est continens capitula octo.

¶ Capitulum. j. Quod est de sterilitate propter malam complexionem.



Hoc membrum scilicet vulua ex mẽbris est multi sensus:sicut iam declaratũ est:et hoc propter exuberationem neruorumque est in ea. Et constringitur & contrahitur valde:et dilatatur; et elargatur multum:et hoc propter multas ligaturas tortuosas que sunt in ea. Et non eueniunt hec alicui membro nisi huic:et stomaco:et burse testiculorum. Et quando mulier incipit impregnari constringitur et cõtrahitur matrix: et quando fetus incipit crescere dilatatur matrix:vsqzquo deueniat ad terminum a deo sibi deputatum ex natura sui:et tũc dilatatur orificium vulue donec parturiat:quod prius erat tam strictum et obturatum qđ etiam puncta stili nõ potuisset intrasse:et cum incipit exire fetus descendit extra orificium matricis et:postea dilatatur orificiũ vulue intantum quod est exiens a natura absqz tumefactione loci et istud dicitur dolosare. Et totum hoc factum est a prouidentia diuina. ¶ Et fit sterilitas ab egritudinibus matricis: quod si fuerit a natiuitate: cura eius est impossibilis: nisi secundum voluntatem diuinam: que autẽ fit a mala qualitate seu complexione frigida vel calida siccavel humida: aut ab istis qualitatibus mixtis potest curari. ¶ Mala autem complexio calida in excessu destruit sperma: et consumit illud. ¶ Et cura eius est reducere dictam malam complexionem ad equalitatem: et hoc cum cibis et medicinis intus et extra. ¶ Mala vero complexio frigida acquiritur a balneatione:et natatione in aqua multe frigiditatis: aut a sessione super lapides multe frigiditatis: vel a comestione medicinarum frigidarũ: aut a po-

stione emplastrorũ frigidorum super ventrem appositorũ propter multam caliditatẽ que erat in eo. ¶ Et cura eius est temperare complexionem cum medicinis que habeant calefacere tẽperate. Et conferunt etiam iste medicine quando fit a senectute: vel ab acceptione ciborũ vel medicinarum frigidarũ. ¶ Medicamen conueniẽs ad hoc. ℞. olei rosacei: et anetini: et granorum de alcaurum ana. ℥. duas ꝛ aque decoctionis aristo. lon. decocte cum. ℥. vna ipsius aristo. vsq̧ ad consumptionem medietatis libram vnam et lambrucorum terrestrium. ℥. quinq̧ ꝛ misceantur omnia simul: et ponãtur ad lentum ignem: et bulliãt vsq̧ ad consumptionem aque. ¶ Et postea pro qualibet. ℥. olei ponatur exagium vnum pure ambre: et cum isto fac inungere qualibet die intus in matrice: ꝛ proijce etiam de isto per clistere vsq̧ ad profundum et da ei ad bibendum omni die de syrupo de corticibus citri cum sirupo de sticados ana. ℥. vnam cuz. ℥. quatuor aque simplicis tepide: et. ℥. vnam decoctionis centauree. Et de octo in octo dieb⁹ da ei ad bibendum. aur. ʒ. tyriace magne: et carnes eius sint turtures et passeres yrũdi ꝛ anates decocte in tassea cum pane bene fermentato. ¶ Quod si dicta mala complexio ex siccitate fuerit superflua: vnde sperma cadens in vulua vel matrice consumitur. ꝛ desiccatur tali modo quod ibi nulla generatio põt fieri. Et hoc mulieri potest accidere ex superfluo vsu siccarum medicinarum ex errore medico rum: et etiam propter importunitatem mulierum que faciunt se medicinare de eo quod nesciunt. Istis ergo stude humectare corpus totum: et matricez maxime. Et ciba eas gallinis pinguibus in lacte decoctis: et cum quibusdam etiam auibus que in arabico dicuntur scumẽ conditis cum oleo amigdalarũ dulcium loco olei oliuaruz ꝛ clisteriza matricem cuz oleo de susimãno vel amigdalarum dulciuz. Sed oleũ de susimãno nõ cõmẽdo propter quedam nocumẽta q̃ sunt in eo et sunt ista scilicet quia est grosse substantie: et propter hoc tarde facit suos motus et operationes: et est facilis corruptionis: et inducit fetorẽ in membris: et maxime in superioribus: et fac intrare mulierem in tina aque dulcis tepide in qua moretur diu: et si videretur ei graue stare totam in aqua: ad minus stet vsq̧ ad renes: ponendo in dicta aqua aliquid olei amigdalaruz dulciũ. Et si haberes oleum oliuarum dulcium sine aliqua penetratione salis confert magis propter stipticitatem modicam que est in eo. Et iam te feci scire multotiens: et adhuc idem itero tibi in hoc loco quod quodlibet mẽbrum generaliter et specialiter principale indiget confortatione cum medicinis stipticis temperate: et fac stare mulierem in domo cuius fenestre et ianue sint aperte a parte austri: et in qua discurrat aqua causa humectationis aeris: et cum ꝟult vti coitu cuz viro suo causa impregnãdi se: sit in camera cuius ianue et fenestre sint aperte a

Oleũ de susimãno

parte orientis ita vt inde ventus ille intret: et da mulieri ad bibendum de limatura eboris cũ succo pomorum: aut cum decoctione liquiritie: et vtat mulier ocio et quiete: et seruando regimen istud sicut dixi: impregnabitur deo dante. Et scias quod quando talis mulier incipit iuuentutem transire: et ad senectutẽ primã appropinquare: medicine ꝛ regimen predictum est maioris efficacie et iuuamenti propter caloris diminutionem in ipsa. Et iam ante tibi dixi quod mẽbra fortiter desiccata difficile est valde cum medicinis humectare. Et hac de causa pauca tibi hec scripsi et memoraui: et sic cõpleui curã sterilitatis que a siccitate procedit. ❡ Et nunc incipiam curam sterilitatis que fit ex superflua humiditate matricis. Et scias ꝙ humiditas sola matricis: nõ destruit impregnationem: sed illa que fluit sicut aqua. Et hec diuisa in partes duas: scilicet subtilẽ et grossam. Hee enim due exuberantes destruũt impregnationem. Et cura horum est facilis: ꝛ hoc est vt regas mulierẽ cum exiccatiuis actu et potentia: dando ei carnes assatas: et etiam in sartagine preparatas: vbi sint turtures et passeres: et fac clisterizari matricem eius cũ istis rebus ℞. spelte conquassate: ꝛ radices liliorum conquassatas: ꝛ infunde in aqua: ꝛ stent sic vsqꝫ mane et tunc pone ad lentum ignem: et fac bullire donec aqua mutet colorem: ꝛ in colatura illa pone libram. ʒ. olei de granis catapucie: et si non reperiretur de isto: pone loco eius tantum de oleo amigdalarum amararum cum ℥. j. oximellis compositi: et fac cũ istis tepidis clisterizare stante muliere supina. i. subiecta supra dorsum suum: ita quod nates et renes sint in altum: et caput et spatule sint declines: ꝛ sic stãdo retineat clistere istud per horam vnã ꝛ postea euacuet: ꝛ sic faciat omni die vsqꝫ ad octo dies: ꝛ postea fac licinium ex cotone: et desuper proĳce puluerẽ macis: non ponendo multũ de eis: quia istud membrum cum sit neruosum est multi sensus: ꝛ non posset talia sustinere. Et similiter caueas ponere de squinzibin: scilicet oximelle in quantitate multa: quia istud mẽbrũ leditur ab aceto. Et ego semper cum facio tales medicinas consueui ponere de eo in valde modica quantitate. ❡ Et si quereres a me quare stomachus sustinet acetum absqꝫ magna lesione magis quã faciat matrix: cũ sit maioris sensibilitatis: dico quod huic questiõi potest respõderi pluribus modis: vno scilicet modo propter cõsuetudinẽ: quia stomacus multum est assuetus recipere acetum. Et alia de causa est: quia epar multũ iuuat stomacum in suis operibus exercendis: et hoc est quia stomacus non digerit cibum solummodo per se: sed etiã ad vtilitatem epatis et omnium aliorum membrorum. Et discordia quidem fuit inter medicos qui fuerunt ante Gale. talis scilicet quod quidem eorum credebãt quod stomachꝰ nutritur ex humiditate propria stomachi que in ipso digeritur. Et aliĳ dicebãt quod illa humiditas non erat: nec poterat esse sufficiẽs ad nutriendum ipsum: sed nutritur

a sanguine

a sanguine que recipit a venis que veniunt ab epate ad stomacum. Et. G. affirmat et dicit: et verum est dictuz eius quod nutritur istis duabus vijs. Et sententia mea in hoc est quod quedam pars istius stomachi nutritur pro maiori parte ex propria humiditate digesta solum in ipso stomaco cũ modica quadam parte et parua sanguinis qui venit ab epate: et alia pars stomachi nutritur econtrario. Et sine dubio pars superior stomaci nutrit̃ ex humiditate propria digesta solum in stomaco cum modica et parua quantitate sanguinis qui venit ab epate. Et inferiores partes stomaci in maiori quantitate nutriuntur ex sanguine qui venit ab epate: et in minori de ꝓpria humiditate sui. Et partes medie ipsius equaliter nutriuntur ex ambabus. Et quia in stomaco sunt partes carnose: ideo meliꝰ potest sustinere acetuz quã matrix: que omnino caret carnositate: et etiam quia in fundo stomaci abũdant humores. Et ex omnibus istis causis potest leuius et melius stomacus acetũ sustinere quam matrix. Et inungevulnam exterius cum oleo rosa. et oleo de alchaoen. Et scias quod pro maiori parte ex frigiditate et humiditate hec egritudo habet prouenire: ꝛ pro minori ex caliditate et siccitate. Iam ergo videtur nobis sufficienter posuisse curas huius passionis simplicis: ex quibus scias curare compositas componẽdo medicamina prout videbitur conuenire.

¶ Capitulũ. ij. Quod est de apostemate matricis.



Et accidit qñ ꝙ vulue seu mr̃ici apostema sicut alijs membris accidere consueuit. Et hoc membrum satis preparatuz est recipere apostema: eo qḋ est in inferiori parte corporis: et cum hoc est receptaculuz superfluitatũ. Et apostemata que fiũt hic sunt vel ex sanguine: vel colera: vel ex melẽcolia: sed ex flegmate in minori parte. Et cura generalis omnibus est flebotomia basilice brachij dextri primo: ꝛ postea ex safena: et postea stude in refrenãdo et mitigando humores: ita vt non currant ad locum doloris: ꝛ subtilia ei regimen valde. Et credo quod sufficiant ei. ℥. duei panis bene fermentati vel parum plus: vel minus cũ medulla citrullorum. Et clisteriza vulnam cum oleo rosaceo. Et si cũ hoc regimine resoluitur apostema: bene quidem. Et si cõuertitur ad saniem: necesse erit tũc vt facias clistere cum aqua mellis: aut cum ipso melle: et postquam sanies bene fuerit mundificata: clisteriza vulnam cum melle mixto cum medicinis desiccatiuis habẽtibus proprietatem generandi carnem. Et in melle est virtus magna in generando carnem. ¶ Medicamen ad hoc. ℞. farine ordei et farine viccie. ana. partes equales: nucis cipressi et thuris adusti. añ. quartam partem vnius partis: que sunt conquassanda cõquassentur: et infundantur in aqua

Cura generalis.

et postea bulliant tantum vsq3 quo aqua mutet colorem et coletur staminia valde dẽsa: et misce cũ hac colatura, de melle puro et spumato quantum est medietas aque: et depuratur mel isto modo. ℞. mel et misce cum eo de aqua in bona quantitate donec ferueat: ꝛ postea remoue spumam et fac eum paulatine bulire semper remouendo spumam: postea cola et iterũ pone ad ignem: ꝛ fac bulire donec cõsumetur aqua: et de isto cũ predicta decoctione omni die fac clisteredonec fuerit liberata. Et hec cura est conueniens omnibus apostematibus fractisque fiunt ex colera mixta cum melẽcolia: aut que sunt ex melencolia mixta cum sanguine: et apostema ex melencolia in hoc loco raro euenit: et quãdo accidit nõ de leui curatur: quemadmodu3 etiam nec in alijs membris: tamen semper studiosus esse debes in mitigando dolorẽ eius: et qð magis conueniens est ad hoc est oleum rosa. cum oleo de vitellis ouorum: quod sit absq3 omni acuitateꝛ fetore. Et scias quod oleum de vitellis ouorum magnam et mirabilẽ habet proprietate3 in egritudinibus vulue: et etiam in omnibus membris magni sensus cum valido dolore et forti: et omni die clisteriza eam cum istis duobus oleis: et fac eam seruare regimẽ subtile quod tẽdat ad quanda3 humiditatem sicut est brodium galline cum pane fermẽtato in modica quantitate: non comedendo de carnibus: et tene eam cum isto regimine donec dolores fuerint alleuiati: et ipsa similiter: et postea paulatine per duc eam ad suum regimẽ assuetum: et non tradas obliuioni repercutere et obuiare ne humores possint ad locum deriuare: et locum qui ibi est tumefactus studeas dissoluere toto posse: et finis vltimus ad quem potest medicus peruenire in hoc apostemate melencolico est vt prolongetur egritudo: et iuuat cu3 hac passione mulier tẽpore longo faciendo semper suas actiones naturales.

Brodium gallie.

Cap. iij. Quod est de corrosione matricis.



Generatur quide3 hec egritudo in matrice exuberãtia humoris acuti et corrosiui: et quando fit in aliquo alio membro cum difficultate curatur: ergo cum oritur in isto multo difficilius: et iam recordatus sum quod cum essem iuuenis ad me venit quidã senex trapezator: qui dixit mihi quod quedam domina de qua multum curabat: et eam multũ diligebat hanc patiebatur egritudinem: et ego diu in curatione eius laboraui donec fui fessus: et quia eum multum diligebam: feci hoc scire patrem meum qui senex erat: et ipse me desperare fecit de hac curatione: dicens quod hec passio ad mortem deducere eam debebat naturaliter: et docuit quid ei facere deberem. Et aliquando hec egritudo in ea alleuiabatur: et interdum intendebatur: donec sanguis in quanti-

tate maxima emanauit ꝛ corrosio dilatabatur: et intantum augmentata et dilatata fuit corrosio ꝙ corrosit vnam ex magnis venis: ꝛ inde tantum sanguinis exiuit: ꝙ inde mortua fuit.

¶ Cap. iiij. Quod est de dislocatione matricis.



ET dislocatur quandoq; matrix ex superflua humiditate: ita quod erit a loco debito. Et potest etiam accidere ex saltu: vel ex casu: aut ex eleuatione magni ponderis et similibus. Et iam recordatus sum ꝙ vidi mulierem cui matrix exierat extra vuluam: ꝛ videbatur quasi esset fardellus paruus: et remansit sic tempore longo sed finem ipsius ignoraui. In principio autem quādo apparet hec egritudo: medicus leuiter eā poterit curare: et reducitur omnibus istis modis quibus dicturus sum: videlicet manu si vis: ꝛ si non: fac eam supinam iacere: et fac ꝙ aliquis sedeat super pectus suum: ꝛ alius super crura: ꝛ fac eam terrere ponēdo circa pedes eius aliqua reptilia: sicut sunt mures: vel lacerte: aut rane vel his similia: ex quibus multū terrefiat: et velit fugere ab ipsis trahendo pedes et crura ad se: et inde omnia membra et corpꝰ totum simul cōtrahantur: ꝛ hac de causa matrix intꝰ redibit ad locum suum: et cum redierit matrix fac eleuari coxas eius in altum: et ordina vt iaceat supina: et precipe ei vt non se moueat omnino aliqua de causa: etiam si vellet assellare. Et postea clisteriza eam hoc clisteri. ℞. balausti. et galle carobe recentis: ꝛ liquiricie ana partem vnam: nucis cipressi partem mediam: sticados et camomille ana quartam partem partis vnius. conquassa que sunt conquassanda: et infunde dictas medicinas per noctem vnam in aqua multum feruenti: et in mane fac bulire donec multum aqua mutet colorem: et postea coletur: et ex ista colatura accipe libram ʒ. cui misce. ℥. ʒ. olei de mirtella facti ex floribus ipsius mirte: et facto ex istis clisteri infunde cotum in istis et impone: et postea liga desuper vuluam exterius petiam lini valde densam: que sit implicata pluribus plicis: et sit madefacta in decoctione mirte et balaustiarum: ꝛ postea suauiter liga eam cum institis ante et retro: et muta eam bis in die. Sed ante ligationem pone super vuluam: et ex opposito retro super spinam de puluere subtilissimo de sticados impastato cum aqua et aceto. an. ita vt transeat de virtute eius ad matricem: et in aqua sua pone de syrupo ro. vt bulliat: et cum hoc regimine liberabitur deo dante. Si autem matrix antequā intus reducta fuerit mutauerit colorem: pone desuper cotum carminatum madefactū in oleo rosa. et oleo liliJ: quorum partes sint equales: et sint tepida ad modum lactis recenter mulcti mutando cotum sic madefactum pluries atque pluries: donec illa superfluitas et nigredo remoueatur: et demum stude in reducendo ma-

Clisteri.

Ligatio.

tricem intus: quemadmodū dixi: nihil penitus omittendo. Et recordati fuerunt quidam medici q aliquando putrefiunt ligamēta matricis omnia: et exit matrix omnino: et permanet mulier absq matrice: et viuit sine diminutione aliquarum suarū operationum. Et dixit mihi quidā amicus meus de quo et eius veritate multum confido q vidit mulierē cui omnino matrix exiuerat: et remansit viua faciendo omnes suas operationes naturales integre et perfecte: et sic esse debet absq dubio: cum non sit membrū principale: nec aliquibus membris aliquas pstet vtilitates: nec prestat aliquod iuuamentum in conseruando vitā: nec inuentum fuit ad illud. Et pro certo iuuamentum in muliere est matrix sicut membrum viri in viro: tñ testiculi sunt membrum principale: sicut declaratum est: et ex ipsis est vir: id est masculus vir diuersificatus a muliere. Sed matrix non est alterius iuuamenti nisi quia facit appetere coitum: et ad impregnationem recipiendam. Et facit crescere et tumere vbera. Et greci quādo volunt impinguare scrofas: extrahunt eis matrices. Testiculi autem mulieris minores sunt et existunt illis virorum: et testiculi virorum sunt rotundi: mulierum vero plani. Cum autem testiculi mulieris extrahuntur redditur animal incognitū: quia ex omnibus animalibus sunt masculi et femine: et cui ablati sunt testiculi non est masculus neq femina: nec pōt esse moris masculi nec femine: quare de necessitate est alius a masculo et a femina.

¶ Cap. v. Quod est de fluxu menstruorum.



Fluxus quidē menstruorum accidit mulieribus: aut per viam purgationis superfluitatum: aut a nimia subtilitate sanguinis: vel quia nimiū factus est sanguis aquosus: aut propter nimiā caliditatem igneam acquisitā in eo: vel ex apertione orificiorum venarum propter mordicationē et acuitatem sanguinis: cui antē ex subtilitate sanguinis hoc procedit: cura eius est ingrossare regimen: deinde da ei lentes decoctas: et crura et pedes hedorū ad comedendū. Illi aūt cui accidit ex acuitate et calitate ignea acquisita in sanguie ppinabis medullas citrulorum et anguriarum. Et si fuerit iuuenis et tempore estatis dabis ei cucurbitas decoctas cū carnibus arietū iuuenum. s. vnius anni. Et qñ ex apertione orificiorum venarum pcedit ex mordicatione et acuitate que est in sanguine: dabis ei ad bibendum aquam in qua cocta sint ista: scilicet liquiritie et viole et nenufar. ana. aur. ij. psilij integri octa. partem aur. vnius infunde in. xv ℔. aque vsq ad mane. Et postea fac bullire lento igne vsq ad consumptionem medietatis aque. et cola. et in hac colatura adde. ℥. sirupi ro. facti ex rosis siccis. et. ℥. ß. de sirupo dactilorum crudorum: vel loco eius de sirupo agresti: et bibat de ea ieiuno stomaco omni die.

¶ Cap. vj. Quod est de retentione menstruorum.


Etinētur quidem menstrua in mulieribus propter grossitudinez humorum: aut ꝑpter debilitatem virtutis expulsiue. Et cura ei⁹ est subtiliare regimen eius: et incidere viscositatez eius cum sirupo de yreos: et sirupo squinzibin simplici tantundem cum ter tanto de aqua. Si mulier transierit iuuentutem: aut fuerit senex: ⁊ caro ipsius fuerit dura: et humor grossus extiterit: tūc omnino indiget syrupo squinzibin cum syrupo de yreos: sicut dixim⁹. Et tu scias ꝙ medicine q̄ sunt diuretice valde habere debent odorem horribilez: et apiū: ⁊ ameos et daucus sunt conuenientia ad hoc: et feniculus etiam tantum habet de horribilitate quantuz sufficit. Complete sunt egritudines que accidunt vulue.

¶ Cap. vij. Quod est de opilatione ⁊ sigillatione que accidit collo matricis.


Oc quidem accidens aliquibus mulierib⁹ euenit a natiuitate i vtero materno: ꝙ si fuerit caro: incide cum ferro: ⁊ si fuerit os aut caro dura cicatrizata noli laborare.

¶ Cap. viij. Quod est de laniatione matricis.


Oc quidem accidens aliquib⁹ mulieribus euenit in tempore partus: aut quando violātur a virginitate. Quod si fueris a principio precipe ei mulieri vt stringat coxas suas: ⁊ possibile erit ꝙ suo ꝑprio sanguine consolidabitur. Si autem non fueris in principio: ⁊ labia vulneris fuerint consolidata incide dicta labia ex vtraq; parte cum ferro: et sue cum filo sete crude: et pone desuper cōsolidatiua ⁊ sigillatiua: sicut sunt absinthium. ⁊ anthere: ⁊ balaustie exiccate. Fiat puluis ex his subtilissimus: et sparge desuper suturam iterando pluries. Et scias quod sutura que fit ex seta cruda non corrumpitur: nec putrescit donec vulnus perfecte sit consolidatuz. ¶ Hucusq; igitur prout nobis apparet sufficiēter diximus de egritudinibus proprijs vniuscuiusq; membri. Nūc autem incipiemus determinare de egritudinibus communibus omnium membrorum: ⁊ incipiemus cum auxilio dei determinare et loqui primo de ossib⁹ que sunt columna ⁊ fundamentum omnium membrorum. Pul=uis.

¶ Tractatus sextus de egritudinibus ossium: ⁊ est continēs capitula quinq;.

¶ Cap. j. Quod est de mala complexione et fractura ossis.


Ico quidez qȯ in quolibet osse potest fieri egritudo ex mala complexione: et hoc aut propter cōiunctionem eorum adinuicem: vel propter formam eorum aut appositionem ipsorum: vel ꝑpter mensuram eorum. Et est necesse super hoc cōsiderare propriaz eorum complexionem: inquantum est masculus vel femina: et inquātum est puer iuuenis: vel

ſenex:vel decrepitus: ⁊ etiam in
quãtum eſt petrus vel ioannes.
Et ſuper hoc ſimiliter preter cõ-
ſiderationem oſſium ;debemus
conſiderare carnem et neruos:⁊
ligaturas:et arterias:et venas⁊
villos:et cutem:quoniam quan
do iſta exeunt a ſua complexio-
ne naturali trahunt ſimiliter et
alterant oſſa a ſua debita com-
plexione radicali. Et notum eſt
ꝙ oſſa cõplexionata ſunt ex vna
quatuor qualitatum ſimpliciuꝫ
aut cõpoſitarum. Ergo qñ exie-
rint a ſua debita qualitate: ſtu-
deas ad recuperationem ipſiꝰ.
Et accidit etiam oſſibus diſſolu
tio cõtinuitatis que fractura no
minatur. Iſtis igitur ſubtilia re
gimen inquãtum potes:⁊ equa
membrum fractum : reducendo
ipſum in locum ſuum propriũ.
Et illi qui ſunt ſeruitores medi-
corum. ſcꝫ cyrurgicorum aſſueti
ſunt hoc facere proprijs mani-
bus. Sed mihi impoſſibile vide
tur ꝙ aliquid boni ſciant agere:
quare eos non debes permitte-
re operari : et vide ſi membrum
leſum ſit tale quod habeat ſibi
par : ſicut ſunt brachia et crura.
Stude ergo vt reducas leſum
ad formam ſani:et ſi eſt ex mem
bris que non habent ſocietatẽ:
ſicut naſus:cogita formã ipſius
membriꝰ qualis erat in ſua ſa-
nitate:et ſtudeas vt poſſis redu
cere ad ipſam toto poſſe. Quod
Diſlo- ſi diſlocatio vel fractura in oſſi-
catio. bus magnis euenerit : fac eum
extendere ſuper diſcum ſeu ta-
bulam:cuius ſuperficies ſit ex-
tenſa et plana : poſtea extende
ambas partes membri leſi tra-
hendo fortiter cum ambabus
manibus ex vtraqꝫ parte: ita vt
elongentur partes fracte vel
diſlocate ab inuicem et poſtea
molla manus tuas ad hoc vt
nerui et ligature trahant ad ſe
membrum : et redeat ad locum
ſuum : et iunge locum leſum
cum oleo roſa. ponendo deſu-
per petiam ſubtilem:et ſuper il-
lam pone groſſiores: et demum
liga cum ſtellis faciendo liga-
turam mediocrem . videlicet nõ
multum ſtrictam:nec mollem: ⁊
ſtet ita ligatus per tres dies : et
poſtea ſolue : et liga iterum fa-
ciendo ſicut prius in omnibus:
et hoc facias donec fuerit libera
tus. Sed attende quod id quod
prius agere debes in iſtis eſt
flobotomia ex oppoſita parte
egritudinis: ⁊ ſubtilia regimen
eius:et ſufficit ei comedere pa-
nem bene fermentatum cum
pullo:non tamen vſqꝫ ad ſaturi
tatem :et hoc donec fueris cer-
tus ne locus apoſtemetur vſqꝫ
ad triginta dies : et ab inde in
antea adiuua eum cum gene-
rantibus humores viſcoſos ſu-
per fracturam oſſis cum adiu-
torio dei. Et cibaria facientia Cib
hec ſunt pedes et crura edo- ria,
rum et arietum : et continua
iunctionem : et ligationem et
diſſolutionem:ſicut dictũ eſt do
nec liberetur : et hoc fieri non
poteſt ſicut credo in ſpacio mi-
nori quam quadraginta die-
rum . Si autem membrum fra-
ctum fuerit ex mẽbris magnis:
et tu ſolus operationem dictam
non poteris exercere: habeas ſo
cium vſitatum qui adiuuet te:
trahendo tu ex vna parte: et ſo-
cius ex altera : donec labia fra-
cture elongentur ab inuicem :
et poſtea relaxentur manus :
vt nerui trahant ad ſe : et con-
iungẽtur partes ſimul:⁊ poſtea

duc manum tuam super membrum lesum palpitando superius et inferius: et ex omnibus partibus: et si inuenis ipsum bñ reductũ: et planũ: et equale bene quidem: sin autem sic ducendo manus equabis eum: et planabis: donec fuerit ad locũ debitum reductum: et partes simul optime coequate: et post inunge eum: et ligabis ponendo petias et astellas vt dictum est. Et dissolue post tres dies: et iterum liga ordinate omnia faciendo que diximus scilicet ligare et dissoluere: et inungere de tribus in tribus diebus: et hoc regimen facere debes infirmo forti: et qui sit discretus: ita vt cognoscat suum profectum: ꝛ ob hoc sustinebit dolorem. Si vero infirmus fuerit pusillanimus et debilis virtutis atq̃ timidus et indiscretus: habeas adiutores et seruitores penes te: qui sint tecum ad tenendum eum vi: ita vt cũ senserit dolorẽ non possit se vllo modo mouere nec destruere opus tuum: prospiciendo tamen ne inferas ei intensum dolorem. Si autem contusio facta fuerit in naso: necesse est vt facias ex coto filato formam nasi: ponẽdo exterius aliquid quod possit ipsam sustinere. Et extende super petiam cerotum factuz ex gũmis quod possit nasum vndiq̃ colligere ꝛ circũdare: et desup̄ pone petias plicatas pluribꝰ plicaturis donec habeant debitam grossitiẽ: que petie sic duplicate plumaceoli dicuntur. Et fac vt cõprehendant nasum ex oĩbus partibus: et fac vt inuiscetur dictũ cerotum super nasum: ponendo desuper formam coti predictam: que sit longitudine ꝛ breuitate et forma in omnibus sicut nasus patientis. Et cũ mutaueris ipsum: ablue primo nasum cum aqua mellis: et postea cerotum cum forma repone superius. Et fuerunt quidam medici qui habebãt pro impossibili curam fracture ossis coxe: sed ego vidi puerum qui liberatus fuit de passione illa: et consolidatum fuit os eius: sed non sequitur ex hoc quod quilibet sic debeat liberari: eo quod nature et complexiones ossium hominum sunt non omnes equales quoniaz puto q̃ liberatio dicti pueri fuerit ꝑpter molliciẽ ꝛ humiditatẽ sui ossis. Quare nõ sequitꝛ q̃ sic oĩbꝰ debeat euenire. Si aũt ossibꝰ superuenerit dislocatio: cura est vt facias redire mẽbrũ ad suũ formã naturalẽ ꝛ positionẽ: ꝛ hoc elõgãdo os ab osse trahẽdo fortiter: ꝛ relaxãdo manꝰ vt nerui trahãt ossa ad se: ꝛ redeãt ad suũ situ ꝛ locũ naturalẽ: ꝛ postea liga sicut superiꝰ dixi. Et subtilia regimẽ eiꝰ: ꝛ flebotoma euz si cõsenserint etas: virtꝰ: tẽpus ꝛ regio. Si non oĩa ista adiuuãt ad hoc: minue de sanguine minꝰ: ſm q̃ dicte conditiões diminuunt: ꝑut tibi videbit̃ ꝯuenire ꝛ subtilia regimẽ tpe ꝯueniẽti: ꝛ ĩgrossa ipm̃ tpe quo videbit̃ exigere. Et scias q̃ omnia ista ꝑtinẽt ad medicum nobilẽ ꝛ honoratũ: s₃ alias operationes manuũ dimitte ministris medicoꝝ: sicut est flebotomia et cauterium ꝛ incisio arteriarũ. Et adhuc nobiliora istis debent facere isti medicorum seruitores: sicut est incisio pal-

pebrarum: et eleuare venas que oriuntur in albedine oculorum: et prosternere cataractas. Omnia hec ad dictos seruitores habēt pertinere. Ad medicum autem honoratū nihil aliud pertinere dicimus: nisi vt consiliū prestet solummodo ciborū medicinarūq; īfirmi: absq; aliqua operatione manuum: quemadmodum non conuenit ei facere sirupos et electuaria suis manibus: nisi esset in magna necessitate. Et pater meus fuit ex istis qui temporib⁹ vite sue pmāsit sic sine aliqua operatione tali exercenda: quod si voluisset nihil facere sciuisset: qr non erat assuetus. Sed ego q̄uis sim in aio passibilis: amore artis: et ex delectatione quam habui in ipsa volui hoc exercere: et primo studui in adiscēdo facere syrupos et electuaria. Et volui etiam per experientiam scire operationes medicinarū: et etiam ingeniū extractionis virtutis medicinarum et compositionis vnius cum altera. Et volui sim scire loca ossium et compositionem eorum adinuicem: et omnia hec scire volui: et non solum scire: sed proprijs manibus exercere: et hoc cum appetitu maximo et desiderio: et semper secutus sum viam istam: q̄uis sit vilis et contempta apud medicum honoratum: quēadmodum laboratores terre in illo opere delectantur: et venatores in venando: et sic de alijs similibus. Quod memorat⁹ sum de his non feci causa promouēdi aliquem honoratum medicum ad exercendum predicta opera suis manibus: sed si fuerit necesse in seipso: vel i aliqua dignissima vel carissima persona: quod sciat facere et exercere: et etiam ex misericordia et pietate dei alicui pauperi: sciat facere hec vel aliqua leuia. Ea autem que sunt turpia et abhominabilia et misera: sicut est extrahere lapidem de vesica et similia: non tantum facere; verum etiam videre: non videtur conuenire honesto et puro viro. Et puto etiam quod honesto viro non liceat: nec conueniat secundum legem videre pudēda. Etiam hucusq; diximus de his q̄ accidunt ossibus de dislocatione et fractura. Nunc autem intendimus determinare de his que accidunt ossibus in seipsis.

¶ Capitulū .ij. Quod est de superadditione ossis.



Et ingrossantur quandoq; ossa in sua superficie ab humoribus mordicatiuis qui infunduntur in ipsis ossibus: aut a carne grossa q̄ transit super ipsa: vnde concauantur et corroduntur et ingrossantur. Et cura huius est reducere ossa ad naturam suam propriam: remouendo causam inducentem dicta nocumēta. Nocumentum quidem grossitudinis et concauitatis remouetur cum ferro: studendo postea cum medicinis in restaurando carnem donec consolidetur: et oritur quandoq; viscositas preter naturam super ossa que impedit conglutinationem carnis fieri super ipsa. Et cura huius est cū medicinis desiccatiuis et abstersiuis fortibus donec remoueatur dicta viscositas: et redeat mēbrum ad complexionem et na=

turam suam propriam. Et de habentibus hanc proprietatez est vt recipias mel dispumatū: et decoque cum succo foliorum persici vsq ad spissitudinem et vtere quoniam sufficiet in hoc casu. De medicinis vero q̄ habent generare carnez dicā quādo de vulneribus vniuersaliter pertractabo.

¶ Capitulum .iij. Quod est de scissura ossis in longitudine.

ET accidit quod quandoq3 in osse fit scissura in longitudine. Et cura hui⁹ est leuis: et hoc fit confortando membrum: vt non recipiat humiditates extraneas: q̄ impediunt suas operatiões naturales. Et generatur aliquando in eadez scissura caro grossa et dura: que consolidat dictam scissuram.

¶ Capitulum .iiij. Quod est de fractura ossis causa doloris.

ET fit quādoq3 qḋ in fortibus doloribus ossa frangū tur: et ego iam vidi rupta ossa exire: et hec fractura accidit causa humoris acuti in fixi in loco. Et quando videm⁹ quod hoc in ossibus accidit: qd ergo fieri debet i carne? Et pōt etiā hec fractura fieri inosse ex vapore seu vētositate inclusa in ipso osse vel in sua concauitate: nec hoc putandum est impossibile: quia videmus quod vasa terrea quando vento suspendū tur: et ad aerem: quod scinduntur ab ipsis et ad te quidē ptinet cognoscere scissuras factas ab humore vel a vento: et hoc quia quando videris carnem corrosam in circuitu ossis cum dolore forti: et cum hoc os fractum fuerit et denigratuz scias pro certo quod est ab humore mordicatiuo τ acuto forti. Stude ergo in cura huius in reducendo membrum ad suam complexionem naturalem omnib⁹ modis quibus potes. Et hoc purgando humorem peccantē cum medicinis laxatiuis: et resoluendo que sunt resoluenda cum resolutiuis: frangendo et mitigando eorum acuitates cū medicinis habentibus illā ꝓprietatem: et hec est via certa et manifesta. Ea enim que habēt purgare hunc humorem sunt purpuria: et epithimiū et aloes miscendo cum istis aliquid ex folijs colloqntide τ scamonee: τ quia he medicine de proprietate et natura sui habent corpori inducere angustiam et dolorez ideo studeas in remouendo et refrenando cum pistacijs si potes inuenire et si non: pone loco eorum sticados cuz amigdalis dulcibus mundatis: τ misce cum eis: τ da de ista medicina infirmo secundum virtutem ipsius consideratis etiam alijs cō ditiōibus quesitis. Et fac eum bibere syrupum istum qui optimus est in frangendo et remouendo acuitatem dicti humoris. ℞. iuiube que arabice dicū tur aupuep. liquiritie mundate: viole florūz nenufaris. ana. ℥. j. spice nardi: masticis ana aur. iiij. conquassa que sunt conquassanda: et infunde per diez et noctē in lib. x. aq̄ dulcis: et

Optim⁹ syrup⁹.

postea bulliant lento igne vsq ad cõsumptionem medietatis: et postea cola. Cui addes libraȝ zuccari albi: et iterũ coque vsq ad spissitudinem: ⁊ propina pa tienti omni mane de ipso. ℥. ij. vel. iiij. cuȝ triplo aque frigide: et si sitiret multum adde pl⁹ de aqua: ⁊ pone super locum cerotum nominatuȝ agrippa quod factum est cum cera et oleo rosaceo: ita quod cera madefacta sit in aqua frigida multotiens. Et postq̃ etiam resoluta fuerit cera in oleo rosaceo: iterum infundi debet ĩ aqua frigida pluries donec acquirat frigiditatẽ et humiditatem: et hoc modo mitigabitur acuitas egritudinis: et remouebuntur dolores: et siquis argueret ⁊ diceret: nõne oleum est nociuum in apostematibus colericis? dicimus quod preparatio iam dicta scilicet infusionis cere et concussionis cere in aqua dulci frigida multotiens: ⁊ postea cere cũ oleo simul: potest dictum nocumentum totaliter remouere. Et dico quod quanto frigidior fuerit aqua: tanto magis habet dictos dolores remouere. Et iam pluries probaui hoc cerotuȝ cũ est recens in combustionibus ignis: quare si confert in combustione ignis: sequitur quod longe pl⁹ debeat valere in egritudinibus calidis: et certe hoc experimentum est iustum. Et quia hoc cerotum sic est mitigatiuum vt dictum est: ideo confortando membrum habet ossa facta ex vulnere repellere.

Oleo rosato

¶ Capitulum. v. Quod est de ingrossatione ossis preter naturam.



Ingrossantur quãdoq ossa preter naturam propter grossum regimen inordinatum subito factum et non successiue. Et iam audiui dici a patre meo: quod cuidam viro vidit nasci in dorso suo os ad similitudinem vnius cornu: qđ erat minoris duriciei ossis naturalis. Et ipse pater meus purgauit humores grossos in ipso: ⁊ postea posuit medicinas exiccatiuas super os ita quod cecidit dictum os: sicut cadunt cornua cerui in vere. Et mihi etiam fuit ortum os vnum sup dorsum: magnum mihi inferẽs dolorem: et purgaui me ab humoribus grossis: et posui super ipsum resolutiua: ita quod resolutum fuit pro maiori parte: et illud modicum quod remãsit: non impediuit me in aliquo in operationib⁹ naturalib⁹ exercẽdis. Ergo vbicũq ĩueneris sic: facias sicut dixi. Et cũ purgas istos: noli ipos purgare solũ cũ ꝟtutib⁹ medicinaꝝ: sȝ cũ ipsis medicinis ꝓpriis. Et de melioribus mineris ad purgandum hos est lapis lazuli: sed in magnete est absq dubio magnum iuuamentum in hoc: sed ego ipsam non sum operatus: q: sufficit mihi lapis lazuli: ⁊ ego ꝯmẽdo opa ei⁹. Sed barburia recẽs ⁊ epithimum cretense est de melioribus medicinis ⁊ securiorib⁹ in hac passione. Elleborum autem nigrum forti⁹ est ꝑdictis: sȝ nõ ita tutum. Et cum volueris eũ opare fac cũ cautela, s. fran-

lapis lazuli

gendo eius malitiam ꝛ ſiccita-
tem. Et de pillulis que conue-
niunt in hoc caſu ſunt iſte. Re.
ſcemegbdelij polipodij ꝛ gēſcit
et oppoponacis: quoniam iſta
habent trahere humores groſ-
ſos ex iuncturis ꝛ concatenatio
nibus oſſium: ꝛ ex omnibus mē
bris remotis. Et quāuis interio
ra colloquintide ſint huius pro
prietatis: tamen eſt fortior val-
de predictis: ꝛ magis periculo-
ſa: eo quia de proprietate ꝛ na-
tura ſui habet inducere excoria
tionē in inteſtinis: ꝛ nocet epa-
ti deſtruendo eius operationē.
Et id quod habet eius acumen
remouere ꝛ malitiā eius eſt gū-
ma arabica. Sed nobiles ꝛ fa-
moſi medici qui fuerunt ante
nos preuiſi optime fuerunt de
gumma arabica in remouen-
do nocumentum colloquinti-
de ꝛ eius acumen: quātū in vna
parte: tamen non conſiderauе-
runt nocumētum ipſius in alia
ſcilicet in anguſtia quam corpo
ri preſtare cognoſcitur: et in no
cumento ipſius ad epar ꝛ cor: ꝛ
in corruptione eorum virtutū:
quoniam ad remouendum iſta
competunt aromatica et ſubti-
lia cum quadam ſtipticitate ſi-
cut eſt ſpicanardi. O quā bonū
et perfectum remedium eſt ſpi-
canardi: quia remouet nocumē
ta epatis ꝛ cordis: eorum virtu
tes confortando. Et de hoc ali-
qui predeceſſores noſtri medico
rum minime aliquid fuerūt re-
cordati: niſi ſolum ille qui prin
ceps medicorum exiſtit: qui no
bis viam preparauit in iſto ſce
mate: dicendo nobis proprieta
tem ſpice. Alij autem medici ni
hil de ipſa fuerunt locuti. Et fi-
ſtici etiam multum conferūt in
remouendo nocumentum col-
loquintide: ꝛ non ſolum ipſius:
verum etiam omnium aliarum
que corpori inferunt anguſtiā.
Sed id quod proprie habet no
cumentum ꝛ acumen colloquin
tide remouere a ſuis qualitati-
bus primis: ſunt amigdale dul
ces mundate. Et ſiccitas mala
ellebori nigri remouetur pro-
prie cum flore nenufaris: eo qđ
nenufar a ſuis qualitatibꝰ pri-
mis remouet acumen ellebori
nigri: ꝛ ſua aromaticitate tollit
anguſtiam et deſtructionē vir-
tutum: quam corpori poteſt in-
ducere ſui malicia: et hoc dimi-
nuit ſuam ſuperfluam laxatio-
nē. Et audiui a patre meo qui
dixit quod pater ſuus quando
rediuit de partibꝰ orientis ſcri
pſit vnam receptionem vniꝰ me
dicine laxatiue pro quodam re-
ge in preſentia nobilis medici:
qui nominabit auen motaraf:
qui medicus honoratus poſtq̄
aſpexit ſcriptum: et vidit quod
in illo laxatiuo poſuerat nenu-
far: miratus fuit valde: et poſt
conſiderationem et cogitatio-
nem placuit ei multum: et ga-
uiſus eſt inde commendans eū
mirabiliter de illo opere. Et hoc
ideo qꝛ medici q̄ fuerant añ eū
minime poſuerunt remediū ali
quod ad remouendū nocumen
tū et maliciam quam dicta me-
dicina. ſ. elleborus niger habet — Ellebori nigri.
epati inferre: et preſtare per cō-
ſequēs toti corpi: q̄ nō fecerūt ſic
in ſcamōea: qꝛ poſuerūt maſticē
in remouēdo violētiā et malitiā
ſcamonee: ꝛ hoc faciunt mitigā
do et refrenando anguſtiam: et
cōfortādo virtutes. Si diminu-
ti ſuerūt in hoc. ſ. quia nō poſue
rūt aliquid ad remouēdū eiꝰ . ca

liditatē ⁊ ſiccitatem:tamen par cendum eſt eis de hoc defectu: quia parum ponitur de ſcamonea in medicinis laxatiuis. Sȝ de hoc ſunt medici reprehendē di:qui non ponunt remedia: et que habent anguſtiam medici narum remouere. Ego autem ſum certus quod aliqui qui legent hunc meum librum:ſiue ſi viuus ſim ſeu mortuus conabūtur me reprehendere in his. Quibus taliter dico. vcȝ quod fiāt due medicine:vna ſm meā voluntatem:⁊ alia ſecundū ſuā ⁊ videatur que illarū meli⁹ poterit remouere anguſtiam ⁊ nocumenta epatis ⁊ diſſinteriam: ⁊ que peius: quoniā volo ⁊ deſidero quod experientia me iuuare debeat ⁊ ſaluare vl' dānare tā in vita quam in morte:⁊ nō ſolū in his: verum etiam in omnib⁹ que dixi i iſto libro:quia nō dubito quin multi ſophyſte multa poſſint arguere:⁊ ſua ſophyſmata facere. Sed ego dico quod experimentum ſemper eſt libra et ſtatera iuſta ⁊ equalis: quāuis ſim certus quod multi ſophyſte multa poſſint dicere ſophyſmata erronea: que veriſimilia eſſe videntur: cum ſint falſa: et hoc ad dialecticos et logicos ſolum habet pertinere: et nullo modo ad medicū. Et qui talia inquirere ⁊ perſcrutari voluerit ſemper errabit. Quare dico quod experimentum ſemper poterit verum a falſo diſtinguere ⁊ ſeparare. ¶ Completus eſt hic tractatus oſſium. Et nunc incipiem⁹ determinare de egritudinibus que ſunt vl'es toti corpori factis ex vno humore ſolo.

Statera iuſta.

¶ Tractatus. vij. ⁊ eſt continēs capitula triginta ⁊ ſeptem.

¶ Capitulū. j. Quod eſt de egritudinibus vl'ibus que fiunt in carne et cuti totius corporis ſicut ſunt veſice: prurit⁹ ⁊ huiuſmodi.



Hec quidem egritudines ſcilicet veſice et prurit⁹ ɔueiūt i materia ſūt eñ ex eodē humore:⁊ differunt ſolū in loco: quia veſice oriūtur ſub cuti:pruritus vero fit in exteriori parte cutis:vel ſub cortice exteriori:⁊ hoc fit quando tales humores acuti ⁊ aduſti ⁊ mordicatiui in corpore generātur: quia abhominabiles ⁊ odioſi nature exiſtūt: quare ab ipſa exteri⁹ expelluntur. ¶ Et eſt etiaȝ alia differentia inter veſicas ⁊ pruritus ⁊ eſt hic ſcilicet quod veſice ſūt ex humore groſſo ⁊ viſcoſo: pruritus autem ex humore ſubtili ⁊ acuto generatur. Et he quidem paſſiones variantur ſimiliter in ſuis formis ⁊ humorib⁹. Et ſcias iterū quod ex tali materia poſſunt fieri apoſtemata calida:⁊ gutta rubea ⁊ apata q̄ noīatur formice:⁊ p̄t ēt accidere inflatio toti⁹ corporis: ⁊ etiā dura apata: q̄ egritudines omnes ab inuicem diuerſificātur:⁊ cognoſcuntur ex ſuis proprijs formis et accidentibus: quem admodum cognoſcere debes carbunculos et cancros peſſimos corroſiuos. Et ſubtilit' attendere debes in vnaquaqȝ iſtarum egritudinū:ex quo humore quelibet generetur: ⁊ vtrum ex ſimplici vel compoſito: quo=

niam si generata fuerit ex sim-
plici: forma erit simplex: et si ex
composito: forma composita ap
parebit: & secũdum compositio-
nem humoris dictarum passio-
num & apostematũ: forme ipsa-
rum simpliciter variantur.
¶ Cura autem dictarum passio
nũ est euacuare humorem pec-
cantem si est simplex & vnus: & si
est compositus simplr purga-
re debes secundum sui compo-
sitionẽ: & minue etiam si tibi vi-
debitur conuenire: & studeas cũ
hoc refrenare & mitigare locum
si est prope vel supra aliquod
membrum principale: quoniã
si ibi colligeretur materia: et si
ibidẽ apostema aperiret: pos-
set illi membro non modicum
inducere nocumentum. Et at-
tende cum tu vis mitigare vel
repercutere in tali casu vt non
facias absq; aliquo resolutiuo:
eo quod repercussiua inquan-
tum sunt talia habent augmen
tare frigiditatem in loco illo: et
frigiditas est ad vltimum cau-
sa augmentationis doloris: & si
non augmentat non habet vl-
timo remouere: quare consulo
resolutiua apponere cum reper
cussiuis et narcoticis ad remo-
nendum dolorem: & hoc inten-
dere debemus sicut dicit Gal.
quia vbi est dolor ibi & humo-
res habent decursum: & ponen-
do resolutiua cũ repercussiuis &
narcoticis: tunc habebunt nar-
cotica effectum perfectum cum
adiutorio dei. ¶ Receptio con-
ueniẽs ad hoc. ℞. rosarum & fa-
rine ordei & fabarum & sandali.
ana. ℥. j. florum camõille & narci
sci. ana. aur. iiij. seis lini & altee
& croci. ana. aur. v. pistentur om
nia: tamen quelibet per se: & mi-
sceantur cum aqua ro. cui deci-
ma pars aceti sit ammixtum: et
empletur locus cum ipsis: & si
humor fuerit subtilis valde sub
trahe acetum: & si fuerit grossus
adde plus de aceto: & quia supe
rius docui sufficienter quomo-
do & qualiter debes subtiliare re
gimen in talibus: & qualiter et
cum quibus medicinis debes
purgare vnumquemq; humo-
rem: ideo ad presens hic pone-
re pretermitto. Cũ autem apã
fuerit digestum & maturum: tũc
indiget apertione cum ferro frigi
do vel tpato aut cũ medicinis
acutis. Cum autem in apãte sa
nies incipit colligi & apparere:
tũc iste attentus solũmõ in ma
turando ipsum. Que autem ha
bent maturare sunt ista: scilicet
faria tritici & tursi caulium elix
ti: quorum partes sint equales:
stercoris columbini sicci quarta
pars: pistentur quelibet per se: &
incorporentur simul cum deco-
ctione crurium & pedum arietũ
vel cum butiro veteri. Si vero
patiens fortis fuerit & brunus:
loco farie dicte pone panẽ recẽ-
tẽ de frumẽto: & si fuerit infans
paruulus tempera dcãs medici-
nas cum iure crurium ouium: &
si fuerit iuuenis incorpora cum
butiro recenti. Cum autem fue
rit apã digestum et maturum:
aperi ipsum in loco ipsius decli
ui: vt facilius sanies inferius de-
scendere & exire possit: & hoc fa-
cias cũ ferro vel cũ medicinis.
¶ Receptio apta & conueniens Alia rece-
ad aperiẽdum apãta. ℞. sterco ptio.
ris colũbini et farie tritici ana.
partes equales pistentur & in-
corporentur cum butiro: & hoc
si fuerit puer paucorum anno-
rum: & pone super apostemata

ad quantitatem vnius denarij grossi: et desuper pone folia blete: et aperietur cum ista deo dante. Si vero patiens fuerit dure complexionis: aut senex: sic incorpora cum sapone: et desuper pone ad quantitatem vnius denarij grossi donec aperiatur: et si fuerit infans de lacte: incorpora cum oleo de sciscimano vel amigdalarum dulcium et superpone vt dictum est. Si autem fuerit iuuenis: incorpora dictum medicamen cum butiro decocto: et cum fuerit apertum: ablue vulnus cum aqua mellis in qua decocta sit herba que dicitur viccia vel legumen: et datur de ipsa ad comedendum bobus et equis: et decoquatur aqua illa decoctionis viccie cum melle tandiu donec deueniat ad spissitudinem mellis et in illa intingatur tenta et ponatur in vulnere: et hoc fieri debet bis in die: donec vulnus fuerit optime mundificatum: et deinde intingatur tenta cum vnguento anacli: scilicet de palma: et mittatur in vulnere donec fuerit liberatus. Et hec cura conuenit illis quibus etas et complexio fuerit temperata. Sed illi cui etas fuerit senectutis: vel complexio eius sicca valde extiterit: pone cum viccia ad buliendum in aqua de radice liquiritie: et de succo blete: demum illam decoctionem bullias cum melle vsque ad spissitudinem: et in illam intinge tentam vt dictum est: et cum madefacta fuerit tenta in illo liquore: sparge desuper aliquid de thure adusto. Si vero fuerit puer et mollis complexionis: sufficit aqua dulcis decocta cum melle vsque ad spissitudinem intringendo in illa tenta: et pone ipsam ad profundum apostematis. Si autem complexio eius fuerit temperata et equalis: precipue vt ponatur tantum: tenta seu tasta intincta in vnguento alnachi.i. de palma: et alia die madefacta in aqua decoctionis viccie decocta cum melle vsque ad spissitudinem. Si vero fuerit patiens in senio constitutus: vel dure carnis valde: pone desuper tentam intinctam cum alnachi: aliquid de vitriolo puluerizato: quod si fuerit mollis complexionis in illa etate: sufficiet vnguentum alnachi. Sed in vesicis illis que arabice nominantur demonis: oportet vt sollicite attendas quis humor est ille qui dominatur: quoniam si fuerit sanguis sufficit tibi minutio seu flebotomia. Si autem fuerit colera: purga eum cum sero caprino coagulato cum lacte fici: ponendo in vnaquaque libra ipsius quartam partem auree. vnius de scamonea que arabice dicitur machamuda: et ℥.j. syrupi de mastice, regendo infirmum ista medicina: quemadmodum dicimus et alijs medicinis laxatiuis et ciba cum pane bene fermentato: et cum lactucis decoctis cum pauco aceto et oleo de oliuis. Et si vis ponere aliquid cum ipsis de carne hedi vel pulli facere potes. Si vero tibi notum fuerit quod dictus humor fuerit melancolicus omnibus modis studeas ad expellendum ipsum cum medicinis que habent illum humorem educere: et iam superius docui quod medicine que habent dictum humorem euacuare et purgare: sunt sicut barburia et epithimum et ellebo

rus niger. et lapis lazuli: et feci te scire etiam quod medicine que sunt ex mineris: fortiores sunt valde illis que sunt ex vegetabilibus: et commendaui tibi similiter lapidem lazuli in hoc casu reprehendendo adamantem. s. calamitam propter ipsius violentiam: et sit cura tua secundum quod cognoueris de grossitudine humoris: quoniam si fuerit grossus valde: propina ei dictas medicinas cum tota sua substantia: frangendo eorum angustiam et violentiam: et que hoc habent facere iam scripsi tibi alias. Si autem dictus humor fuerit non multum grossus: sufficiet dare solam aquam calidam in qua dicte medicine fuerint infuse per noctem vnam et diem et colatam: et de illa dare paulatine prout tibi videbitur conuenire: consideratis et conseruatis conditionibus notis que sunt hec scilicet tempora: anni: complexio: etas: virtus: regio et consuetudo: et misce cum dictis medicinis aliquid de delectabilibus et amicabilibus nature: sicut est mel quod est delectabile nature et sapidum lingue: et amicum epati: et est cibus et medicina: et his rationibus et causis ponitur in medicinis: quia medicine mutant et alterant corpus: quare natura eas abhorret: et delectatur in rebus que mutantur et alienantur ab ipsa natura leuiter: sicut est panis et caro: et mel etiam quoniam mel non alterat et immutat corpus sicut facit piper et cucurbita: et psillium et his similia: et quia mel delectabile est nature: propter hoc ab ipsis ponitur in medicinis laxatiuis: et in alijs que non sunt laxatiue. Et si non reperiretur mel pone loco eius aliquod dulce sicut est zuccarum quod est amicum stomaci et pulmonis: et vesice: et est melius melle. et. G. nominauit ipsum scilicet zuccarum mel. Sed in egritudinibus in quibus colera superabundat valde caue ne des dulcia: et sufficiet sirupus de mastice sicut dixi superius. ¶ Receptio conueniens huic passioni. ℞. barburie recentis epithimi liquiritie: passularum enucleatarum: violarum an. ℥. j. lapidis lazuli quarta pars ʒ. j. elebori nigri et foliorum colloquintide ana aur. iij. que sunt conquassanda conquassa: et que sunt pistanda pistentur: et infundantur per noctem vnam in feruenti aqua: et postea manibus fricentur et stringantur et colentur fortiter exprimendo: et in. ℥. viij. istius aque pone de sirupo masticino et nenufaris et pomorum ana. ℥. ij. et de scamonea octauam partem aur. vnius. et propina ei ad bibendum. Si vero sufficienter non purgaretur adde de dicta aqua. ʒ. vnam. et. ß. cum. ℥. ß. dictorum sirupor: regendo eum sicut dictum est in alijs laxatiuis. Si vero dictus humor fuerit grossus in vltima grossitie: non sufficiet dare infusionem dictarum medicinarum solam immo conuenit exhibere medicinas cum sua totalitate. ¶ Receptio apta ad hoc. ℞. lapidis lazuli: barburie: et epithimi: et succi liquiritie ana aur. duos ellebori nigri et amigdalarum excorticatarum ana aure. j. et. ß. bdellij et sticados

ana partes tres auī.j. foliorum colloquintide quartam partem auī.j:pistentur omnia ꝛ incidā tur folia colloquitide:et misceā tur cuꝫ amigdalis excorticatis pistatis:ꝛ cum quarta parte gū me arabice que arabice dicitur cathira: madefaciendo omnia predicta cum oleo rosaceo ꝛ cuꝫ sirupo squinzabin: et cum sirupo liquiritie simul mixtis i formando magdaleonem: et recipiantur de isto auī.v.cuꝫ aqua calida postquā cognoueris pacientis virtutem esse sufficientem. Et si nō plenarie purgaretur dabis ei de eodem medicamine auī.j.et cum fuerit purgatus perfecte cibabis eum cū gallina decocta in tassea vel carne hedi. Et quāuis superius dixerim quod iste humor ꝑpter sui grossitudinem acuitatem ꝛ malitiā non sit purgandus in vna vice:adhuc tibi reitero quod est educendus in pluribus vicibꝰ: ponendo spatium inter vnam purgationem ꝛ aliaꝫ ad minus tot dies quot sellas assellauit infirmus. Si autem dictus humor grossus fuerit vehementer quasi in grossitie vltima:et non fueris certus quod sit melencolicus omnino dabis de hoc suprapredicto medicamine cum substantia sicut dictum est:addendo de cartamo: et semine vrtice quantum scriptum est de barbaria. Cognoscendo certissime qđ flegma quando in vltima grossitie reperitur sequitur vestigiū melencolie:ꝛ regitur illo modo. ¶Si vero dicta passio fuerit ex aliis speciebus flegmatis que non fuerit in tanta grossitie: purgabis eum cum cartamo et semine vrtiec et his similibus. Et si patiens fuerit multum flegmaticus adde aliquid de colloquitida. ¶Receptio apta ad hec. ℞.seminis cartami ꝛ vrtice anā.auī.x.violarū et liquiritie ana auī.v.thumei.auī.ij.ysopi auī.medium cōquassentur omnia et infundantur per noctem vnam in aqua feruenti valde ꝛ colentur fricando et fortiter exprimendo:et de ista colatura recipiantur.℥.v.ꝛ sirupi masticis et squinzabin.ana.ʒ.j.et grana ordei.ij.de tarasca excorticata ꝛ pistata:quod si non sufficienter purgauerit: adde de dicta infusione.℥.mediam cum vncia media de dictis sirupis: et regatur sicut dictum est in aliis laxatiuis.

¶Cap.ij. Quod est de pruritu in particulari.



In pruritu necesse est,tibi vt prouideas si causa sit colerica: quod si fuerit sufficit purgatio cum sero caprino:et si manifestum tibi fuerit quod sit ex acuitate sanguinis:fac minutionē:ꝛ regimē eiꝰ sit lactuca decocta cum aceto et oleo aut caro hedi. Sed dico ꝙ caro galline lōge est melior in hoc casu carne hedi. Quod si scieris certissime quod dicta passio procedat ab humore adusto et illud quidem pro certo scitur quando locus in quo fuit reliquitꝰ vestigium nigrum. Et hoc scies etiam ex aliis accidentibus: videlicet vtrum cito digeratur vel non:et ex forti vel non forti mordicatione et acuitate:ꝛ etiam si in gratando vel fricando magnā sentit delectationeꝫ vel non. Quod si magnam sentit delectationē

tit delectationem peior est omi-
bus in inquietudine et tedio:
quia est ex colera. Et pruritꝰ qui
citius digeritur est ex sangui-
ne: et maiorem in corpore oppri
met locum. Et qui fit ex humo-
re adusto difficilius digeritur
aliis humoribus. Sed si dictus
humor fuerit ex melencolia: pro
pina ei ad bibendum ius galli
veteris conquassando ossa eius
et frangẽdo ipsa ante decoctio-
nem: et pone tertiã partem põ-
deris ipsius galli de barburia
recenti: et coquantur simul tã-
diu donec dissoluãtur ossa et ca
ro: et postea frica manibus ⁊ co
letur fortiter exprimendo: et de
isto iure da ei ad bibendum. ℥.
vi. Et cum fuerit purgatus re-
ge eum sicut dictum est in aliis
laxatiuis. Quod si fuerit dicta
passio ex hũore flegmatico gros
so valde: et hoc scies quia sca-
bies erit maior: dabis etiam ei
de isto iure sicut dictum est. Si
autem pruritus dictus subtilis
⁊ siccus fuerit: sufficit ei regimẽ
ordinatuȝ: sicut est dare ei lactu
cas decoctas cum aceto: et car-
nes hedorum et gallinarum: et
similium: et inunge euȝ cũ oleo
rosaceo ponendo in vnaquaqꝫ.
℥. olei rosacei aur. j. de alkitram
subtili.

¶ Cap. iij. Quod est de variolis
et morbillis.

Et accidunt quideȝ in
hominibus variole ⁊
morbilli ita generali-
ter quod pauci vł nul
li reperiuntur quibus non eue
niant et materia harum passio
num est sanguis corruptus et
malus menstrualis ex quo em-
brio in vtero matris per vmbi-
licum nutritur ⁊ augmentatur.
Cum autem post natiuitatẽ na
tus incipit inualescere et fortifi
cari natura confortata expel-
lit hunc humorem malum ⁊ cor
ruptum ad exteriora: ⁊ cum mo
uetur natura: ad hanc expulsio
nem faciendã excitatur pro ma
iori parte febris valida: et ali-
quando cum ea fit alienatio: et
differentia que est inter vario- | Vario
las et morbillos est quia vario- | las.
le generãtur ex humore magis | Mor-
grosso: et morbilli ex subtili ⁊ sic | billos.
co procreant: et prohibitũ a me
dicis est dare in morbillis me-
dicinam laxatiuaȝ ne humores
inficiantur et ad venenositateȝ
conuertantur: et prohibent etiã
dare carnes et alia cibaria his
similia. Sed precipiunt in hac
passione dare lẽtes decoctas in
aceto tantummodo. Ego vero
bene consentio cum his etiã la
ctucas decoctas cũ aceto: ⁊ me-
dullas citruli et angurie: et ad
bibẽdum aquam ordei ⁊ angu-
rie: et etiaȝ in cibo da eis cucur
bitam valde coctam: et cum sim
assuetus sic agere possum me
multum collandare: et nunquã
volui dare istis sirupos aliqs
dulces ne augurio timẽdo pro-
pter dulcedinem ne conuertan
tur ad colerã. Et scias quod va
riole frequẽter accidunt in ocu
lis: et sunt causa perditionis vi
sus: quare a principio studere
debes proiicere in oculis eoruȝ
aquam rosa. in cuius. ℥. ij. sit in
fusum aur. ij. sumathiorum: ⁊ di
stillabis ex ipsa in oculis pluri-
bus vicibus in die: et euadet: et
preseruabitur ab illo periculo ⁊
nocumento cum adiutorio dei
et pauci sunt qui perfecte sciãt
regere hos patientes: quoniam
dant eis dulcia: et illud quod

cogitant stulti vulgares: scilicet quod quando consulũt dare in morbilis et variolis mel et pisces salsos pro salute eorum: dico quod est mirabile valde q̄d non moriuntur. Sed generaliter dico quod qui recipiunt cõsilium ab istis vulgaribus stultis et euadunt a morte: pro certo hoc non est nisi quia nõdum venit hora ⁊ terminus sui finis quoniam pro angustia et labore et augmentatione et fortitudine egritudinis absq̧ dubio perire deberent. Ego fui vnus ex illis qui cecidi in illo errore: quia cum essem paruus habui variolas: et pater meus nõ erat mecum: et consilio quorundam cepi mel: et ex illa angustia ⁊ labore et fortitudine egritudinis quam habui mirum fuit quod euasi: sed semper in toto tempore vite mee fui memoratus de melle: et omnino cauendum est ne vngantur cum narcoticis aliquibus. Sed est optimũ inungere eos cum medulla ossium boum vel ceruorum. Causa autem et materia morbillorum est humor calidus ⁊ siccus procreatus a sanguine menstruali in vtero matris ex quo nutrit̃ embrio: quare elongandi sunt omnino tales ab omnibus dulcibus: et ab omnibus speciebus carnium: sed regendi sunt in omnibus: sicut habentes variolas: et inungantur tantũmodo qui indigẽt vnctione cũ medullis predictis.

Magnum periculum.

¶ Capitulũ quartũ. Q̄d est de morfea alba q̄ non rubescit propter fricationem nec aliqua alia causa.



Et oritur in capite aliquãdo morfea alba lucida q̄ tũ fricatur non rubescit: et si vlceratur non eijcit sanguinem: et causa huius est debilitas virtutis mutatiue epatis ex qua corrumpitur mutatio in alijs membris illa de causa: et potest etiam accidere hec passio ex frequenti et forti ⁊ inordinato motu alicuius de loco ad locum: et hec species cum accidit est incurabilis.

¶ Capitulum quintum. Quod est de morfea alba que rubescit ex fricatione.



Et hec est alia species morfee albe que generatur ex debilitate virtutis mutatiue mẽbrorũ corporis: q̄m q̄n nutrimentũ aduenit eis nõ sunt sufficiẽtia p̄mutare ip̄m in colore debito sicut decet. Et cura hui⁹ est calefacere mẽbra fricãdo ipsa fricatõe forti: ⁊ inũgere ea simul cũ vnctionib⁹ calidis ⁊ incisiuis: ⁊ aperitiuis: ⁊ summa intẽtio tua sit in cõfortãdo epar cũ reb⁹ aromaticis cõfortãtib⁹ ipsum et cum aperitiuis habẽtibus aliquãtulam amaritudinẽ et vtatur patiẽs his que habẽt epar impinguare: ⁊ que habent digestiuam confortare. ¶ Receptio ad hoc. ℞. yreos radicis feniculi: masticis spice: squinanti asari ana. aur̃. iij. liquiritie mũdate ad pondus omnium: que sunt conquassanda conquassentur: et infundantur in quarta parte vnius quintarij aque dulcis per noctem vnã: ⁊ mane bulliant̃ lento igne vsq̧ ad cõsum-

Cu[ra]

Re[ce]pti[o]

ptionem medietatis ⁊ colentur: et in colatura illa pone syrupū de citris: ⁊ syrupum feniculi: et malorum granatorum ana. lib. ij. ⁊ bulliantur simul vsq; ad cōsumptionem decoctionis: ⁊ ppina ei omni mane de isto syrupo ℥. ij. cum. ℥. v. aque. Et cū auf. iiij. zuccari ro. et pone super locum morfee hoc emplastrū. ℞. rubee tinctoris: farine lupinorū ana. partem vnā: centauree minoris partem mediam. seminis lini octauam partis vnius: pistetur quelibet res per se: ⁊ incorporentur simul cum aceto: et pone super locum morfee cū folijs vitis recentis vel similium: ⁊ cū exiccatur muta illum et si fuerit delicatus pone medietatem aque et medietatem aceti. Et regimen eius sint turtures preparate et valde decocte in tassea: ⁊ aues pue nemoris ⁊ pulli ⁊ pulle assati.

Im-la-rū.

¶Capi. vj. Quod est de morfea nigra.

Morfea quidē nigra est macula nigra congregata in cuti corporis. Et causa huius est humor adustus inuiscatus ⁊ retentus in membris: qui quidem a natura extra pulsus est per sudorem: et accidit etiam hec egritudo quando aliquis balneatur ⁊ non fricatur cutis eius exterius cum aliquibus abstersiuis et mundificatiuis: sicut sunt ista: pulpa melonum: aut eorum semina: vel mel: aut zuccharum vel eorum similium: et cum retinetur hec superfluitas in cuti vel sub cuti generat morfea nigra. Et curatur hec passio cum emplastro dicto in morfea alba et cum regimine in eadē dicto: et cibentur cum pullis preparatis in tassea: quoniam est cibus commendatus in eis: et turtures: et carnes hedi etiam cōpetunt in hac egritudine. Et oleū istorum sit oleum amigdalarū dulcium: ⁊ aues parue nemoris sunt conuenientes etiam: et abstineat se omnino ab oliuis et caulibus: et ab omnibus generantibus melencoliam: et in summa dico quod sit contentus cibis predictis ⁊ similibus illis.

nra.

¶Cap. vij. Quod est de granulis paruis que accidunt in corpore toto.

Et generantur aliquādo in corpore hominis granula parua multa rubei coloris que arabice dicuntur alchalā. Et exeūt hec granula ex orificijs venarū capilarium: et causa horum est exuberantia sanguinis acuti q̄ erit ex orificijs paruarum venarum et subtilium et adheret ibi: et scias quod quilibet sanguis cum exit ex sua vena mutat colorem et denigratur: et hoc plurimum accidit ex negligentia minutionis. Quare in cura incipiendum est a minutione dextri brachij trahendo de sanguine secundum quod tibi videbitur conuenire: quoniam conuenit etiam acuitati sanguinis. et fac ei hunc sirupum ad rectificandum suam complexionem Sirrupus. ℞. liquiritie et iuiube. an̄. ℥. iiij. capillorum veneris ⁊ semina cucurbite et angurie. ana. ℥. ij. violarum et sebesten. ana. ℥. j. conquassa que sunt cōquassanda et infunde etiam in. xxiiij. libras aque per noctem vnam: ⁊ in mane bulliāt lento igne vsq; ad cō-

sumptionem medietatis et colentur: et in illa colatura ponantur .x. lib. zuccari et mellis et tamarindorum. añ. lib. 5. aque rosacee lib. j. ⁊ bulliant iterum vsqꝫ ad decoctionem sirupi: ⁊ de isto sirupo propinētur patienti omni mane. ʒ. ij. cum. ʒ. vj. aque. Et regimen eius sit panis bene fermentatus cum gallina decocta cum cucurbitis vel portulacis.

¶ Cap. viij. Quod est de vesicis duris que arabice dicūtur alcella idest petrose.

ET oriuntur aliquādo in corpore vesice dure que generantur ex humore flegmatico frigido et grosso valde: et ideo sunt absqꝫ dolore et sanie: parue quidem sunt lenioris curatiōis magnis. Et cura haruꝫ est subtiliare regimen valde: et dare ei sirupum incisiuum et subtiliatiuuꝫ flegmatis et aperitiuum oppilationis sicut est sirupus squinzabin compositū de melle: ⁊ postea euacua corpus cū medicinis trahentib9 illum humorem: desuper pone emplastrum factum ex armoniaco et aceto. Quod si dicte vesice fuerint magne: cura erit difficilis valde: et possent in tali loco superuenire quod non possunt cuꝫ operatione manuū eradicari. quod si sunt in loco apto et conuenienti ad eradicādum: consuetudo magistrorum est scindere cutim et ipsas extra euellere et extirpare. Et est possibile quod he vesice primo oriuntur parue: demum procedente tempore crescunt et augmentātur valde: et nutriuntur ex nutrimento aduenienti eis sibi apto et simili: et specialiter quādo infirmus comedit pisces et panem azimum ⁊ frigidum lac et horum simile: quoniam talia cibaria procreant istam passionem et expertus sum in paruis ponere emplastrum de narcis. i. de narancis pistatis et malaxatis cuꝫ aqua: quia optime remouentur in eo. ⁊ ꝓbaui etiam dare omni die aur. j. ieiuno stomaco de medulla seminum ei9 ad comedendum quod liberantur inde: et confert etiam emplastrare ipsas cum charsicasiua: idest panicald. Et aliquando he vesice generātur in iuncturis ⁊ sunt absqꝫ punctione: que ab antiq̄s nominantur pustule iuncturarum: et fiunt ex humore grosso inuiscato in locis illis: qui a frigore exteriori indurantur. Et q̄ꝫnis a medicis nostris plura medicamina sint rememorata. Ego tamen magis comendo ceteris medicaminibus semina dicta ꝺ nargis comesta ⁊ emplastrata.

Cura difficilis.

Em pla stri

¶ Cap. ix. Quod est de verucis ⁊ poris.

ET generantur aliquando in corpore veruce seu pori quorum species sunt multe: quia ex eis sunt q̄ fiunt ex sanguine grosso: et sunt de genere granulorum paruoruꝫ que arabice dicuntur alchalim: ⁊ de eis parum superius fecimus mentionem. Et cura eadem existit: et alique sunt sicce valde: et eminent exterius multum: et iste generātur ex flegmate grossissimo terrestri et frigido: et cura harum est specialiter purgare illum humorem. ¶ Et hoc optime fit cum isto medicamine. ℞. aloes. agari. barburie. i. polipodij recentis: medulle car-

Me cam

thami: seminis urtice. succi liquiricie. interioris colloqntide. añ. pondus granorum ordei. ij. succi cucumeris asinini vel succi foliorum eius pondus grani vni⁹ et dimidij ordei: pistentur queli bet per se preter colloquintidã: que incidenda est cum forficib⁹ minutim: et incorpora simul omnis cum oleo de sereg: & cũ auṝ. ſ. grani fisticorum vel amigdalarum dulcium: et tantundem de gumma arabica: et confice totũ simul cũ syrupo de squinzabin: et propina infirmo de ista confectione pondus. iiij. auṝ. post custodiam ipsius aliquorum dierum: et si non purgaretur sufficienter: adde aliquid de residuo cum aqua calida: regendo eum sicut in alijs laxatiuis: & hoc medicamen confert regendo eũ cũ regimine ordinato. s. cum pane bene fermentato et pullis et gallinis in tassea: et pone super verrucas aliquid de carobis humidis pistatis donec cadant: et de eis etiam que faciunt eas cadere est oleum quod remanet seu quod eliquatur a caseo veteri et antiquo retento in vegetibus. istud enim desiccat eas absq; dubio: et facit eas citissime cadere: et hoc etiam facit oleum de frumento: et oleum lupinorum similiter. Et est adhuc alia species pororum qui profundati sunt in carne multum. et eminent etiam exterius et nominãtur pori profundati. Et cura est eadem predictorum: scilicet cum regimine et purgatione: sz indigent cum hoc eradicatione cum manu.

¶ Capitulum. x. Quod est de tineositate.



Hec quidez passio generatur in corpe ex humore sicco & grosso sicut fiunt pori & veruce: preter quod siccitas huius humoris non est tanta quanta est siccitas que facit poros. Et cõfert valde in hac egritudine laxatiuum nominatum in poris: et pone desup habalzabar malaxatum cũ aqua: & curatur inde. Et confert etiam inunctio cum oleo de frumento vel cum aliquo ex alijs dictis in verucis. ¶ Et dicitur quod hec egritudo etiam generatur ex comestione lacertarum: & tunc cõfert valde sumere de tyriaca magna a quarta pte auṝ. j. vsq; ad auṝ. ſ. ieiuno stomaco cuz aqua tepida: et non comedat postea vsq; quo transeant hore. viij.

¶ Et ꝓprietas lacerte est quod si quis comederit eam vel biberit ex aqua in qua fuerit mortua magnum corpori infert nocumentum. ¶ Et mihi cum essem in marestrañ. i. in hospitali accidit hoc. s. quod in aqua quam bibebam percipiebam horribilem odorem: & omni die mihi videbatur multiplicari: quare ordinaui et feci hominem intrare puteum ad videndum ꝗd hoc esse posset: credens quod aliqua reptilia intus cecidissent et ille quesitor inuenit lacertas multas mortuas: pars quarum erat dissoluta & pars non. vñ timens ne inde possem habere nocumẽtum: incepi bibere de tyriaca: et recepi de ea pluribus vicibus: et sic euasi a nocumento gratia dei. Et post longum tempus orta fuit mihi pustula ad modum granule super punctam nasi. Pustule.

¶ Et ego desuper posui de tyria

ta: eo qr cognoui quod illd erat ex humore venenoso a natura expulso: qui quidem humor generatus fuit ab aqua lacertarū predicta.

¶ Cap. xi. Qd est de corruptione ꝛ excoriatione cutis.

Corrū aliquando hec passio i corpore: et hec fit ex abundantia humoris melencolici mali multiplicati in corpore: qui a natura exteri⁹ expellitur ad cutem: quare virtus nutritiua cutis ex toto corrumpitur: et ideo non nutritur: et cum natura conetur ipsum exterius expellere ꝛ non potest: excoriatur cutis ꝛ depilatur: et hic humor est malus valde: sed tn̄ est pro bono: quia exteri⁹ est expulsus. Et cura huius est mundare corpus ab isto humore malo melencolico cum rebus p̄scriptis que habent istū humorez educere. s. cū barburia epithimo lapide lazuli elleboro nigro ꝛ similib⁹ ꝛ de. v. in. v. diebus da ei aur̄. ʒ. de tiriaca cū. ℥. j. de sirupo de liquiricia ꝛ ter tm̄ de aqua: et tardet comestionem vsq ad. viij. hor. ꝛ postea comedat panem bene fermentatū in brodio galline facta in taffea: et bibat de brodio galline multū: et epithima cutim cum seminibus melonis excorticatis et flore camomille quorū partes sint equales pistatis ꝛ malaxatis cū aqua dulci: ꝛ tene desuper omni die mutando ipsum.

Cura.

¶ Cap. xij. Quod est de lepra.

Oritur aliquando hic cancer pessimus in corporibus hominum: scilicet lepra: ꝛ hoc est manifestum quia est maxima egritudo: et pro maiori parte accidit propter vicinitatem ꝛ contractionem cum ipsis leprosis: ꝛ fit etiam ꝑpter comestionem ciborum destruentium complexionem: et quando hec egritudo inualescit et super excedit: est difficilis curationis valde: tn̄ si spasmus nō affuerit vel superuenerit in aliquo membro possibilis est cura ei⁹. Quare intentio prima quam habere debes in curatione hui⁹ passionis est in aperiendo oppilationes splenis: ꝛ hoc cum corticib⁹ radicis tamaricis: et corticibus radicis capparis: et pone cum eis de liquiricia et passulis ad frangendum eorum acuitatem.

¶ Receptio apta huic passioni. ℞. corticis radicis tamaricis: ꝛ squinanti. ana. ℥. j. polij montani quod dicitur arabice iahada ꝛ camomille. ana. partes tres. ℥. j. mentastri ꝛ asare bachare: mēte. an. ℥. ʒ. centure minoris quarta pars. ℥. j. que sunt conquassanda conquassentur et infundantur in decem libras aque ꝑ noctem vnam cum tanta liquiricia quantum omnia predicta: et mane bulliant lento igne vsq ad cōsumptionem tertie partis: et colentur: ꝛ cum illa colatura: ponantur lib. ij. zuccari. ꝛ bulliantur simul vsq ad spissitudinem: et de isto sirupo bibat patiens quolibet mane. ℥. ij. cum aqua calida: ꝛ regimen eius sit panis bene fermentatus: ꝛ galline preparate in taffea: et loco olei oliuarum ponatur oleum amigdalarum dulcium: ꝛ postea purga humorem melencolicum dando ei medicinas euacuantes melencoliā cū tota sua substātia: sicut iā dixi tibi: sicut

Receptio

est polipodium et epithimum et elleborum nigrum: et horum similia. ¶ Receptio ad hec. ℞. agarici polipodij recentis lapidis lazuli. an. aur. ij. ellebori nigri aur. j. foliorum colloquintide quarta pars aur. j. scamonee octaua pars aur. j. incidat colloquintida cum forficibus minutissime et misceantur omnia cum puluere dragātorum et fisticis et amigdalis pistatis. an. aur. j. ꝛ cum omnia fuerint optime pistata incorporentur cū sirupo de corticibus citrorum et squinzabin ꝛ dosis huius medicaminis sit aur. vj. cum aqua calida: ꝛ si non sufficeret addat de predicta aur. j. ꝛ rege eū sicut dictū est in alijs laxatiuis: et est necesse in hac medicina vt ponatur spaciū inter assumptionem vnius medicine et alterius pro qualibet sella duos dies: et i hieme in omnib⁹ octo diebus fac preparare serpētem vnum pinguē feminam et decoctam in tassea postq̄ amputatum fuerit ei caput et cauda sicut decet: preparetur autē sic. incidatur a capite ꝛ cauda per iiij. digitos: excorrietur ꝛ intrinsecus emundet: et abluat: et bn̄ bulliat in aqua cū sale ꝛ aneto bis. postea decoquatur i tassea et madefaciat panem suum in iure illo: ꝛ bibat de illo: et nō comedat postea aliquod aliō donec cib⁹ ille sit digest⁹. In alijs autem diebus comedat gallinas in tassea: et bibat brodium ipsarum frequenter: quoniam illud brodiū est eis medicina sublimis et melior omnibus. Octo dieb⁹ bibat aur. vj. tyriace magne. Et id quod meli⁹ est eis faciēdo que diximus est vt magnifice se custodiat a cōtrarijs ꝛ assuescat brodium gallinarum q̄ntum potest.

¶ Capitulum. xiiij. Quod est de cadar et de felles.



Adar: est difficultas vel priuatio sensus vel mot⁹: vel amborum simul: quoniam est in aliquo mēbro singulari: feleg vero est que fit in vna medietate totius corporis ꝛ latine dicitur paralisis. Et accidit propter hanc egritudinem hominibus quod non possunt partē mēbrorum mouere: vel in eis sensibile percipere vel sentire ꝛ aliq̄n in eisdē i eadē parte simul sensus et motus totaliter annihilant ꝛ priuant. Et sarraceni cōsueuerūt vocare vnamq̄ꝙ istarum passionū in lingua sua alchadar et affeleg. Et qn̄ hec egritudo fixa est i aliquo mēbro ita ꝙ oio caret sensu et motu vocant eā relaxationē: et illi etiam vocant priuationem sensus relaxationem: non dicunt mendacium: sed vocant eam nomine non assueto. Et iā memorati fuimus de causis alchadar in egritudinibus capitis. Sȝ quare aliquib⁹ priuant sensus tm̄: ꝛ aliqb⁹ motus tm̄ ꝛ quibusdam mot⁹ ꝛ sensus simł nōduȝ explanaui. Quare a me audias ꝛ intelligas q̄ dicantur sup hoc. Scitū est ꝛ cognitū qꝺ fons ꝛ origo mot⁹ volūtarij procedit a cerebro: ꝛ scitum est etiā ꝙ fons sensus procedit a cerebro: ꝛ cerebrū volūtate dei mittit sensum et motū oib⁹ mēbris propinquis sibi per vias paruas. s. paruos neruos: et mittit etiā cerebrū sensuȝ ꝛ motū mē-

Marginal notes: Alchadar. Affeles.

bris per vnam viam magnam scilicet per nuccã:et ipsa mittit postea aliis membris sensum ꝛ motum per vias paruas precepto dei:et nerui illi q̄ sunt molles procedentes a cerebro vel a nucca:illi sunt qui ferũt sensuz: ꝛ illi qui duri existunt prestant motũ:ꝛ putauerunt aliqui medici quod eadem causa sit nocumenti sensus et motus et quod ab eadem causa procedat:quia crediderunt quod in vno eodẽ neruo sit pars dura ꝛ mollis:et sensus secunduz eos procedit a parte molli:ꝛ mot⁹ a dura.Sed hoc est manifeste falsum:q2 videmus multotiens quod in aliquo membro deficit vel aufert sensus:ꝛ remanet in eo motus: ergo verum est id qđ dicit Gal. scilicet quia nerui ferentes sensum sunt diuisi et p̄ se a neruis inducentibus motum:et differentia que est inter species neruorum sensus ꝛ species neruorum motus non est occulta:qm̄ si hec passio fuerit in cerebro lesio et nocumentuz sensus ꝛ motus percipietur:ꝛ erit in corpore toto:et si fuerit in vna medietatum cerebri:erit priuatio sensus ꝛ motus:aut difficultas eorũdẽ i eadẽ p̄te corporis in qua fuerit nocumẽtũ in cerebro:et si fuerit lesio vel nocumẽtũ in aliqua parte nuce:perciperet lesio et nocumentũ in illa parte corporis vel in in illis membris in quibus illi nerui tendunt ꝛ vadunt:siue fuerint sensibiles vel motiui.vez si impedimentũ fuerit in motiuis lesio percipietur in motu:ꝛ si in sensibilibus erit in sensu:tñ nota quod etiam in neruis sensibilibus est aliquis mot⁹:ꝛ in motiuis similiter aliquis sensus semper reperitur.

Gal.

Uerũtñ in motiuis predominatur motus valde:et in sensibilibus sensus:ꝛ causa quare nerui sensus sunt molles et mot⁹ duri est manifesta:q̄uis ãbe species scilicet motiuorum et sensibilium procedãt a cerebro vel a nucca.Scias itaq3 quod maior pars neruorum sensibilium sunt qui spargunt et tẽdũt vsq3 ad exteriora corporis:et maior pars motiuorum sunt qui profundantur in interiora corpis: ꝛ ob hoc certissime in cuti q̄ totũ corp⁹ circũdat manifestatur sensibilitas plusquã in ceteris membris ꝛ maxime in cuti vole manus:adhuc magis in cuti q̄ est in extremitatibus digitorũ manus:ꝛ specialiter in illa que est in extremitate idicis vel medij:quoniaz ibi maior tẽperies et magis equalis q̄3 in aliis locis omnibus esse reperitur.Et propter hoc sensus illic certius et subtilius percipitur et manifestatur.Et propter hoc sensibilitas sensus que est in exteriorib⁹ corporis:ꝛ maxime q̄ est i extremitatib⁹ digitorũ manus et p̄cipue in indice vel medio magis ceteris comẽdat ꝛ laudat:ꝛ de⁹ sublimis illic posuit sensibilitatẽ certiorẽ:p̄pter vtilitatez ꝛ custodiaz animalis.Et scias q̄ quelibet difficultas sensus vel mot⁹:aut priuatio alicui⁹ istoruz in arabico nominat se leg. et cũ ipedimẽtum vel priuatio sensus vel mot⁹ fuerit in aliquo membro singulari:sed nõ in toto corpore:arabice tunc dicitur cadar:ꝛ quando figitur in vno loco vel in vna parte corporis tantuz dicitur relaxatio.Sz qñ impedimẽtũ vł priuatio sensus

vel motus fuerit in vna medie tatum totius corporis tunc ꝓprie nominatur seleg. Et nota quod causa egritudinis delchadar aut delfeleg est frigiditas complexionis que dominatur in aliqua parte cerebri vel'i toto: et quando in toto predñat valde: tunc mors in instanti existit propter priuationẽ anhelitus: quod si non multuз abundauerit frigiditas ista'in toto corpore cerebri: tunc soluз difficultas vel nocumẽtũ sensus vel mot⁹ vel amborũ simul ꝑcipiet i corpore toto: qđ si dicta frigiditas vel nocumentũ fuerit in aliquo neruorum procedẽtiũ a cerebro vel a nucca ⁊ fuerit sub spõdili ita ꝙ lesio aliqua non sit i nerno qui mouet pect⁹: tunc viuere põt illud animal q̃uis egritudo magna existat: eo qꝛ inde nõ priuatur anhelit⁹ ꝙ si lesio fuerit in nerno illo vel i illis q̃ monẽt pectus: tunc priuatur anhelit⁹ et moritur patiẽs suffocat⁹ ⁊ incõtinẽti. Si aũt priuatur sensus vel mot⁹ in aliquo mẽbro singulari tũc intẽtio tua sit in ponẽdo curã in illo loco vñ ꝓuenit egritudo. Et hec scies ex accidẽtib⁹ et signis. videlз si causa fuerit ex mala ꝯplexione frigida cum materia vel sine materia q̃ ifrigidant neruuз: tunc proueniet nocumẽtũ in illo neruo: ⁊ si fuerit i neruo sensus: fiet nocumẽtũ in sensu: vel fiet ipedimẽtum in motu. si fuerit in neruo mot⁹ vel in vtrisq; si fuerit i ambob⁹: et potest etiam fieri hec egritudo causa epatis ex quo prouenit compressio et cõplexio mala in aliquibus neruis sibi vicinis ex qua compressione prohibentur virtutes transire ad istđ membruз Quod si illa ꝯpressio facta fuerit i neruis sensus destruetur sensus in illo membro: et si in neruis mot⁹ destruetur motus: et si i ambob⁹ fiet i sensu et in motu: cognoscendo certissime quod quelibet mala cõplexio nocet i hoc opere. Ergo omnibus modis pone intẽtionem tuam in curando radicem vnde ꝓuenit hec egritudo: ꝙ si lesio fuerit i fonte: reddi ad fontem: et si in riuulis ad riuulos illos redi: vnde virtutes currũt et procedunt. Et si scineris qđ causa hui⁹ egritudinis sit mala complexio frigida ⁊ sicca calefac locum cum rebus temperate calidis: habẽtibus multaз aromaticitatẽ: reducẽdo ad memoriã qꝛ iam superius dixi tibi ꝙ he medicine esse debent stiptice ⁊ subtiles: ⁊ sic tuam habebis intentionem. ¶ Medicina autem conueniens ad hoc est oleum granorum de alзaru factum postq̃ grana dicta fuerint bene matura in arbore: ponendo cum dicto oleo decimaз partem ipsius de balsamo: et in hieme plus si habueris: et regimen eius sit cum rebus calidis tamen non in excessu cognoscẽdo quod colũbi masculi de nido siluestres conferunt ad hoc valde et capita leporum in tassea: et turtures assate in veru: ⁊ etiam suffricte: et galli similiter magni et specialiter nigri sunt boni valde: et vtatur motu et exercitio temperato in ieiunio: quod si non posset ambulare causa egritudinis excitetur anima sua mouẽdo ei questiones cõtrariando ei in omnib⁹ suis dictis adhuc vt irascatur et calefiat eius complexio: ⁊ fricetur

corpus eius cum manib⁹ mollibus in ieiunio et post cibum remoueat ab omni motu animi et corporis:sed quiescat donec cibus i stomaco sit digest⁹.
¶Si vo causa fuerit humor frigidus valde:q̃ euenerit in neruo vel in ipso cerebro: stude in remouendo humorez illum cũ isto sirupo:aut da ei sirupuz de feniculo cum aqua infusionis yreos et squinanti:sed iste est sirupus perfectissimus ad hanc passionem. ℞. yreos squinanti flauie.i.oliuarde eupatorij:polij montani macis corticis citri ana auñ.x.masticis aur.v.conquassa omnia bene et infundantur in.xij.lib. aque feruentis.p noctem vnam:ꝛ mane bulliant lento igne vsq̃ ad consumptionem medietatis:postea colẽtur fortiter exprimendo:ꝛ in hac colatura pone.y.semine nigelle:ꝛ feniculi.Et si tẽpus ꝛ etas consenserit.dabis ei sinapin pistatam et distemperatam cũ aqua ad spissitudinem mellis cũ lib. succi feniculi:ꝛ lib.iiij.mellis:ꝛ lib.j.zuccari:ꝛ iterũ simul bulliant vsq̃ ad decoctionem sirupi:ꝛ de isto sirupo propinentur ad bibendum omni mane.ʒ.ij. cũ.iiij.ʒ.aq̃ calide:et postq̃ potat⁹ fuerit de isto per.vij.dies:
purgatio. laxatiua. purga eum cũ isto laxatiuo qđ educit ꝛ purgat humores grossos.℞.medulle seminis kartami:zinzi.salis communis:seminis vrtice:bdellij.oppoponacis galbani:squinzabin vel serapini.añ.pondus. auñ.j.colloquintide quartam partem.auñ.j.incide colloquintidam minutim et pone quantuz est colloquintida de puluere dragantorum: ꝛ auñ.s.de amigdalis excorciatis et omnia ista madefiant cũ sirupo squinzabi facto cũ melle et propina de isto patienti pondus auñ.v.cum aqua calida:et cum fuerit purgatus:dabis ei panem bene fermentatum cuz gallo decocto in taffea:sed ante assumptionẽ medicine post meridiem comedat bletas vel vrticas decoctas cum gallina:et in mane sequẽti bibat medicinã.
¶Illis autẽ quibus hec passio euenerit causa apostematis cõprimentis neruum: aut causa contusionis vel percussionis in illo loco:minue eum ex opposita parte lesionis:quoniã si fuerit egritudo in dextra minue ex sinistra:ꝛ econtrario si fuerit in sinistra minue ex dextra:ꝛ si fuerit in membris superiorib⁹ minue ex saffena:et si in inferioribus flobotoma ex cefalica extrahendo de sanguine prout tibi videbitur conuenire:consideratis conditionib⁹ suprascriptis: et inunge locum egritudinis cũ oleo rosaceo calefacto et sufficiet tibi.Sed ego scio et similiter cognosco quod plures medicorum litigabuntur contra me de hoc dicto:quia credũt quod priuatio sensus et motus non accidat nisi a causa frigida et humida:ꝛ propter hoc credunt quod impossibilis sit eius curatio nisi cum calidis.Si autem perseuerauerit dicta passio pluribus diebus:siue fuerit ex apostemate vel concussione aut pcussiõe seu vulnere:pone tũc cũ oleo rosaceo de oleo lilij.añ.eq̃les ptes:ꝛ si fuerit antiq̃ magis adde cũ pdictis.x.partẽ eoꝝ de balsamo:q̄ si nõ haberes balsa

uinum pone loco eius oleum de
scannix ⁊ est nigella: ⁊ proficiet
cum adiutorio dei. ¶ Et scias
iterum quod quando domina
bitur multum qualitas calida
valde in substantia cerebri vel
in neruo priuatur similiter in=
de sensus ⁊ motus. Sed hoc ac
cidit raro et in minori parte: et
hoc manifeste apparet qđ qñ
aliqs fortiter calefacit' manus
suas ad ignem subtilitatē sen=
sus amittit: ita quod nō habet
ipsum sicut añ: quare si cogno=
ueris qđ hec egritudo ꝑueniat
a caliditate pessima: rectifica cō
plexionē mēbri moderate ꝑspi
ciēdo ne īfrigides supflue. ¶ Si
āt difficultas ꝑdicta sensus vel
mot⁹ fuerit ex infusiōe facta in
neruis ⁊ muscleulis ab hūore fl'a
tico ⁊ viscoso: subtilia eius regi
mē valde: ⁊ da ei sirupū prescri=
ptum queādmodū diximus: et
medicinam etiā ꝑdictam: ⁊ da=
bis similiter: vream ⁊ succū fe=
niculi cum duplo ipsius aque:
⁊ purga etiam humorem illum
cū aqua infusiōis medulle kar=
tami: et seis vrtice. ¶ Receptio
apta huic passioni. ℞. kartami
⁊ se. vrtice: ⁊ liquiritie. añ. ʒ. vnā
pulpe colloquintide. aur. j. In=
fundantur in feruenti aqua ꝑ
noctem vnam: ⁊ in mane expri=
mendo ⁊ prius fricando mani=
bus colentur: et de ista colatura
dentur patienti ad bibendum.
ʒ. viij. cum. ij. ʒ. sirupi de citris:
⁊ hoc bibere debet seruato regi=
mine et recepto degestiuo pre=
scripto plūibus diebus. Quod si
sufficienter non fuerit purgat⁹:
dabis ei de residuo dicte colatu
re. ʒ. j. ⁊. ß. cū. ʒ. ß. dicti sirupi: et
fac eū custodire sicut fit in alijs
laxatiuis. ¶ Quādo autem sic=
citas superflua dominat̄ in ner
uo plus debito: nō vidi hucusqꝫ
quod subito inde accidit infir=
mo difficultas vel priuatio sen
sus vel motus: aut relaxatio cō
pleta in medietate corporis to=
tius vel in toto corpore. Sꝫ po=
test ex hac causa hoc fieri succes
siue ⁊ paulatine: post longitudi
nem temporis: sicut videmus ī
senescentibus valde: quoniam
hac de causa ingrossantur sen=
sus eorum: ⁊ grauatur auditus:
⁊ diminuitur visus: ⁊ odoratus
⁊ gustus. Et hec siccitas proue=
nit in eis proper debilitatē sub
stantie cerebri ⁊ propter pauci=
tatē spirit⁹ naturalis ⁊ anima=
lis qui sunt in eis: ⁊ quia ꝑpter
senectutem diminuitur de sub=
stātia cerebri. Sed hi defectus
non accidunt eis nisi quia non
bene custodiuntur et reguntur
in cibis ⁊ potibus: quoniā qui
parci sunt ⁊ tpati in cibis ⁊ po=
tibus ⁊ alijs ⁊ rationabiliter et
ordinate in omnibus regun=
tur: euadūt competēter ab istis
defectibus ⁊ egritudinibus: nec
etiā in talibus destruitur intel=
lectus eorꝫ: ⁊ intellige hec per
destructionem intellectus de=
structionē imaginatiue: discre=
tiue: ⁊ rememoratiue: quia istis
qui bene custodiuntur ⁊ regun
tur nō superuenit destructio ha
rū virtutum. Sed accidit eis tā
tum obliuio: sed imaginatiua ⁊
discretiua ⁊ memoratiua seu re
miniscibilis permanēt in ipsis
ī sua naturalitate: sed pigritāt
ī memoria rerū: et qñ recordant̄
eis faciūt oēs suas opatiōes na
turaliter: ⁊ queādmodū ī corpi=
bus senū naturalr̄ accidit fessi=
bilitas ⁊ labor ꝑꝑ debilitatē mē
brorꝫ corpita sil'r euenit in ītell'u

ipsorum. Et sicut vides manifeste quod quãdo senex exercitat corpus suum facit operationes quas intendit rectas ꝛ naturales sicut potest secundum suaȝ possibilitatẽ: sic ꝛ in intellectu ipsorum accidit: quod si recordantur eis que sunt exercenda: faciunt operationes suas naturaliter tam in imaginatiua quaȝ in discretiua ꝛ reminiscibili. Cũ autem in istis accidit lesio atq͂ passio non est tantuȝ ex senectute: sed etiam ex infirmitate: ꝛ illi etiã qui sunt in senio constituti dummodo fuerint in regimine recto et ordinato sicut diximus exercitant has virtutes recte ꝛ ordinate: nisi quia pigritãtur in his. Sed hoc nõ faciunt stulti qui imaginantur res que non sunt. Sicut fecit quidã stultus qui cum esset in tecto vnius domus: dixerũt ei quidã: eijcete in inferius ꝛ incontinenti fecit. Hucusq͂ locuti sumus de cadel chadar: que est difficultas sensus vel motus vel amborum simul que fit in aliquo membro singulari in plib⁹. Et delfeleg. q͂ est priuatio sensus vel motus vel amboruȝ insimul que fit in vna medietatum totius corporis.

¶ Capitulum. xiiij. Quod est de feleg. i. de paralisi in particulari.

Et accidit aliquãdo hominib⁹ lesio in nucha aut propter percussionem vel ex vulnere: aut propter apã qd oritur ibi. Quod si fuerit in medietate nuche erit felles seu paralisis in illa parte in q͂ fuerit lesio. Si vero fuerit lesio i tota nucha priuatur ex homine vel ex animali vel quod fuerit vicinum complexioni hominis sensus ꝛ motus ominium membrorum existentium sub ea parte lesiõis: quod si incisio aliqua facta fuerit i neruo: priuabit sensus si fuerit ex neruis sensus: vel motus: si fuerit ex neruis motiuis in membro vel in illis membris ad q͂ tẽdit ille neru⁹. Et huius cura est ipo Kis. si aũt dcã lesio vel incisio fuerit i neruis anhelit⁹ q͂ veniũt ad pect⁹ morieť patiens in breui suffocat⁹. Et si fuerit iñ neruo vel in neruis anel qui sunt sub neruis anhelitus mouentibus pectus poterit viuere: sed cũ difficultate: ꝛ nõ prolongabiť vita ei⁹ multuȝ: sed in fine morieť inde. Nũc aũt intẽdo de spasmo tractare.

¶ Cap. xv. Quod est de spasmo.

Et fit aliquando spasmus in aliq͂ mẽbro qñ neruus pungitur acu vel clauo vel his similibus. Quare medicus promptus esse debet incontinenti cũ omni sollicitudine cuȝ aliquis in neruo pungitur desuper ponere sulfur tritum mixtum cuȝ oleo oliuarum. quod si neglexerit istud poterit ad spasmum leuiter deuenire. Et potest etiaȝ spasmus prouenire ex humoribus superfluis imbibitis in neruo: vnde contrahitur et abbreuiať. Et cura huius est corp⁹ desiccare ꝛ purgare ipsum cum his que hñt educere illũ hũorẽ: ꝛ hoc fieri potest cũ aqua ĩfusionis semis chartami ꝛ paȝ pulpe colloq͂ntide: dando ei ex hac infusione. ℥. v. cum. ℥. ij. sirupi corticis citri. Et potest etiã spasmus euenire ex siccitate superflua sicut post nimiã ꝛ supfluã euacuationem naturalẽ aut ex

assumptiõe medicine acute valde. Et cura ei⁹ est inungere posteriora capitis cum omnibus spondilibus et reliquum corp⁹ etiam cũ oleo recenti amigdalarum dulcium: ꝛ ciba eum gallina decocta in aqua simplici. Et si vis ponere amigdalas et lac erit bonum ꝛ propina ei ad comedendum testiculos gallorum iuuenum: quoniam sunt optimi. Et ĩ summa dico quod pulle gallinarũ et galline sunt ei optime ad comedendum. Et accidit similiter spasmus aliqñ ex vaporib⁹ deriuatis in musculis vel in neruis generatis ex ebrietate nimia: aut ex multa comestione pomorum: vel potatione superflua vini ipsorum: aut ex potatione agreste crude: ex omnibus istis causis potest ista species spasmi prouenire: q̃ dicitur buzea. Et cura hui⁹ est vt facias infirmũ custodire ab omnibus que possunt tales vapores generare: ꝛ sufficiet ei comedere passeres vel turtures decoctas in aqua et oleo decoctiõe multa: aut assatas ĩ veru. et comedat panem bene fermẽtatum cum his carnibus: ita ꝙ q̃titas carnis sit maior q̃titate panis: ꝛ abstineat ab omnibus fructib⁹ p̃terq̃ a granis pini ꝛ ab auellanis mundatis: ꝛ inũge posteriora capitis cum oleo granorum de alzarij: ponendo in vnaquaq; ℥. isti⁹ olei aur̃. j. optime ambre: ꝛ inũge etiã cũ oleo isto spondilia oia: ꝛ postea fricet̃ corp⁹ totũ mollib⁹ manibus absq; aliqua inũctiõe: post istã fricationẽ inũgat̃ cum oleo antiquo nucũ: et exercitet̃ multum ante cibũ: et quiescat post cibum.

¶ Capitulũ. xvj. Qđ est de pulsatione.

Et generatur aliquando hec passio in q̃busdam locis corporis: et hoc fit ex vaporibus coadunatis in musculis vel in neruis qui petunt exitum ꝛ non possunt: et hi vapores qui mouẽtur in corpore dicuntur ventositates: sicut aer qui monetur exterius nominatur vẽtus: ꝛ hic vapor quando mouetur intus in musculo vel in neruo fit ibidem pulsatio. Et cura huius est cura spasmi: et nulla alia differentia est inter spasmũ ꝛ pulsationẽ. nisi quia extensio que fit in spasmo est fortis et magna: et ista est debilis et parua. Cura supra dicta.

¶ Cap. xvij. Quod est de saltu.

Saltus quidem est motus extraneus preter naturam q̃ quidem fit ex rebus que actualiter fortiter infrigidant: ꝛ etiam generatur ex reuocatione subita caloris naturalis et spirituum ad interiora sicut ex terrore ꝛ fletu superfluo. Et cura huius est vt infirm⁹ recipiat ea que corpus calefaciãt temperate: et que habeant neruos confortare sicut est sirupus de sticados: et sirupus de corticibus citri cum aqua tepida: et cũ duobus granis ordei de musco. Cura.

¶ Capi. xviij. Quod est de tremore.



Tremor siquidem fit ex pugna q̃ accidit inter virtutẽ naturalem sustẽtantem mẽbrũ: et humorẽ aggrauãtem: qm̃ v̄tus intẽdit sustentare

membrum:et humor ex sui natura,pstrare atq; deprimere:⁊ sic fiunt duo motus diuersi: vnus post alium:et vnus est voluntarius:⁊ alius violentus. Et cura est confortare corpus totum cũ rebus predictis:sicut cum sirupo de sticados ⁊ de corticib⁹ citri cum musco sicut prescriptuz est:si tempus fuerit frigidum ⁊ patiens transierit iuuentutez. Si vero fuerit iuuenis pone cũ predictis sirupis de sirupo rosaceo:⁊ tertia pars aque quam ponis cum predictis sirupis sit aqua rosacea:et rege infirmum cum testiculis gallorum et alis ipsorum:⁊ de pullis dabis vndiq;:et succus etiam pullorum est bonus valde. Quod si fuerit senex et erit tps hiemis: dabis ei succum columbinorum silue strium:faciendo sic:decollabis eos:⁊ depilentur:⁊ mundentur ab interioribus:abluendo eoȝ optime:et postea pistentur optime in mortario:et ponantur in lebete nouo cum aqua et parũ olei:et aliquid de coriandro sicco et sale ⁊ bulliant vsq; ad perfectam decoctionem: et postea colentur per clarum et rarũ pãnum fortiter exprimendo:et da ei ad bibẽdũ illũ succũ:cognoscẽdo q capitibus columborũ inest ppetas pessima in faciẽdo dolorem capitis: et propter hoc eijciẽda sunt capita ⁊ colla ipsorũ:⁊ hec que dicta sunt sufficiant in hac passione.

decoctio.

¶Capi.xix. Qd est de assoab:q latine dicit pedoscelli.

Oriuntur aliquando in corpore sub cuti exteri⁹ pediculi paruunculi q cũ excoriat cutis exeũt animalia viua tam parũ clara q vix possunt videri. Et cura huius est purgare corpus cũ semine kartami ⁊ semine vrtice.s. cũ aqua infusionis istorum: qm̃ ista erradicant causam ⁊ radicẽ horum omnino:⁊ inunge locuz cũ oleo amigdalarum amararũ vel cũ oleo granoruz de cherua: et pone desuper canam pistatã et malaxatam cum succo foliorũ persici : et ciba eum perdicibus decoctis in tassea cum aceto et pane bene fermentato:et abstineat ab omnibus fructibus recentibus:⁊ specialiter a ficubus siccis ⁊ recentibus:⁊ ab vuis et iniubis ⁊ pomis. Et in summa abstineat ab omnibus fructib⁹ pterq; ab auellanis:⁊ fricet corpus suuz cum carne seu pulpis melonum si reperiuntur: ⁊ si nõ cum seminibus ipsorum:⁊ si nõ fuerit multum macilentus : fricetur corpus eius cum succo foliorum persici: et sufficiet ad liberationem eius cum adiutorio dei.

¶Capitu.xx. Quod est de vena que dicitur mediana ⁊ est egritudo que pro maiori parte accidit nigris.

Oritur aliquando in corporibus quorundã egritudo que pro maiori parte non reperitur nisi in nigris:que arabice dicitur halalnachalaidini : et est in principio quando hec apparet hec egritudo quod erit a corpore aliquid ad similitudinem nerui:et ante apparitionem huius videtur esse quedam apatio in loco ⁊ postmodum exire incipit paulatine:q si zheretur intantum q frãgeretur:morit;patiens incõtinenti. Cura hui⁹ passionis est ligare plumbum sup

locũ strĩgẽdo fortiter vt cõprimatur fortiter locus subtus: ⁊ retineatur taliter ꝙ nõ possit exterius prominere: et hoc nõ potest fieri in spatio minori vnius anni: et causa huius est exuberantia humoris grossi valde: ⁊ ista egritudo specialiter accidit in nigris: et est eis appropriata: et fit in eis ſm cõplexionẽ ipsoꝝ: ⁊ intendẽduz in curatione istius in remouendo causaz eius: ⁊ in digerẽdo humorem et subtiliãdo: et incidẽdo ipsum: et hoc cũ sirupo squinzabi facto cũ squilla: et bibat omni die vsq ad . x. dies . ℥. j. cum. ij. ʒ. aque tepide: et postea purga eum ab isto humore grosso. ¶ Et hoc cum isto medicamine. ℞. bdelij: polipodij: oppoponacis: kartami sem. vrtice. añ. auř. j. pulpe colloquintide quartam partem. auř. j. incidatur colloquintida minutissime: et misceatur cum amigdalis excorticatis et puluere' dragãtorũ. añ. quarta pars. auř. j. relique medicine subtiliter pulnerizent: ⁊ cribellentur: et conficiantur cuz sirupo squinzabin simplici: ⁊ dẽtur ex eo auř. v. cuz aqua tepida: et si non purgauerit sufficienter dabis de residuo auř. j. ⁊. ʃ . Et rege eum sicut in alijs laxatiuis. Et pro qualibet sella expectet duos dies ad recipiendũ aliam medicinã: ⁊ rege eũ cibis boni nutrimẽti: et inũge locũ cũ oleo de lilijs ⁊ rosaceo quoꝝ partes sint equales.

di ẽ.

¶ Cap. xxj. Qd est de verme qui oritur sub cuti et de combustione ipsius.

Et generatur aliquando inter cutim ⁊ carnẽ vermis: ⁊ noĩatur hec passio egritudo bouis eo quia pro maiori parte bobꝰ accidit: ꝙ si neglexerit medicus occidere ipsum: potest inde magnum consequi nocumentũ: ꝙ si cognoueris hoc: statim cũ apparet combure locum incontinenti cuz ferro calido: taliter vt perueniat feruor ad vermem in tantum ꝙ moriatur: demum curabis cocturam cum rebus curantibus alias cocturas: et pone desuper linthea deygea mixta cum farina ordei et dulci aqua: et si posueris etiam angibra confert valde: et pone aliqd aceti in tam parua quantitate qd nõ mordicet: sed vt possit ducere virtutem medicine ad profundum combustionis: et cũ recesserit dolor inunge locum cuz agrippa ⁊ oleo rosaceo: donec remoueatur tumor: ⁊ postea ablue locum cum aqua mellis: et sparge super locũ combustũ puluerem rosarũ: ꝙ si deperditũ fuerit aliquid de carne: pone desuper vnguentũ de alnadi donec locus carne repleatur ponendo desuper puluerẽ rosaruz donec consolidetur: ⁊ hec cura est gñalis oĩbus cocturis: Si autẽ patiens timidus fuerit de coctura accipe testã medie nucis ⁊ cauã eam et pone intus ista. ℞. farine lupinorum: ⁊ fuliginis camini ⁊ piperis et radicis scare. añ. partes equales: tere has medicinas et madefac eas cum alchitram: et imple dictã testã nucis ex hac confectione: et pone super locum vermis tenendo tã diu donec virtus medicine trãseat ad ipsum: et ponit dicta medicina in medietate teste nucis vt comprehẽdatur locꝰ vermis vndiq ab ipsa. ita vt non possit exterius exire donec occidatur.

Cura generalis.

et purga eam medicina dicta in egritudine vene medeni.

¶Capitulum.xxij. Quod est de vermibus qui oriuntur in intestinis.



Ermes qui generātur in instinis gracilib⁹ pro maiori parte fiunt ex comestiōe frumēti vel farine non bene cocti vel his similibus. Et cura est cum rebus amaris ꝛ desiccatiuis: ꝛ iā rememorati sunt medici quod ex fortibus ꝛ desiccatiuis in hac egritudie alchā bil: et si non reperitur exhibeat de succo flauie pōdus aur. triū cum dimidio aur. centauree minoris distemperatis cum duabus libris aque decoctionis serature pini. ℥.j. et fac vt infirm⁹ patiatur famem ꝛ siti per duas horas ante assumptionez dicte potationis. et postea recipiat ipsam et exibunt in breui: et recipiat in comestionibus suis almuri: ꝛ comedat in ieiunio panē factū cum semine nigelle ꝛ feniculi. Et si tempus et etas consenserint: dabis ei sinapi pistatam et distēperatam cum aqua ad spissitudinem mellis cū pane: exhibēdo ei post aliquid aceti ad temperandam caliditatez sinapis: quod si prius dares ei acetum non posset postea tantum comedere de dicta sinapi ꝙ sufficeret ad occidendum vermes. Et scias quod he res etiaz occidunt sanguisugā ebibitam et ego expuli sanguisugā dādo patienti per tres dies semen nigelle in ieiunio: et iuuit me in hoc etas infirmi et tempus anni: quoniam inceperat senescere et tēpus erat hiemis. Et abstineat ab omnibus rebus dulcib⁹ maxime ab humidis ꝛ dulcibus. Et continuet comedere acetum et almuri donec fuerit liberatus.

¶Cap. xxiij. Quod est de cucurbitinis.

Et generantur aliquādo in intestinis magnis vermes parui similes seminibus cucurbitarum. Sed isti non ita cito occiduntur sicut predicti: tamen continuandū est regimen predictū: ꝛ de foris super vētrez pone empl'z qd possit eos necare: sicut istud. ℞. farine lupinorū et centauree minoris et foliorū persici et prassij: pistentur et distemperentur cum aqua dulci: et. x. pars ipsius aceti: ꝛ adiunat: ad necandū istos et educēdū clistere factū cū aqua seu succo marubij et suis similibus: et omnibus modis continuando has medicinas eos occidunt ꝛ eradicant omnino. Cognoscendo ꝙ qui vermes habent in corpore cū sunt famelici angustiātur valde: et quando stomacus ipsorū est inanitus vomūt: ꝛ sentiūt in intestinis et in stomaco agitatiōes et motus extraneos et habēt stridorē dentiū in somnis ita ꝙ audit: et ex ore ipsorū est saliua et humiditas tunc: et excitātur a somno cū timore. sz qꝛ cucurbitini fiūt in intestinis magnis ideo nō ꝑcipiūt dolorē.

¶Cap. xxiiij. Qd est de vermibus minutis ꝛ paruis q̄ oriunt in inferiori parte intestinorūz.

Hi vermes q̄ generant i fundamēto itestinorū fiūt ex feate putrefacto cum stercore. Et cura est regimen predictū ꝛ medicine

dicine

dicine predicte cũ clisteri predicto addendo in ipso de ruta: & liberabitur cum adiutorio dei: et vermes etiam parui qui fiũt in aure occiduntur cu3 succo rute distillato in aure. Cognoscẽdo q in cura omnium specierũ vermiũ est necessariũ subtiliare regimen.

¶Cap.xxv. Qd est de varicib9.

Hec egritudo que dicit̃ varices orit̃ in crurib9 et est similis varicib9 arborũ & sic dilatãtur vene & ingrossant̃ & exteri9 pmi nent. Et generat̃ ex melẽcolia & grossa vẽtositate: incipe in cura isti9 a purgatione corporis ab humore melẽcolico: & hoc cũ lapide lazuli & barburia .i. polipodio & similib9: & hoc medicamẽ scriptũ est superius. Et fac ei fieri sirupũ dissolutiuũ & subtiliatiuum. ℞. corticis citri: & macis. añ. ℥.j. spice: squinãti: camomille: semina melonis affoca. añ. partes tres. ℥.j. conquassa q̃ sunt cõquassanda & ĩfundãt̃ i.x. lib. aq̃ dulc; per noctẽ vnã: in mane uo bulliãt lẽto igne vsq3 ad cõsumptionẽ medietatis: demũ colent̃: et in ista collatura addãtur lib. j. succi feniculi: et lib. viij. mellis: et simul bulliãt vsq3 ad spissitudinẽ: & exhibeat̃ de isto oi mane ℥.ij. cũ. ℥.v. aq̃: & pone super crura farinã ordei & camomillam & rosas. añ. ptes equales: misceãtur cũ aqua dulci tepida & desuper pone. Sciendo q hec passio est difficilis curationis: tamẽ cũ magna & cõtinua atq3 lõga sollicitudine & cura poterit ad meliorationẽ & alleuiationẽ deuenire: & pp̃ter hoc nõ est sal9 promittẽda infirmo: nec spes certe liberationis eidẽ est exhibẽda: qd si feceris pro certo decipieris & ciba eũ cũ gallis et cũ pane bene fermentato.

¶Ca.xxvj. Qd est de elefantia.



ET accidit crurib9 grossitudo preter naturã que dr: elefantia: & hoc idõ q: assimilatur cruribus elefantis in grossitudine. Et cã hui9 est exuberãtia humorũ grossorũ q̃ sunt vltimi in grossitudine qui descẽdũt ibi pp̃ter põderositatẽ ipsorũ. Et cura huius est quasi impossibilis. Sed laudabilior via in curatione ipsi9 est euacuare corpus cũ medicaminib9 educẽtibus istũ humorẽ postq̃ subtiliaueris ipsum et incideris cũ medicinis dictis superi9. s. cũ sirupo facto ex radice lilij & succo feniculi & alijs oibus prescriptis superi9. Et fac emplm̃ superius resolutiuũ & cõsumptiuũ: & cũ remouebis emplm̃ cã alleuiationis cruris inũges locũ cũ oleo camomillino et ro. aromatizato simul equaliter mixtis: et nõ mireris de prolõgatiõe alleuiationis hui9: qm̃ etiã cũ optima cura vix percipitur melioratio in tẽpore lõgo. Emplm̃.

¶Ca.xxvij. Qd est de cãcro.

ET orit̃ aliqñ in corporib9 aliquoƺ apa noia tũ cãcer qd arabice dr: causatã: & est difficilis cure valde: & noiatur cancer ab illo aiali sic noiato qd est habẽs crura lõga & multa: et accidit p maiori parte in cruribus pp̃ter largitatẽ venarũ ipsorũ & pp̃ter abũdãtiã humoris melẽcolici: & granedinẽ & põderositatẽ ipsi9 et assimilãt̃ isti9 vene venis varicũ in grossitudine. Et he tres

egritudines.s.varices ꝛ elefantia ꝛ cācer: sunt ex humore grosso et melēcolico ꝛ terrestri valde tñ hi humores diuersificant ad inuicē in grossitudine: qꝛ vnus grossior est altero: ꝛ illud relinquitur in discretiōe medici. Purga ergo hūc humorē cū substantia dictarū medicinarū sicut cū lapide lazuli et suis similibus dictis: et ciba eū pullis paruis cōuenienter decoctis: ꝛ pane de frumēto optime fermētato: ꝛ fac eū abstinere ab oib⁹ cibis grossis: et ab oibus fructib⁹ preterꝙ ab auellanis ꝛ amigdalis ꝛ fisticis et potes etiā ei cōsentire poma granata ꝛ pira optime matura.

Purgatio.

¶ Cap. xxviij. Qđ est de doloribus iuncturarū.



ET fiūt aliqñ in corporibus quorundā dolores iūcturarū q̄ procedūt ex abūdātia grossorū humorū vel viscosorū q̄ infundunt in iūcturis: ꝛ possibile est ꝙ isti humores in quibusdā indurātur iūcturis admodū lapidis: ꝛ cura horū est impossibilis. Sed cura horū dꝫ esse añ talē indurationē: ꝛ tūc in ipsis cōparebit vtilitas: ꝛ incipe in curatiōe horū dādo sirupū cōpositū cū aqua decoctionis radicis lilij: ꝛ succi feniculi per duas septimanas: ꝛ postea euacua ipꝫ ab isto humore grosso cum hoc medicamine. ℞. bdelij oppoponacis ꝛ scibmeg: interiora collo quintide preparata sicut dictū est superius eo ꝙ hec trahūt humorē ab istis locis: ꝛ innunge locum oleo de lilijs ꝛ oleo camomillino ꝛ anetino: ꝛ pinguedine anatis ꝛ oleo amigdal. mixtis quorū partes sint equales: ꝛ vtatur hoc regimie tādiu donec videatur effectus medicine cū adiutorio dei.

Medicamē.

¶ Ca. xxix. Qđ est de dolore qui fit in substātia intesti.

HEc quidē passio orit in intestinis ex hūore aquoso cōuerso i vapore ex quo sequit passio grauissima: et illa de cā laniant arterie ꝛ vene: ꝛ pōt inde cōseq̄ vlceratio i pulmōe: ꝛ scias ꝙ medicine q̄ ꝯsueuerūt mitigare dolores ꝓmouēt istū: sicut sunt medicine calefactiue ꝛ dissolutiue ꝛ apitiue: qm̄ dissoluēdo hūc humorē ꝓmouēt dolorē intēsū qsi itolerabilē: eo ꝙ vapor nō imittit dolorē nisi fuerit cōuersus in vētositatē: cognoscēdo ꝙ dr̄ia ē inter vaporē ꝛ vētositatē: qm̄ vapor dr̄ qñ descit ꝛ nō mouet: vētositas qñ mouet: ꝛ tūc iducit dolorē ꝓpter motū ꝛ extēsionē: ꝛ sic hoies cōsueuerūt noiare vapores extrinsecos vētū qñ mouet.

¶ Ergo p̄ria intētio tua sit in curatiōe hui⁹ euacuare hūc hūorē aquosū absꝙ p̄paratiōe ꝛ receptiōe alicuius digestiui: ꝛ sufficit tibi semē kartmi in hac intētione: ꝛ si vis addere sem. vrtice erit curavtilia. ꝛ da ei oī mane de isto sirupo. ℥. ij. cū. vj. ℥. aq̄ calide. ℞. succi feniculi collati lib. iij. seia melonis. ℥. ß. masticis aur. ij. cōquassent ꝛ infundātur p noctē vnā in aqua calida: mane vero bulliāt lēto igne vsꝙ ad cōsumptionē. iij partis: ꝛ colent: et huic colature adde lib. ij. mellis: ꝛ decoquant ad spissitudinē sirupi. Et innunge locū doloris post fricationē cū palma man⁹ cū oleo camomillino ꝛ anetino et pinguedine anseris mixtis equaliter et vtat hoc regimine donec liberet cū adiutorio dei.

Cura.

¶Ca.xxx. Qđ est de dolore q̄ fit ex labore ꝛ fatigatione.

Et fiunt aliq̄n dolores in corpore, ex forti labore ꝛ fatigatione: et spāliter, in insuetis: qđ si fuerit hyems inunge eū cū oleo anetino ꝛ rosaceo tepidis: et in estate sufficiet oleum rosaceum solum: ꝛ cū istis liberabitur cum adiutorio dei: et scias qđ labor est cā vniuersale totius corporis: ꝛ ꝑpter hoc oia mēbra calefiunt: ꝛ sentitur dolor vniuersalis in omnib⁹ membris toti⁹ corporis: sicut accidit nauigantib⁹ cū remis assidue: qui cū quiescūt dolent vniuersaliter in oib⁹ mēbris: sꝫ magis in manib⁹ ꝛ sicut superflue ambulātes dolent in oib⁹ membris: sed magis in cruribus ꝛ pedib⁹. Et incurrētiū hāc passionez subtiliare debes regimen dādo eis pullas decoctas in tafsea cū aqua ꝛ aceto: et accidit multotiens effymera febris ex tali labore: ꝛ si in stomaco sūt vene replete aliquo humore ꝑparato ad putrefactioēꝫ fit inde febris putrida ſm naturaꝫ illi⁹ humoris. Et postq̄ȝ expeditus fuero de tractatu isto loquar de febribus ꝛ curis earum cū adiutorio dei.

¶Ca.xxxi. Qđ est de podagra q̄ arabice đr anancras.

Hec egritudo accidit pedib⁹ q̄ đr anācras: et est cā qđ fit in vno pede: vel in duob⁹: et naturaliter ibideꝫ accidere pōt velocius q̄ȝ in aliis mēbris: eo qꝛ pedes sunt positi in īfima pte corporis: ꝛ maior pars huius passionis gn̄atur ex humore calido descendente ad pedes ꝛ inde apostemātur: sꝫ nō coadunatur humor in hac egritudine in vno loco ꝓprio sicut in aliis aꝑpātib⁹. Et accidit anacras ꝑ maiori parte paruos pedes hn̄tib⁹: ꝛ ambulantib⁹ superflue ꝑter consuetudinem: ꝛ paucos vidi cursores q̄ viuāt ex arte illa qui nō patiātur ex hac egritudine: ꝛ ꝑt etiā euenire ex humoribus non acutis: ꝛ primū qđ euenit eis est dolor ꝛ deinde ingrossant̄ et calefiūt. Cura hui⁹ est flōmare cefalicā ex opposita parte pedis subtrahēdo de sangnie ſm cōditiōes notas: q̄ si tumor fuerit ex dn̄io acuti humoris: ꝛ illđ scies ex acuitate et fortitudine doloris. oino ꝛ ꝓhibe tūc fieri vnctionem: sed desup pone farinaꝫ ordei mixtā cū succo hadderē: cuꝫ alchana quātū est quarta pars farine ordei: cōsiderādo tn̄ complexionē patiētis etatē ꝛ tp̄s anni: ꝛ purga infirmū cū sero caprino coagulato cū lacte fici cum q̄ dissoluti sint aur. ii. de tamarindis q̄bus addatur quarta pars auri de machamuda. i. scamonea. Et si cognoueris q̄ nō fuerit humor tāte caliditatis ꝛ acuitatis: purgabis ꝑut cognoueris de essentia ꝛ qualitate ipsi⁹: ꝛ ꝑcipe infirmo parū ambulare et post liberationē perfectā: ꝛ cum fuerit liberat⁹ pone sup pedes q̄ habeāt ipsos cōfortare: non tn̄ cū aromaticis sicut necessariuꝫ est principalib⁹ mēbris: ea vero q̄ hn̄t cōfortare mēbra q̄ non sunt principalia sunt stiptica ꝛ temperata inter caliditatē ꝛ frigiditatem. Aromatica vero appropriata sunt principalib⁹ mēbris tantum: eo q̄ spiritus animalis et vitalis ꝛ omnes sp̄us delectātur in his. Illi autez qui credūt qđ om̄es sp̄us ab vno fonte ꝛ ab

Cura. Aromatica.

vna radice ꝓcedant: sicut sunt magni medici ⁊ summi naturales aliqui ex his sunt qui credūt ꝙ radix illa et fons sit cor sicut peripatetici. Et alij sunt qui dicunt ꝙ radix illa est cerebrum. Nos aūt cognoscimꝰ ꝙ aromatica maximū inferunt iuuamentum cordi in sincopi odorando ea ⁊ nō solū cordi verūetiā oibꝰ membris sibi vicinis.

Cap. xxxij. Quod est de scissuris que accidunt manibus ⁊ pedibus et alijs membris.

Et multotiens accidūt scissure manibꝰ ⁊ pedibus: ⁊ maxime pedibꝰ eo ꝙ plante pedū fricantur per terram: ⁊ inde acquirunt siccitatem: ⁊ de hoc omnimodam habemꝰ certitudinem s. ꝙ qñ res humide desiccantur scinduntur: sicut apparet in trabibus: ꝙ postꝗ desiccatur eorū humiditas in eis fiunt scissure multe: ⁊ in terra etiā hoc idē manifestatur. s. ꝙ postꝗ fuerit pluuia humectata: ⁊ postea successerit ventus et sol: repletur scissuris. Ergo hec egritudo indiget humectatione: tñ scias pro certo ꝙ id quod scissum est non consolidatur humectando: et hec egritudo indiget cura cōposita s. ꝙ sit abstersiua ⁊ habens multaꝫ humiditatē: ⁊ sicut est alchāna madefacta cum butiro recenti: aut cum oleo amigdalarum dulcium: vel cū oleo oliuarū dulci tenendo hoc medicamen per noctem integraꝫ desup: ⁊ ablue re etiam seu madefacere mēbra scissa cōfert valde: ⁊ laudabilior via que possit haberi in scissuris pedum est nō ponere pedes in terra vllo modo: ⁊ i scissuris manuum ꝙ abstineat a tactu reruꝫ

Scissuris.

siccarum ⁊ aridarum ⁊ a nauigatione cum remis: ⁊ nocet etiā fodere terram: ⁊ facere lapides terreos ⁊ vasa fictilia: qm̄ oia hec faciunt scissuras in manibꝰ ex tactu terre ⁊ abstinendo ab his ⁊ similibus continuando medicamen predictum liberabitur deo dante.

Cap. xxxiij. Quod est de egritudinibus vnguium.

Et vnguibus quidem accidit aliqñ scissura ⁊ depilatio ⁊ fractio. Et cura horum omniū est appositio alchanne distemperate cū oleo oliuarum. Et dixerūt quidam ꝙ ponere vermes terrestres in oleo ⁊ bullire simul ⁊ desuper ponere: curat scissuras vnguium manuum ⁊ pedum.

Cu

Ca. xxxiiij. Qd̄ est de sciatica.

Et oritur aliquādo dolor in quibusdam qui extenditur a comūctura coxe ꝓcedendo directe vsqꝫ ad cauillam pedis ⁊ aliquando vadit tortuose: et hec egritudo dicitur sciatica: q̄ generatur ex humore frigido contento ⁊ generato in loco: ⁊ ibi infert nocumētum sicut in alijs membris. Et sunt multi medici qui curant hāc passionem cum multis cocturis. Sed via recta ad curandum istam egritudinem est dissoluere incidere et subtiliare hunc humorem: ⁊ hoc dando ei omni mane ad bibendum. ℥. ij. oximellis squilitici cum. iiij. ℥. aq̄ cal'e: ⁊ de septē in septē diebꝰ dabis ei partes. iij. aur. j. de tyriaca quoniam confert valde: ⁊ inunge locum cum oleo de scaunix. i. de nigella calido: et cum oleo de sinapi quoqꝫ partes sint equales: ⁊ oleo de lilijs quantū

illa duo mixtis: ⁊ si euacuaueris
corpus ab illo humore: ꝓ certo
eradicabis radices egritudinis
cū adiutorio dei. ¶ Medicamē
optimum ad hoc. ℞. bdellij op=
poponacis: schibenes. añ. aur. j.
agarici feminini: medulle: se.
kartami: ⁊ se. vitice. ana. partes
tres. aur. j. asse dulcis quarta ps
aur. colloqntide. viij. pars aur.
incide colloquintidaꝫ minutim
et malaxa eam cum quarta par=
te. aur. j. de lacte amigdalarum ⁊
tantundem pulueris dragag. ⁊
incorpora omnia predicta cum
oleo amigdalarū dulcium ⁊ oxi
melle squilitico valde acetoso: ⁊
ꝓpinētur ex isto aur. vj. cū aqua
calida. Et si non purgatur suffi=
cienter adde de residuo aur. 5. ⁊
rege eū sicut in alijs laxatiuis: ⁊
ponere ventosas siccas cū igne
siue post purgationem seu ante
super sciam cōfert valde: qm̄ era
dicat humorem a ꝓfundo: ⁊ tra
hit eū exterius: ⁊ inunge locū cū
oleo de lapidib9 qd dr benedictū
vel cum alkitram.

¶ Cap. xxxv. Quod est de dolori
bus ypocundriorum.

ET accidit ypocūdrijs
dolor qui arabice dici
tur zarzuter. Et causa
huius est motus vapo
rum qui mouentur motu violen
to atqꝫ forti qui oriuntur a subti
li flegmate. Et cura hui9 est sub
tiliare regimen: ⁊ cibare cū pas=
seribus p̄paratis in tassea: et as=
satis in veru. ⁊ etiā suffrictis: et
da ei medicinas calidas ꝓuocā
tes vrinam. ¶ Receptio apta et
conueniens ad hoc. ℞. radices
feniculi. ⁊ seminis eius. seminis
pastinace montane: flauie: liq=
ricie mūdate: squinanti. añ. aur.
ʒ. seminis vitice. aur. ij. semina
melonis ad pondus omniū: ba
silitionis. ℥. iiij. conquassentur
omnia ⁊ infundantur in li. ij. aq
feruentis per noctem vnā. ma=
ne vero bulliant lento igne vsqꝫ
ad consumptionem medietatis
postea colentur: ⁊ in illa colatu=
ra ponantur lib. ij. zuccari: ⁊ de=
coquatur vsqꝫ ad spissitudinem:
et ꝓpinentur ei quolibet mane
℥. ij. cū. vj. ℥. aque calide: ⁊ inun=
ge locū extrinsecū cū oleo de ia=
semino. ⁊ pinguedine anatis: ⁊
vtatur hoc regimine donec fue=
rit liberatus.

¶ Cap. xxxvj. Qd est de aposte=
matibus q̄ fiunt sub spatula de=
xtera vel sinistra. ⁊ est inter pro=
fundum apostema qd dicit ara=
bice altahalep.

ET oritur in corpore q̄d
dam qd nominat ara=
bice altahalep. et sunt
apostemata que gene=
rant sub spatulis in dextera par
te siue sinistra ⁊ ꝓfundantur in
tus valde: ⁊ hec apāta generan
tur ex humorib9 adustis vel ex
flegmatico humore grosso: aut
ex aquoso sanguine. Sed illius
quod fit ex humoribus adustis:
cura est impossibilis: ⁊ hoc ma=
xime accidit senibus qn̄ sunt cu
riosi ⁊ laboriosi valde: sicut eue=
nit patri meo qn̄ captus fuit ab
hali filio ioseph qui tantum sti=
mulauit eum qr adusti fuerunt
humores in corpore eius ⁊ inde
habuit altahalep in parte sini=
stra: ⁊ medicus qui curabat euꝫ
incidebat de carne dicti aposte= Medicus.
matis ⁊ nihil sentiebat inde. et
intantum durauit hoc qd ꝑue=
nit nocumentum vsqꝫ ad cor. et
mortuus fuit secūdo die hac de
causa. ¶ Hec apostemata sunt
difficilis cure valde eo qr humo

res sunt adusti: et ideo sunt grauis et dure digestionis intm̄ quod non põt cõuerti ad saniem laudabilem atq̧ albam: immo cõuertũtur ad saniem turbidã: atq̧ nigram et virulentã: et nullum apa gram et virulentã potest pfecte curari. nisi magnũ potest pfecte curari. nisi pri⁹ deueniat ad perfectã digestionem et ad saniem laudabilẽ cõuertatr: cognoscẽdo firmiter quod oẽ apa melencolicuʒ aggrauatr et multiplicatr in nocumento ex tactu ferri et stĩb⁹: et istud apa est corrosiuũ et corrodit valde in circuitu sui: et tũc tpis qñ pr meus obijt cui de⁹ anime sue misereatur eram in studio. sit ergo regimẽ

Cura difficilis.

hui⁹. s. de altahalep tale. In primis minue de sanguie si ɔditiones cõsenserint: et postea purgabis eũ pluries cũ reb⁹ purgantibus melencoliã: et pone sup apa calefacientia et mitigãtia dolorem. Quod si apa nõ aperitur: sʒ resoluitur qd resoluẽdũ est de subtili: et mitigatur qd est mitigãdũ de dolorib⁹. Scias quod medicus magnũ quid fecit valde. et iã curauit maiorem partem egritudinis: eo quod quauis reliquie huius apatis fuerint putrificate nihilominus remanebit quin infirmus oẽs suas faciat opatiões. Si vero a principio nõ fuerit seruatũ istud regimen: et humores apatis incipiũt ad putredinem deuenire: et infirm⁹ fuerit senex: nõ expectes curã in ipso: immo dicas: et habeas eũ p desperato: et rege infirmũ blandiẽdo ipm cũ oleo rosa. et suis sitibus quauis nihil pficiat. Cum aũt fueris in principio huius fac ei istud emplastruʒ postq̧ fuerit purgatus pluries a melencolia sicut dixi.

Emplastrũ.

℞. farinam ordei. rosarum: farine fabarum, camomille yringorum ana. ℥. ij. seminis lini. seminis altee: qd arabice dr chatemi añ. anr. iiij. foliorum vitice: carobe porcine añ. anr. ij. pistentur que libet p se et cribra q̄ sunt cribellãda: et distempera ea cũ aqua rosacea: in cui⁹ vniuscuiusq̧ lib. sit distẽperata. ℥. s. tyriace alternt. i. liberatrias. Et istd emplm pone super locũ ponendo desuper emplastrũ folia vitis recentia: et cũ fuerit exiccata mutabis illa. Si vero dictũ apostema fuerit ex humore flegmatico grosso: pro maiori parte curatr. Et mihi euenit cuʒ essem iuuenis: et passus fui multos et intensos dolores anteq̧ aperiretur: et postq̧ apertum fuit: liberatus fui cõplete. Quod si hec passio euenerit alicui seni qui sit sicce cõplexionis subtilia regimen ei⁹ quantũ potes: ita quod non comedat aliquod habens grassitudinem: et sufficit ei dare pullas paruas et factas in tassea cũ aceto et pane bene fermentato: et da ei bibere qualibet die. ℥. s. syrupi squinzabin cum ℥. v. aque decoctionis yringorum. Et sit decoctio talis: scilicet in. vj. anr. yringorum ponantur ℥. x. aque: et bulliant vsq̧ ad cõsumptionem medietatis: et cũ illis. v. ℥. decoctionis distemperabis dictum syrupum: et dabis de isto omni mane: vt dictũ est. Et pone desuper emplastrũ factuʒ cũ farina ordei et yringis: et camomilla. añ. equales partes. pistẽtur et distemperentur cũ aqua et tertia parte sui aceti: et desup emplastrum pone folia vitis vel sicle. quod si apostema ad maturationem deuenerit stude: vt os seu apertura fiat inferius: et vbi vis quod rumpatur pone illic stercus colũbinũ mixtuʒ cũ butiro

secūdū aperturā quā intendis facere:⁊ cum apertū fuerit euacua saniem:et intus pone licinium seu tētā madefactam in melle dispumato et decocto cū aqua vsq ad spissitudinem retinendo illud liciniū nocte tota et mane remoue illud et pone aliud madefactum i emplastro alnacli mixto cum oleo rosaceo equaliter ⁊ bullitis ad spissitudinē mellis:et permaneat sic p totā noctem:⁊ ƒm patiēs fuerit delicat⁹ vel non delicatus:pone de vitriolo in alnachi plus vel min⁹.Et si videtur tibi difficile equare concauitatem vulneris dicti apatis carni bene: accipe fulliginem fornacis vbi funditur es ⁊ tere eam:⁊ ablue illam cum aqua multotiens:et de illo puluere sparge super licinium:et tandiu pone in vulnere donec optime sigillet.Si autem dictum apostema fuerit ex humore sanguineo febris erit fortior:sed citi⁹ liberabitur. Et cura ipsi⁹ est flobotomare pri⁹: et postea desup ponere mitigatiua doloris et narcoticha. ℞. apta valde ad hoc. ℞.farine fabaꝝ:ꝑigoꝝ camomille:spuina folia vitis.añ.eq̄les ptes:pistētur et distēperētur cū agresto:et pone desuper:⁊ sup emplastruz pone folia vitis recētia:⁊ cū incipit exiccari madefac ipsuz cū aqua rosacea.Si autem ad saniem deuenerit:fac ei curā predictaz in flegmatico:excepto ꝙ in isto magis sollicitus esse debes infrigidare:⁊ in illo magis intēdere debes in subtiliare:incidere:⁊ dissoluere.Si autē p̄dictum apostema ex colerica fuerit non proficiet ei vnguentum alnacli:immo magis infert no cumentū:nec etiā acuta vel acetosa : sed sufficiet ei supponere cortices cucurbite vel angurie vel horum similia.Sciendo qđ in ista regione oīa apata q̄ nascūtur in predictis locis nominātur altahalep:⁊ greci ipsa nominant babni.q̄ autem fiūt ex humorib⁹ adustis non recipiūt digestionē quēadmodū dixim⁹ et ꝑpter hoc nō curant:⁊ ex hac egritudine obijt pater me⁹:cognoscendo ꝙ hoc apa est corrosiuum:⁊ corrodit in circuitu sui partes vicinas: q̄re necesse inducit ꝙuis sit in partib⁹ ignobilibus corporis:nedum in nobilibus:vel prope nobilia mēbra : et propter hoc moriuntur pro maiori parte habentes hāc passionem. Altahalep apa.

¶Capitulum.xxxvij.Quod est de apostematibus que dicunt doggam.



ORiuntur aliq̄n in extremitatib⁹ digitorum manuū vel pedu3 apata q̄ dicunt doggā: qđ latine panariciū noiat:⁊ facilior cura et magis laudata est desuper ponere cerumē seu sordities illas q̄ reperiunt i aurib⁹:vł panē masticatum:⁊ si fuerit delicatus sufficiet ei farina masticata ad maturationem hui⁹ apostematis: vel passule pistate:aut fic⁹ vna: quoniam hec passio leuiter curatur ⁊ sine timore.Sed huius egritudinis reperit q̄dā spēs q̄ est valde mala:vez que corrodit extremitatē digiti:⁊ extēdit ad corrodendū carnē viuā manus vel pedis : donec deueniat ad corrosionem maioris partis ipsius.Et hec spēs arabice noiat

egritudo ſpine.Gal. ꝟo nō no=
minat paſſionē hāc ꝑprio noīe
ſed poſuit cām et curā ipſi⁹.Et
poſtq̄ cognoueris hāc ſpeciem
ꝙ ipā creſcit quotidie ⁊ augmē
tatur:ſtude in euacuādo corp⁹
fortiter:ponēdo ī laxatiuis ipſi⁹
res q̄ trahant hūores aduſtos:
Cōue ⁊ de cōueniētib⁹ ad hoc eſt hoc
niēs medicamē.℞.corticis mirabo=
medi= lanorū ⁊ kebulorum:et indorū:
camē. epithimi barburie.i.polipodij.
añ.auī.x.ſene kartami.ſeminis
vrtice.añ.auī.v.piſtenī optime
⁊ addaī iſtis q̄tū eſt q̄nta pars
omnium dictarū medicinaruz
de violis ⁊ florib⁹ nenufaris:et
infunde omnia in aqua calida
tanta vt cooperiantur ex ipſa:⁊
coleī in mane fortiſſime expri=
mendo:⁊ in.vj.ʒ̄. iſti⁹ colature
ponaī.ʒ̄.j.⁊.5.ſyrupi de liquir.
⁊.ʒ̄.j.⁊.5.ſyrupi de cortice citri:⁊
adde huic octauā partē auī.de
ſcamonea:⁊ octauā ꝑtē auī.de
maſtice.Et ſi nō purgareī ſuffi
cienter cū iſtis adde de reſiduo
aq̄.ʒ̄.ij.⁊.ʒ̄.5.ſyrupi ſq̄nzabin:⁊
ciba eū poſtea gallina elixata ī
taſſea:⁊ in die añ aſſumptionē
medicine dabis ei ſiclas elixa=
tus ī veſperis:⁊ ſi nō fueris ſtu=
dioſus in liberatiōe hui⁹ ante=
q̄ deueniat ad maturationē et
cruptionē parum ꝓficiet ei cu=
ra et medicatio poſtea:ꝙ ſi de=
nigratur in circuitu apātis ⁊ in
duratur quēadmoduz deuenit
inimico meo qui nominabatur
zacha zacharū qui miſit pro me poſt=
rum. q̄ exiui de carceribus hali filij
Joſeph:et inueni quod corā eo
erant plures medici et cū eſſem
propre eum ipſe extraxit pedez
ſuum:⁊ tere qđ non poſuit ipm
in ſinu meo:ſicut aſſuetus erat
facere alijs medicis:⁊tūc elon=
gatus fui ab ipō:⁊ conſideraui
quod corruptio erat in circuitu
apoſtematis: quare dixi ei qđ
impoſſibilis erat cura ei⁹ om=
nino niſi cyrologus incidat car
nem illam totaz cum raſorio q̄
eſt in circuitu apoſtematis:qui
cum audiſſet hoc incepit furere
valde et anguſtiari:⁊ medici in
ceperunt ei blandiri tradendo
obliuioni precepta antiquoruz
qui preceperūt ꝙ nō debemus
blandiri infirmo in egritudini
bus.Quare promiſerunt infir=
mo remouere eam bene cū me=
dicinis mortificatiuis:q̄b⁹ dixi
ꝙ nō cognoſcebā nec videbam
vllo mō ꝙ illud facere poſſent:
eo ꝙ anteq̄ mortificata ſit illa
caro mala:denigrabitur altera
que ſuccedit:⁊ ſic cōcordati fue=
ſunt oēs remouere eā cū medi=
cinis acutis:q̄bus dixi ꝙ nō po
terāt iſtud facere aliqua ratiōe:
et ſic receſſi ab ipō:⁊ medici for
titer inceperunt me accuſare:et
dicere ꝙ nō poterā inimicitiaz
cooperire quā habeo erga euz:
tñ q̄uis ei⁹ inimic⁹ eſſem ꝑ cer
to dicebā veritatē:vñ iſta de cā
imaginauerat nocere mihi:ſed
de⁹ abſtulit ei potētiā:neq̄ ſui
medici aliquid ſibi ꝑfecerunt:
ſed poti⁹ ei intulerūt grauamē
et validū nocumētū.Et accidit
qñq̄ in hac paſſione ꝙ corrum
piī os et denigraī:quare īpoſſe
eſt ꝙ ſup illud os poſſit caro ge
nerari:nec cōdēſari: vñ neceſſe
eſt radere illud fortiter:⁊ cū ra=
ſorio incidere carnē illā totaz q̄
eſt infecta ⁊ corrupta:⁊ ſubtilia
re regimē ei⁹:⁊ ſup locū pone fa
rinam ordei cum indico quorū
partes ſint equales:⁊ cum vul=
nus ſaniem eiecerit:pone tunc
farinam orobi mixtaz cū melle

et innunge partes vicinas que sunt in circuitu apostematis cũ oleo rosaceo aromatizato: qm̃ possibile est cum hoc regimine: videbis rẽ laudabilem cum adiutorio dei: quod si cõplo͛ patientis fuerit sicca valde: et fuerit senex adde farine ordei et indico q̃tum est quarta pars eorum de thure adusto.

¶ Explicit liber scđs theysir.

¶ Incipit liber tertius qui est continens tractatus tres. Quorum tractatuum primus continet capitula tredecim.

¶ Capl'm p̃mũ. Qđ est de febribus effymeris.



Dixit seru⁹ auenzoar quod cõsuetudo est medicorum nominare vnũquẽq; calorem exeuntem a corpore preter naturam: febrem. Sciendo qđ ex febribus quedã fiunt in spiritibus: et cum dico spirituz intelligo substãtiã subtilem q̃ est in corde: que quidẽ substãtia in intellectu nr̃o breuis est ad intelligẽdũ. Sz viuim⁹ donec ipsam habemus: et morimur qñ deus ipsam a nobis vult remouere: et q̃dã febres oriuntur in humorib⁹: et aliq̃ generantur in substãtialib⁹ mẽbris. Et nunc incipio ab ea que ortũ habet a spiritibus. Et dico quod hec febris parte generat a causis extrinsecis sicut a forti ira et a superfluis vigilijs: aut ab intenso et forti labore: et exercitio exiens a natura vel ex contractione superflue more in sole: aut ab intẽsa frigiditate aut ex balneatione in quibusdã aq̃s stipticis sicut in aqua vitrioli vel aluminis et suis similibus. Ira autem procreat febrẽ: eo q͛ ab ipsa inflammant sp̃us cordis et toti⁹ corporis: et inde sequit͛ effymera: que cuz recedit a corpore non redit ampli⁹. Et hoc intelligẽdũ est dũmõ humores temperati fuerint et equales in corpore i q̃titate. s. et qualitate: et interdũ durat per tres dies: et hoc est raro. Et hec febris dicitur effimera: si vero humores non fuerit in corpore temperati equales: sed exeunt ab equalitate et tẽperie in q̃titate et qualitate vl' substãtia: tũc ad putridã leuiter poterit deriuari: vel ad aliam speciẽ febris: de quibus rememorat⁹ ero cuz de putridis ptractabo. Cura aũt huius effimere q̃ ab ira p̄cedit est infirmũ letificare donec remoueatur ira: et nõ sub tilies ei⁹ regimẽ multũ: et da ei bibere syrupũ mitigatiuũ et refrenatiuũ ire: sicut est syrup⁹ de buglossa cui⁹ dosis sit. ℥.j. cum ℥.v. aq̃ rosacee et quiescat absq; exercitatiõe aliqua: et videas vrinã ei⁹. Qđ si signa laudabilia i ipsa apparuerint attestantia sanitati: scias q͛ liberabit ab ip̃a: ita q͛ non redibit: et signũ certissimũ huius est hypostasis alba pineata et lenis: et equalis: ita qđ in motu vasis cito abscendit sursum: et cito redit inferius ad suam debitã dispositionẽ: et in isto signo nunq̃ cognoui errorẽ tp͛ib⁹ vite mee: quare cum vides hoc certissime scias qđ non redibit. Et si cum tali ypostasi vrina fuerit in colore et i substãtia sil'is vrine sanoꝝ adhuc certior esse poteris q͛ non redibit.

Cura huius febris

In illa etiam que fit ex cogita=
tionibus ⁊ vigilijs seruabis p̄=
dictum regimē p̄ter quod in
illa que fit ex vigilijs debes in=
firmū sollicitare vt dormiat diu
et confert odorare flores nenu=
faris:⁊ vngere nares eius cum
oleo seminum cucurbitarū vel
cucumeris:⁊ potus eiꝰ sit syru=
pus violaceus:vel de buglossa:
quoniam conferunt:⁊ cū vide=
ris signa laudabilia cibabis
eū pullis vel carne edi lactan=
tis.et hec cura sufficit ī illa q̄ fit
ex ira ⁊ sollicitudinibus : et co=
Effi- gitationibus ⁊ vigilijs. Effime
mera. ra autem que fit ex fatigatione
et labore indiget maiori cura:
quoniam oportet vt ponas euz
in tina plena dulcis aque te=
pide:ita quod balneetur corpꝰ
totum preter caput:⁊ fricet̃ cor=
pus eius totū in exitu cū inte=
rioribus melonum:vel pulpis
ipsorum quando sunt bene ma
turi:et si non reperiuntur melo
nes recipiant̃ semina eoꝝ ⁊ pi=
stent̃ optime:⁊ cū ipsis fricetur
corpꝰ pfecte vt exeāt vapores fu
mosi q̄ resoluuntur vel resoluti
sunt a caliditate febrili:⁊ postq̃
videris signū certissimū quod
tibi iaz nominaui:hr̃e debes ꝓ
cōstāti quod non redibit febris
āpliꝰ:⁊ potꝰ istoꝝ sit sicut potꝰ
p̄dictorū. Et ille etiā q̄ incurrit
effimerā ex cōtractione more in
sole balneet̃ silr̃iter:⁊ regat̃ regi
mine dicto:ꝙ si causa solis ha=
buerit, dolorē capitis intensuz:
infunde caput eiꝰ oleo rosaceo
aromatizato si tp̄s ⁊ etas et re=
gio ⁊ cōplo cōsenserint:⁊ infun
de sic:conquasset̃ cum isto oleo
tātūdē aq̄ dulcis:⁊ distilla eam
ab alto ꝑ cannulā:vel cuz aliquo
vase habēte orificiū strictum:fa
ciēdo ꝙ infirmꝰ sit sedēs:⁊ tal̃r
sup caput distillet̃ vt spargat̃ ꝑ
totū:⁊ in camera ipsiꝰ sparge:⁊
suspēde folia cānarū seu arūdi=
nū:et vitis:et mirtelle:rorando
optime domū cum aqua:et hoc
etiā ꝯfert p̄dictis effimeris:⁊ cō
sidera vrinā:ꝙ si videris ī ipsa
ypostasim residētē in fundo al=
bā ⁊ subtilē ⁊ regulatā ī oībꝰ si=
cut dixi:scias ꝓ certo ꝙ nō redi
bit febris. Sz ille qui causa fri=
goris patit̃ effimerā est balneā
dus in aqua dulci:silr̃ fricando
eū cū semine melonis:et det̃ ei
omni mane de syrupo sq̄nzabi.
℥.j.cū.ʒ.iiij.aq̄ calide:⁊ cibetur
pullis si videris ꝙ in vrina sit
ypostasis alba residēs ī fundo
et continua atq̃ lenis ⁊ ceteris
bonis dispositionibus regula=
ta. Sz illi q̄ patit̃ eā causa bal=
neationis in aq̄s stipticis ape=
riant̃ pori ipsiꝰ:⁊ hoc ponendo
euz in balneo dulcis aq̄ tepide
fricādo eum cum melonibꝰ:vel
cū seminibꝰ ipsorum. Et si vide
ris signum laudabile prenomi
natū ī vrina:cibabis eū pullis
elixis in tassea cuz modico ace
ti. Si vero cum ista febre nō ap
paruerit in vrina dicta yposta
sis laudabilis:sciat proculdu=
bio quod redibit febris et trāsi=
bit ista febris ad aliam speciem
febris : et hoc secundum quod
corpus fuerit dispositum ⁊ pre=
paratū:quod si ypostasis nō re=
sidet in fundo:sed est pēdens ⁊
nigra vel tēdit ad rubedinem:
innue ei dietā subtilē ꝓhibēdo
pullos oino:⁊ rege eū cū pulti=
bꝰ farine ordei:⁊ cū pane ablu=
to q̄uis antiq̄ nō habuerit istā
ꝓ subtili dieta:imo s̄z ipos sub
tilis dieta erat nihil dare. Et
tēperata apud ipsos erat dare

mellicratum tātum: sed pro certo dico quod omnes preter hyppocratem tunc temporis erant ydiote ꝛ medicinā penit⁹ ignorantes. Sed illud non tantum eis inferebat nocumentum cā consuetudinis. Sed ille qui nō est assuet⁹ caueat ne faciat istō regimen.

¶Capi.ij. Quod est de febre colerica seu tertiana.

Et iam feci scire quod hec febris leuiter conuertitur ad putridam quod si cōplexio patiētis fuerit simpliciter colerica febris erit de gñe colere que putrescit in venis vel extra venas. Si autē fuerit in venis: erit tertiana continua que fit absq rigore et tipo aliquo. Et si extra venas exiuerit: erit simpliciter tertiana: que quāuis magnam habeat alleuiationem: tamē ex toto non depuratur perfecte: ꝛ cū redit paroxismus mouetur cū acuitate maxima ꝛ furore valido: atq forti: ꝛ pro maiori parte non accidit hec febris nisi iuuenibus et habentibus complexionē calidam ꝛ sic: ꝛ in estate: ꝛ ei⁹ paroxismus durat a .vj. horis vsq ad .xij. ꝛ permanet tā diu dicta febris quousq materia seu humor a natura digeratur ꝛ postea expellatur ab ipsa: et scias, quod i ista egritudine nō erit salus perfecta: nisi prius in die indicatiua signa digestionis apperuerint sicut in vrina apparet ypostasis alba tali modo, vz. quod in aliqua die laudabili pmo appareat ypostasis pendens in medio vasis: tēdēs ad rubedinem: ꝛ in alia die indicatiua sit dalbata: ꝛ in fundo ꝛ cum sic fuerit, s, qō prio in aliquo die indicatiuo incipit ypostasis in medio apparere cum aliqua rubedine: cū añ nullatenus visa fuisset: ꝛ postea in seqnti die cretico vł idicatiuo in fundo repit eē cū albedine certū ē atq firmum signū liberationis oio cognoscendo qō dicti dies indicatiui vel cretici non sunt neq fiunt in omnibus diebus equalr: sed sunt ꝑm ordinē atq decursum ꝑm quē de⁹ sublimis voluit eos ordinar: ꝛ ego de eis remēorat⁹ ero cū adiutorio dei.

Febris tertiana.

¶Capi.iij. Quod est de febre q̄tiana stratica.



Et potest etiā esse quod dicta febris effymera cōuertatur ad stratica ꝑm preparationē corporis s, sue complexionis ꝛ dispōis: ꝛ hec febris habet paroxismum in omni die ꝛ eius putredo est ex state: quare longior existit valde quā tertiane. ꝛ eius peroxismi similiter lōgiores existūt q̄ ipsi⁹ tertiāe: ꝛ pp hūiditatē hui⁹ statis citi⁹ ꝛ facili⁹ recipit putredinē. vñ poxismi fiūt i oi die: ꝛ patiēs modicā pcipit alleuiationē vel reqē iter vnū porismū ꝛ aliū. Cōsulo ergo vt medicus sit studiosus in dirigendo hunc humorem. scz in subtiliādo ipm ꝛ incidēdo ꝛ diuidendo: ꝛ hoc cū sirupo sqnzabi. ꝯposito dādo ei oi die de ipso. ℥.ij. cū ista decoctiōe. ℞. radicis lilij: ꝛ radicis feniculi: añ. pōd⁹ vni⁹ denarij: seis melonis ꝛ folij: polij montani. añ. partes tres denarij vnius: cētauree minoris q̄rta ps aur. vni⁹: liqritie mūdate ad pōd⁹ oiu: ꝯq̄ssēt q̄ sūt ꝯq̄ssanda ꝛ pōant ad ignē cū. ℥. x. aq: ꝛ bulliant lento igne Decoctiōis.

vſqꝫ ad conſumptionem tertie
partis: ⁊ colent̄ ⁊ cum iſta deco
ctione diſtempera predictum ſi
rupuz: ⁊ propina ei omni mane
in ieiunio: cum aūt ſirupus de
ſcēderit de ſtō ciba eū pullo de=
cocto cum aceto: ⁊ cum pane be
ne fermētato: ⁊ conuenit cuilibet
medico vt faciat ſcire patiēti qꝺ
hec febris eſt longa ita qꝺ dura
ta.xxi. die vſqꝫ ad quadrageſi=
mum: ⁊ pōt ꝑuenire vſqꝫ ad ſe=
xageſimū: ⁊ hoc totū ꝑuenit ſm
groſſitudinē: ⁊ viſcoſitatem hu=
moris. Et ſcias quod hec febris
multotiēs perducit ad ydropi=
ſim: quare difficilis curationis
atqꝫ graui⁹ exiſtit: ⁊ infirm⁹ re=
manet in periculo grauiſſimo
atqꝫ forti.

¶ Cap.iiij. Quod eſt de ſangui
nea febre.

ET poťe eſt qꝺ ſupra=
dcā effymera cōuer=
tat̄ ad febrez ſangui
neā: cuius tres ſunt
ſpēs: quia aut īcipit
a principio ſui aſcēdere: et non
ceſſat ſic aſcēdere vſqꝫ ad finem:
ſeu vſqꝫ ad creticam ſui determi
nationem: ⁊ alia ecōtrario: que
incipit ſummo ⁊ ſemper ꝓcedit
deſcēdēdo vſqꝫ ad creticam ſui
determinationem: ⁊ tertia eſt q̄
permanet in vno tenore ſeu ſta
tu vſqꝫ ad finē: ⁊ hec febris cōti
nue ⁊ ſemꝑ affligit vſqꝫ quo in=
firm⁹ morit̄ cū ipſa vel liberat̄: ⁊
pro maiori ꝑte non accidit hec
Cura. febris niſi iuuenibus. Cura hu
ius eſt flōmia ſubtrahēdo de ſā
guine vſqꝫ ad ſincopim: cū ſciue
ris pro certo qꝺ febris ſit ex ſan
guine: qm̄ ſi ſic certiſſime fuerit
liberabis in vnā die vel in vna
hora: aut an̄ ligationez brachij:
cū hac conditione qꝺ patiēs ſit
euacuatus a colera an̄ flōmiam
duas vel tres ſellas.

¶ Capi. v. Quod eſt de melen=
colica febre.

ET pōt ēē eſſe qꝺ effime
ra cōuertat̄ ad melēcā
febrem: ⁊ efficiēt quarta
na: q̄ ē grauioris ⁊ diffi=
cilioris tardiorꝫ digōis q̄ꝫ quot=
tidiana flatica: ſꝫ iſta nō eſt ita
deceptibilis ⁊ malicioſa ſicut q̄t
tidana: q̄ꝫuis ſicut diximus ſit
longioris ⁊ difficilioris digeſtio
nis ipſa quottidiana ⁊ pro ma=
iori parte nō curatur niſi ī eſta=
te: ⁊ paroxiſmi ipſius fiūt de q̄r=
to in quartum diem: ⁊ duobus
dieb⁹ eſt inquiete: ⁊ ꝑoxiſmi hu
ius ꝓlongant̄ diutius q̄ꝫ ꝑoxiſ
mi flatice: ⁊ hec febris naturalr̄
multū ꝓlongat̄: qm̄ plries vidi
cā incipere in eſtate: ⁊ nō dimit
tere vſqꝫ ad aliā eſtatem: ⁊ qn̄qꝫ
ꝓlongatur vſqꝫ ad duos annos
⁊ interdūm plus: ⁊ hec pro ma=
iori parte nō accidit niſi ſenib⁹
⁊ illis qui vtunt̄ carnes groſſas
valde ⁊ caſeū ſalſuz atqꝫ vetus: ⁊
qui vtūtur cōedere carnes arie=
tū magnorū: ⁊ hircorū ⁊ caſtra=
torum: ⁊ etiā q̄ aſſueſcunt come
dere piſces magnos et veteres
valde: ⁊ carnes ſalitas quorun
cunqꝫ generum ſint: ⁊ oliuas: ⁊
melongenas. Et in ſumma di=
co quod hec febris accidit illis
in quibus mlīa ꝑdn̄atur: ſi=
ue a complexione ſua radi cali:
aut a cibis malis generantib⁹
illum humorem: ⁊ cum incipit
paroxiſmus huius videt̄ infir=
mo quod grando cadat ſuper
dorſuz eius: ⁊ incipit cum tuſſi:
et cū recedit paroxiſmus rema=
net mūdus omnino longe pluſ
quam in quottidiana: quia in
quottidiana non depuratur pa

tiens perfecte nisi post vltem liberationem: et hucusque rememoratus sum: et rememoratus ero de istis simplicibus febribus particulariter: vt per simplices intelligas compositas: cognoscēdo tamen quod pro maiori parte vix reperiuntur febres ex humore vno simplici: ita quod possis dicere quod ex pura colera fiat febris: cum sit calida et sicca valde et subtilis substātie: quod si accidit hoc est in minori parte: sed denominatio: ita quod quando colera dominatur in aliqua febre dicitur colerica: que cum putrescit intra venas facit febrem absque rigore: sed cum estuatione et calore valido atque forti: et cum multa siti. Cum autem putrescit extra venas fit cum rigore forti: et sudat infirmus in declinatiōe et remanet quietus: et due he febres scilicet tertiana continua vel interpolata creticant pro maiori parte a .xiiij. die vsque ad .xvij. diem nisi error superuenerit ab infirmo vel ab alijs. Sciendo tamen quod secundum mixtionem colere remittuntur accidentia: et prolongatur febris plus vel minus.

¶ Capitulum .vj. Quod est de febre que fit ex colera vitellina prassina aut eruginosa.

Et potest etiam fieri febris ex colera que in vltima caliditate et siccitate existit cum substātia spissa atque grossa: sicut est colera vitellina et prassina aut eruginosa. Et potest esse quod hec colera sit admixta flati: sed denominatur colerica a dominio: et secundum quod elongantur a simplicitate et puritate colere: secūdum illud prolongantur paroxismi et accidentia sunt quietiora: et ista febris tertiana quando fit ex colera vitellina que est mixta flati facit paroxismos longiores quam que fit ex simplici colera atque pura.

¶ Capi. vij. Quod est de cura febris tertiane nō pure que fit ex colera mixta flegmati.



Cura huius est potare infirmum cum rebus temperate frigidis et abstersiuis: et his que habēt prouocare vrinam et sudorem: sicut sunt ista: ℞. semina melonis et cucumeris: et florum camomille ana auri. x. seminis lini: et fenugreci: et orobi ana auri. iij. squinanti sparagi: spice nardi: masticis et seminis feniculi ana auri. v. cōquassentur que sunt cōquassanda et ponantur in duabus lib. aque dulcis: et bulliant vsque ad consumptionem medietatis: et colentur: et in hac colatura ponantur libre .ij. zuccari: et libre .ij. mellis: et lib. j. aceti: et bulliant iterum simul vsque ad spissitudinem syrupi: et de isto detur infirmo omni mane, ℥. ij. cum .vj. ℥. aque: et ciba eum pullis paruis decoctis in agresto vel cum aceto. Sed febris illa que fit ex colera prassina vel eruginosa est fraudulēta et deceptibilis multum: et eius accidentia sunt difficillima et perniciosiora atque fraudulentiora valde accidentibus predictis que sunt in illa: que fit ex colera vitellina: et pro maiori parte non euadunt infirmi ab ipsis quin moriātur: et qui euadūt liberantur cum difficultate: et post longum tempus. Et cum inuadit paroxismus huius febris

Cura huius febris

angustiatur patiens multum: & habet inquietudinem magnam cum siti valida atq; forti: et habet alienationes varias atq; magnas: & iactat se per lectum huc & illuc: & cum instantia vigiliarum. et pulsus patientis in febre est durus: parvus atq; diversus & p maiori parte finis hui⁹ ē mal⁹ & in minori: parte liberantur: & q̄ evadunt cum difficultate evadunt & post longum tp̄s. Et accidentia q̄ superveniunt in hac febre sunt pessima & fraudulenta: atq; deceptoria: q2 urina talium est pertinens ad viriditatem vel nigredinem: et ypostasis etiā eius est talis & cum pēdet ypostasis talis ī medio: moritur patiens in brevi: & quādo est in fundo adhuc citius. Qd̄ si in die cretica incipiat apparere urina nigra absq; ypostasi: est signū fortitudinis virtutis expulsive: quare bonum est: et signum salutis. Sed ypostasis nigra est mala: quia significat lassitudinem virtutis in digerendo hunc humorē: eo qd̄ qñ natura est fortis & boni esse: convertit ypostasim ad albedinem: et cū deficit natura: color ypostasis fit niger & moritur patiēs velociter: si fuerit dicta ypostasis in fundo vasis: & si fuerit pēdēs in medio tardatur mors. Et est elongatio necis secundum elōgationē ipsi⁹ ypostasis a fūdo.

¶Cap. viij. Quod est de febrib⁹ compositis.

Scias qd̄ diversitas febriū cōpositarum est ſm diversitatē humorꝫ q̄ adinicē ɔponūtur: et accidentia etiā ipsarū diversificant secūdū varietatē dictarum cōmixtionū & medicus qui perfecte cognoscit simplices. ex ipsis sciet & cognoscet compositas.

¶Ca. ix. Qd̄ est de signis febris tertiane.



Febris aūt tertiane signa sunt: calor estuosus & fortis & sitis itēsa cū istātia vigiliarū & vigilationes: q̄ cū est intra vasa: est continua & absq; rigore. Sed cum est extra vasa: fit cū forti rigore: & hoc iō q2 colra spgit exterius ad membra sēsibilia: & mordicat ea: & accidit ei sicut illi cui spargitur subito aqua calda super eam: qui cōtrahit & patit rigorē: & sicut accidit vulnerato qñ pcutit sup idē vulnus: & paroxismi istius sunt breves & inadunt d̄ tertio in tertiū.

¶Ca. x. Qd̄ est de signis febris sanguinee.



Od⁹ vero sanguinee febris est q2 ɔtinue affligit: et patit siti & vigilias: & hꝫ pturbationē mētis. Sꝫ vapor q̄ pcedit ab hac febre nō est in tm̄ mordax: sic ille q̄ exit a tertiana.

¶Ca. xj. Qd̄ est de signis febris quotidiane.

Signa aūt q̄tidiane sūt q2 ē absq; rigore: sꝫ hꝫ frigus & spāltr extrema ifrigidant valde: & hꝫ alices & oscitatiōes: & lachrymat oculi eoꝝ. & iterdū patient sincopim pter revocationē et cōstrictionem caloris naturalis ad iteriora corporis. Et paroxismi huius sunt lōgiores pdictis febrib⁹: & corrūpit seu destruit ap

petitus stomaci eorū: ⁊ sunt absqꝫ forti siti: ⁊ pulsus non est durus neqꝫ multū diuersus vel variabilis: neqꝫ tante velocitatis sicut pulsus colerice: ⁊ vrina eorum est spissa: et non deputatur perfecte inter vnum paroxismū et alium.

¶Cap̄. xij. Quod est de signis febris quartane.

SIgna antē quartane sunt hec scilicet frigꝰ magnū cum orripilatione et videtur patiēti quod grādo cadat super eum vndiqꝫ: ⁊ paroxismi istius sunt longiores quam quotidiane: sed depurātur perfecte magis quam in quotidiana: et oēs isti humores diuersificantur et variantur sm diuersitatem suarū specierū: eo qꝛ plures sunt species colere: ⁊ plures similiter sunt species flegmatis et melencolie etiā ⁊ sanguinis. Et nō rememoratꝰ sum hec nisi signa simpliciū febriū in qbꝰ nulla est admixtio alterius humoris: quāuis vix nō reperiant̄ omino simplices atqꝫ pure sine aliqua admixtione in rei veritate: sed intellectu solo apprehendūtur. Cū aūt perfecte cognoueris simplices febres ⁊ signa earū: ex ipsis habebis notitiā: cōpositarū ⁊ suorū accidētiū. Et iā superius cōmemoraui ⁊ sufficiēter declaraui curā vniuscuiusqꝫ humoris. Cū aūt videbis febrē cōpositā ex duobꝰ humoribꝰ cōpone medicinā sꝫ illā cōmixtionē: agēdo plus cōtra humorem predominantē. Et cū sic feceris habebis ꝯsuetudinē inde: ⁊ erit tibi leue curare has febres et egritudines.

¶Caplm. xiij. Quod est de febre ethica ⁊ signis et cura eius.



ET est adhuc alia species que dicitur ethyca: et hec pro maiori pte nō accidit nisi post alias febres cronicas que debilitāt corpora ⁊ exiccant humiditates: ⁊ inde corpꝰ acquirit siccitatem et caliditatem: et ista febris proprie fit in radicalibus membris: ⁊ pro maiori parte fit post effimerā. Et hoc quādo corpus preparatuz est ipsaz recipere ⁊ maxime cor: et hec febris permanet: et generatur in radicalibus membris propter siccitatem eorum: sicut ignis permanet ⁊ reseruat̄ in rebus siccis multū: qm̄ videmꝰ ꝙ lapis calcis qn̄ tangit̄ sentitur frigidus: ⁊ cū tangitur ab aqua incenditur: ⁊ ardescit ardore valido atqꝫ forti: ita ꝙ manifestissime percipitur ⁊ sentitur. Et sic est de illo qui patitur hanc febrem: quia cum tangitur corpus eius sentitur esse calidum non forti calore: et cum cibatur: siue illa cibaria sint calida seu frigida: post duas horas vel tres inflammatur corpus eius totum: ⁊ anhelitus eius fit frequens ⁊ magnus: ⁊ pulsus eorum est durus et tensus: ⁊ remanet in hac dispositione vsqꝫ ad complementum tertie digestionis: et postea paulatine diminuitur dicta inflāmatio atqꝫ calor. Et hec febris in principio sui leuis est ad curandū. Et cura eius est ponere infirmū i balneo dulcis aque tepide pluries in die. Et da ei quolibet mane in diluculo de lacte capre recenter mulcto: ⁊ sit capra parua que

Cura huiꝰ febris.

generet multum lac: et moretur capra prope lectum patiētis: ita vt incontinenti post mulctionē ipsuz recipiat ne corrūpatur ab are: et mala inde fit digestio.. Et istud fieri debet tam in calido aere quā in frigido: eo quod lac velociter corrumpitur: ꝛ alteratur: et cum est corruptuz non facit laudabile nutrimentū. Et incipiat bibere de isto ab. ℥.j. et gradatim ascendat vsq̧ ad lib. j. quia si inciperes dare quantitatem magnaz a principio coagularet in stomaco: et inde mala et corrupta fieret digestio et quod hoc habet remouere est: vt ponat aliquid mellis dispumati in fundo vasis: et super illud mūgatur lac: ꝛ misceatur simul et propinet infirmo ſm mēsurā ꝛ ordinē supradictū: ꝛ post potum lactis non comedat aliquid oīno donec digeratur. Facta autē digestiōe si vis iterum dare sibi de lacte ad comedēdū da: et si nō est assuetus ciba euz pane frumēti bene fermētati: et carnibus assuetis: tñ omni mane da ei lac ſm ordinē dictum: ꝛ carnes eius sint galline elixe et preparate in tassea. Et oīi hora quādo stomacus est vacuus a cibis pone eum in tina aque dulcis tepide: et post exitum cibabis eum: ꝛ sic remouebitur febris cuz adiutorio dei. Et scias

prim⁹ grad⁹ quod ethica habet tres gradus primus est facilis curatiōis: eo quod nondum finita est humiditas in radicalibus membris.

Scōs Gradus autē secundus est quā do calor profundus est in humiditate rorida: que imbibita est in radicalibus membris: et hoc etiā bene curatur: si perfecte regitur. Et gradus tertius est: quando calor profundatus est in ipsis radicalibus mēbris. et hoc postquam humiditas eorum ex toto est consumpta atq̧ finita: et hoc ex toto est impossibile ad curandum. Sciendo similiter qḋ quilibet ex istis gradibus habet alios gradus ita quod aliq̄ sunt qui citissime curantur: et quibusdam eorū prolongatur sanitas plus vel minus: et sic etiam aliqui cito moriuntur.: et quibusdam eorum mors dilatatur et prolongatur. Testiculi aūt gallorum qui impinguati sunt ex lacte sunt optimi in hac passione: et etiam qui non sunt ipinguati ex ipso sunt satis boni. Potest autem esse ꝙ hec febris ethica coniūgatur alteri febri: cuius cognitio est difficilis valde nisi illi qui assuet⁹ est valde et longo tempore expe rimentatus: quoniam possibile est quod ethica coniungatur febribus colericis et flegmaticis et sanguineis: et etiam melēcolicis. Et siqnis quesierit dicens quomodo hoc esse potest: quod ethica cum sit calida et sicca iūgatur febribus sanguineis ꝛ flegmaticis que sunt humide. Respon. quod ex membris quedaz sunt sicce complexionis: ꝛ quedam humide: et aliqua frigida et aliqua calida: et etiā in vno singulari membro quamuis sit calide et sicce complexionis est possibile quod in eodem cōmoretur humor frigidus et humidus sicut apparet: et manifeste reperitur in stomacho et in vulua: quia cum sint in aliquibus calide et sicce complexiōis coadunatus in ipsis flegma: quod est frigidum et humidum: ꝛ potest similiter esse econtrario: scz

quod

quod aliqua membra sint frigide et humide complexionis: et i ipsis reperiatur colera que est calide et sicce complexionis: et ex febrib⁹ sicut dixi quedã sunt que fiũt in spiritibus que dicũtur effimere: et quedam putride quarum species sunt quatuor: scilicet quod alique fiũt ex colera: et alique ex flegmate: quedã ex sanguine: ⁊ alie ex melẽcolia. Et cõponunt etiã he febres iter dũ adinuicẽ diuersis cõpositionibus. vз. ꝙ colerica põt componi cũ sanguinea ⁊ cũ melẽcolica et aliqñ cũ flegmatica: ⁊ est possibile ꝙ cõpositio fiat ex vno eo dẽ humore. s. ꝙ colera fiat et sit putrefacta intra venas et extra: et sic erit cõtinua ⁊ interpolata ex eodẽ humore: ⁊ põt esse ꝙ colera fit putrefacta intra venas ⁊ flegma extra vel ecõtrario: ⁊ possibile est ꝙ in oibus istis cõpositionibus paroxismi iungãtur simul: vel incipiant simul: quare accidentia sunt confusa ⁊ mixta adinuicem. vnde sunt difficilis cognitiõis valde: et nõ põt haberi ista cognitio absq₃ studio et labore vehementi cũ magna preuisione: qm̃ graue est et difficilis res valde cognoscere cõpositionẽ interpolate cu₃ interpolata: ⁊ cõpositionẽ cõtinue cũ interpolata: ⁊ etiã qñ sunt ex diuersis humoribus et cõponitur interpolata cum interpolata: vel intepolata cũ cõtinua: et propter hoc ad cognoscendum ista indigemus studio magno cũ preuisione et solicitudine vehemẽti: ⁊ hac de cã non pñt perfecte scribi in libro: et est possibile etiam vt componãtur due febres ex vno humore: ita ꝙ interpolata erit multe putredinis ex vasa et cõtinua pauce putredinis intra vasa: et aliquando reperitur ꝙ ambe sunt magne valde: vel ecõtrario. s. ꝙ ambe sunt parue multum: et commiscẽtur paroxismi adinuicẽ: ita ꝙ vnus subintrat alteri: et cõmiscent̃ simul accidẽtia: et erũt he febres: aut oẽs magne vel oẽs parue: vel alique magne et alie parue. Et cum dico magnã vel paruã: intellige per magnam multam quantitatem putredinis: et per paruam modicam quantitate₃ eiusdem. Et est possibile quod colera que est materia febris sit grosse substantie: et flegma subtilis substantie: vel quod melẽcolia sit subtilis substãtie ⁊ sanguis grosse. Ergo considerandi sunt paroxismi et eorum cursus et considera iterum qũo componuntur interpolate cũ cõtinuis vnius speciei vel diuersarũ specieru₃: ⁊ quo cõponunt̃ magne cu₃ paruis: vel ecõtrario interpolate et continue: et cogita similiter ꝙ vna febris potest componi cũ duabus vel cũ plurib⁹. Et est possibile iterum quod aliquis humor putrefit extra vasa: et cũ hoc habebit pleuresim ad periplemoniam: aut apostema in diafragmate quare paroxismi adinuicem componuntur: ⁊ vnus alteri subintrat: ⁊ propter hoc cognoscere ista difficile est valde: nisi illis qui multũ assueti sunt in his. Sed illi qui non sunt assueti et per longum tempus approbati nunquã ad istã cognitionem poterunt peruenire. Qua de causa medici multũ reperiuntur errare in his. Ergo medic⁹ primo studere debet diligenter in cognoscendo febres simplices. Et postea attendere

Consideratio.

debet sollicite si vna ex compositionibus est: cum aliqua ipsarũ febriũ vel plures ex cõpositionibus. Qd si sic studiose ⁊ attente studuerit leuiter ad cognitionẽ dictarum compositionum poterit peruenire: et q̃to febris fuerit simplicior tanto dies indicatiua et cretica erit faciliouis cognitionis: et quanto fuerit magis mixta: tanto dies indicatiui ⁊ cretici erunt magis confusi et difficilioris notionis. Et ego intendo nunc rememorare de dieb⁹ indicatiuis ⁊ creticis post quã dixero hunc sermonẽ super febres. Esto certus quod multe febres fiunt propter debilitatez virtutis et stultitiam medici. et hoc quãdo medici consentiunt eis comedere plura cibaria quã virtus eorũ sufficiens sit coquere et digerere: et hac de cã fiunt febres: quare necesse est vt propinentur eis cibaria ad pondus donec febris ex toto remoueat: nec post recessuz febris incõtinẽti debes addere in cibis: sed expectare debes vsquequo trãseãt v. dies: et tunc addere debes põdus aur. de cibis: ⁊ sic gradatim ascendere debes: donec fuerit recuperatus: et si sic nõ feceris recidiuabit egritudo. Cognoscendo q᷑ omnes species carniũ febricitantibus citissime conuertuntur ad putredinem. Et est impossibile quod post crisim aliquid putredinis non remaneat in aliqua parte alicuius membri: que potest vigorari et augeri ex regimine malo vel inconuenienti. Et si regitur sicui debet ordinate: natura confortabitur et vigorabitur donec ipsam consumet: ⁊ perfectissime expellet. Completus est tractatus de febrib⁹ cũ laude dei: sm̃ q᷑ mihi sufficiens esse videtur.

Cibaria. (margin)

¶ Tractatus scd̃s de crisi: et est continens capitula duo.

¶ Cap̃. j. Quod est de dieb⁹ creticis.



Nunc icipio rememorari de dieb⁹ creticis: ⁊ dico qd̃ crisis est mot⁹ fortis virtutuz corporis ad expellendũ humorez qui materia egritudinum existit cum adiutorio dei. Quod si humor calidus et acutus fuerit: et regio similiter calida: vel tẽperata: et tempus fuerit estiuũ: ⁊ patiẽs iuuenis extiterit: leniter dictus humor recipiet digestionẽ in breui: sicut in quarto die: vel vsq̃ ad septimũ: dũmodo error nõ affuerit. Et est impossibile q᷑ ante diẽ creticuz non sit aliqua dies que indicet ipsum: in qua virtutes mouentur fortiori motu solito: et apparebit ypostasis alba pendens in medio vasis: que non fuerat ante: que si incipiet apparere in secunda die egritudinis: crisis fiet in quarta: et si in quarto: crisis erit in septimo: et si in quinto crisis fieri in nona die: ⁊ si in nona: expecta crisim in vndeci. Quod si in vndecima incipiat apparere: expecta crisiz in quartadecima: vel in decima et septima: ⁊ si in quartadecima: vel in decima et septima: expecta crisim in vigesima vel in vigesimaprima. Quod si non apparuerint signa digestionis nisi in vigesima die: expecta cri-

Cr[...] mo[...] fo[...] (margin, cut off)

sim in.xxv.vel in. xxvij. Sciẽdo ꝙ post hos dies debilitãtur virtutes corporis super humorem facientem egritudinez. intantũ ꝙ possibile erit ꝙ nõ expelletur egritudo per crisim:sed dissoluetur paulatine donec liberet. Et si erit crisis fiet debilis ⁊ plongabitur vsq ad.xl.diem : et postꝙ̃ transierint.xl . dies visum fuit hypocrati ꝙ non possit fieri crisis vsq ad.xl.dies ,ppter debilitatem virtutis . Et rememoratꝰ fuit hyppocras qđ in omnibus egritudinibus cronicis crises non fiunt nisi in mensibus vel in annis.

¶ Cap.ij.Quod est de signis et accidentibus ipsius crisis.

Nunc autem restat videre ⁊ rememorari accidentia que veniunt et emergunt in diebꝰ creticis.Et dico ꝙ crisis est pugna que accidit inter ꝟtutes corporis ⁊ humorẽ qui causa egritudinis existit:⁊ febrisque fit in die indicatiua est fortior ꝙ̃ que fit in alijs diebus. Et infirmus deterius videtur se habere:q₂ in hac hora patitur calorem maximum:⁊ alienatur:⁊ habet perturbationez mentis:⁊ imaginatur videre que non videt:qm̃ querit paleas vel festucas colligere de pariete: vel ex alijs locis:et forsan ante hoc euenit ei singultꝰ: et dolor colli et capitis et pruritus in naribus : et cum videris in die idicatiua signa sanitatis que predixi.videlicet.ypostasim albam et equalem pendentem in medio:vel substantiam v₂ une spissiorem solito cũ ypostasi tendente ad rubedinem in fundo: significat euasionem et liberationem cum crisi in sequenti die cretica que succedit omnino.Et est possibile ꝙ in die indicatiua apparebunt signa attestantia super euacuationẽ materie egritudinis cum liberatione patientis . Sicut si in die indicatiua exibit vna gutta sanguinis de naribus:aut plures cum pruritu narium et fricatione pronosticabis fluxum sanguinis ex naribus in prima die cretica q̃ succedit euenire:et hoc non accidit nisi post grauia accidentia que precesserunt cum forti febre et calore . Quod si cum hoc in die indicatiua signa laudabilia visa fuerint que diximus euasionem infirmi ex illo fluxu denuntiabis.Si vero infirmus transierit iuuentutem raro creticatur per fluxum sanguinis narium . Et si in die indicatiua fluxus ventris apparuerit:expecta salutem in sequenti die cretica que succedit per eundem: ⁊ si in die indicatiua patiens sudabit aliquantulum cum ypostasi laudabili et alijs signis digestionis.euadet infirmus in sequenti die cretico cum sudore forti vel cum fluxu ventris : aut cum ambobus simul . Quod si in dicta die indicatiua signa vomitus apparuerint:sicut est tremor labij inferioris cum predictis signis bonis : in sequenti die cretica salutem patienti cuz vomitu denuntiabis. Excepto quod humores nõ sint imbibiti in substantia stomachi.Si autẽ in die indicatiua cũ signis laudabilibus predictis patiẽs patietur dolorez post aurem:vel in aliqua alia parte pronosticabis crisim futuram per apostema in eadem parte.Qđ si dictus dolor

fuerit in locis vilibus corporis
relique eũ omnino nature. Qđ
si fuerit in nobiliorib⁹ membris
cõforta membrum cũ his q̃ hñt
ipsum cõfortare: sicut cũ oleo ro=
saceo ⁊ suis similibus: ꝙ si time
res cõuersionem apatis ad inte
riores partes. pone desuper ma
turãtia donec locus rubeat ⁊ in
grossetur ⁊ ad saniem cõuertať.
Cognoscendo ꝙ quilibet mot⁹
q̃ fit a natura: ⁊ quelibet pugna
q̃ emergit inter morbum ⁊ natu
ram: vel ecõtrario qñ fit in predi
ctis dieb⁹ cũ signis digestionis
laudabilis determinatis denũ=
tiabis ꝙ crisis erit laudabilis ⁊
ꝑfecta. Et semper qñ in die indi
catiua signa bona digestionis ⁊
laudabilia apparuerint ꝓnosti
ca salutẽ in sequẽti die crestica
que succedit. Si vero p̃dicta pu
gna vel signa in aliȷs dieb⁹ ap=
paruerint: qui nõ sunt indicati=
ui vel cretici: sicut est sext⁹ dies
vel. viij. vel. x. vl'. xij. aut. xviij. vl'
xxij. vel. xxiiij. aut. xxviij. in oĩb⁹
istis ꝓnostica crisim malam fu=
turaʒ. Quod si virtus patientis
debilis existit morietur: et si est
fortis erit imperfecta ⁊ cũ recidi
uatione. ⁊ finis ad vltimũ erit si
cut placuerit altissimo creatori.
et in omnib⁹ p̃dictis dieb⁹ pari
bus nõ fit crisis ꝑfecta. Et iã no
biles ⁊ sapientes viri repti sunt
dicere super his dieb⁹ creticis. ꝙ
nõ fiunt nisi causa stellarũ: ⁊ ma
xime lune: ⁊ satis sufficit medi=
cis credere ꝙ ita sit postꝙ didi=
cerunt hoc a tãtis ⁊ talib⁹ sapiẽ
tibus qui hoc ꝓbauerunt tp̃e lõ
go. Et experimentuʒ etiam nos
semper certificat sic esse. ergo se
cure possunt dicere medici. Ista
dies cretica est bona: et ista non
est bona: et similiter de indicati
nis. Si aũt febris non fuerit ex
simplici colera: sed erit cõposita
aut patiens transierit iuuentu
tem: vel fuerit hyems ⁊ tp̃s frigi
dum tardabitur crisis in talib⁹.
Et ꝑ maiori parte si febris exti=
terit ex colera nõ pura: non rece
det ad min⁹ nisi vsq̃ ad. xx. diẽ.
Et febris sanguinis pro maio=
ri parte non separatur nisi post
multam euacuationem sangui
nis nariuʒ: vel ex flebotomia or
dinata a medico fieri vsq̃ ad sin
copim aut morietur infirmus.
Et est necesse i hac febre sangui
nis ⁊ in colerica vt ꝑcipias in=
firmo bibere aquam dulcem in=
frigidatam super niuem vel in
puteo: aut aquam ordei tali mo
do infrigidatam. Si patiẽs fue
rit iuuenis et tempus calidum:
et secure ciba eum cucurbitis et
ad potandum etiam dabis ei de
aqua ipsaruʒ. Et he due species
febrium pro maiori parte in bre
ui recedunt. Et hoc cum forti ri
gore: quando in recessu earum
humor spargiť ad exteriora sup
sensibilia membra. Sciendo ꝙ
non pulsatiles vene: nõ sunt sen
sibiles. Et si quis argueret di=
cens. Jam videtur quod Ga. sen
tiat quod sint sensibiles quan=
do dicit ꝙ orificia venarum ape
riuntur propter mordicationeʒ
sanguinis. Quibus dico qđ hec
questio est friuola satis atq̃ va=
na: quia cum dico sensibiles in=
telligo de sensibilitate vitali que
procedit a neruis ad musculos.
Uene vero non pulsatiles ⁊ alia
membra corporis que dicuntur
carere sensu: habent quandam
sensibilitatem naturalem: sicut
videmus habere vegetabilia q̃
sentiunt solem cum aduenit su=
per ea: et mouentur versus euʒ.

Et videmus etiam aliquos flores qui aperiūtur de die: ⁊ clauduntur de nocte: et est iste tamē sensus vnus naturalis. ¶ In febre vero flegmatica non apparent signa digestionis: nec dies indicatiua vel cretica: nisi post xx. dies: vel prope: secundum qꝫ erit natura flegmatis. Et potest similiter eē talis nature flegma qꝫ non apparebunt signa digestionis etiam post dictum tempus. ¶ In febre autē quartana nō eueniunt signa digestionis nisi in mensibꝰ: ⁊ dies indicatiui in ea non sunt manifesti: et si apparent nō percipiuntur nisi in mensibꝰ. s. de mense in mensem. Et pro maiori parte he febres nō recedunt per euacuationem manifestam. Sed per dissolutionem ⁊ cōsumptionem paulatine cōsumuntur ⁊ recedunt. Quare necesse est medico vt ꝓpinet istis ea q̄ habeant humectare ⁊ restaurare. Si aūt signa digestionis apparuerint manifeste: nō tardes ipsum euacuare: ⁊ etiam si a natura euacuaretur: non cessabis pro tanto ipm̄ euacuare ab humore peccante. Et caue quantum potes ne des in principio huius febris tyriacā magnam. Qm̄ si feceris reduplicabitur febris: vel fiet cōtinua. Si aūt perseuerauerit febris de vna estate ad aliam: tunc dare poteris: sed in modica quantitate: scilicet a quarta pte aurei: vsqꝫ ad aureum. ʒ cum aqua calida. Et quemadmodum conuenit in hac egritudine: vt sis studiosus in digerendo et subtiliādo humorem qui est causa huius febris: ita similiter conuenit vt sis studiosus in humectando ipsum. Et pater meus: cuiꝰ anima in manibus dei requiescat: curauit quendam ex quartana tali modo. s. qꝫ precepit infirmo vt qualibet die comedere deberet tria nuclea persicorum mundata cum aqua calida vsqꝫ ad x. dies: et postea purgauit eum sufficienter cum medicamine laxatiuo adducente illum humorem: ⁊ sic liberatus fuit perfecte ita quod medici qui erant in tēpore illo mirati fuerunt valde. Et nobilis senex auēmutharaf quesiuit a patre meo: quare hoc fecerit: ⁊ ipse sibi reddidit rationem quod necessarium erat in illo sic facere. Qui gauisus fuit valde: et multum placuit sibi. Et illa disputatio reperitur apd̄ multos istius regionis. Et scias quod omnis febris que simplex est: satis leuis curatiōis existit. Sed illa que est composita difficilioris curationis est valde: et hoc secundum compositionem humorum adinuicem: scilicet qꝫ quanto maioris compositionis extiterit: intantum erit difficilioris cognitionis et grauioris curationis: et iam rememoratꝰ fui hoc in febribus compositis. Et est possibile febrem componi ex tam diuersis humoribus: et intantum quod intellectus humanus non poterit ad perfectā veritatem peruenire. Quare necesse est vt medicus sit studiosus ⁊ attentus suo posse in cognoscēdo compositionem quanto melius poterit. Et curet eum secundum quod melius sibi esse videbitur. Confidens in deū quod rectificabit eum tramite recto ⁊ ordinato: et intantum quantū medicus certius et melius cognoscit has compositiones intantum perfectior aliis ⁊ melior

Cura febris quartane.

esse reputatur. Quod si egritu=
do et compositio cognita fuerit
a medico perfecte: vix aut nūq̄
morietur infirmus ex ipsa: & ei⁹
conditiones semper de bono in
melius rectificabuntur: et proce
dent ei: et dies indicatiui atq̄
cretici erunt laudabiles atq̄ or
dinati: et rationabiliter proce=
dentes intantū quod quasi om
nes mirabuntur. O quam vile
quid medico esse reputatur: qñ
timuerit fortitudinez febris: vel
grauia accidentia que emergūt
in ipsa tēpore appropinquatio=
nis crisis: postquam cognoue=
rit quod dies indicatiua que p̄=
cesserit: fuerit laudabilis: et vri=
na visa fuerit cum ypostasi lau=
dabili: et pulsus attestauerit su=
per fortitudinem virtutis. Non
Medicus nō dz timere. debet ergo medicus istis visis
timere si patiens syncopizaue=
rit ex motu et fortitudine belli:
et ex ascensu vaporum mordicā
tium orificium stomachi: quod
quidam medici cor nominare
consueuerunt. ego vero cum co
gnouero pulsum esse bonum et
laudabilem significantem virtu
tis fortitudinem: et ypostasis
fuerit alba continua et equalis
residens in fundo: non dubito
tunc de fortitudine egritudinis
nec de sincopi superueniente ex
mordicatione orificij stomachi:
nec desisto facere que sunt faciē
da circa egritudinem: quemad=
modum feci circa egritudinem
zeri filij hali sicut alibi recitaui.
Cum autem cognoueris quod
accidentia fortia que emergunt
procedunt ab humore acuto: et
calido existente in stomacho: si=
cut syncopis & vomitus: caue ne
adiuues eum in prouocatione
vomitus: quoniā si feceris per=
duces eum ad periculum mor=
tis ob debilitatez virtutis. Sed
adiuua ipsum per viam accidē
tis confortando stomachum: et
hoc cum emplastro facto ex suc=
co citoniorum: et parum masti=
cis: et cimarum vitis vel simili=
bus. Quod si calor et inflamma
tio magna fuerit: adde predicto
emplastro aliquid de succo za= Succo zacharum
charo vel agreste: quoniaz sic fa
ciendo corrugabitur stomach⁹:
et coadunabitur simul: & confor
tabitur taliter: quod expellet cō=
primendo materiam retentam
in ipso: per vomitum: vel infe=
rius per secessuz. Et si aliter ope
ratus fueris: vt multi faciunt:
scilicet qui volunt iuuare natu=
ram cum mouetur ad vomitum
dando ei decoctionem raffani.
possibile est quod iuuetur inde
et alleuietur. Sed hoc erit in mi
nori parte. Et posset ad suffoca=
tionem et syncopim: vel ad mor
tem inde deuenire: et de hoc q̄s
nos poterit securare. ¶ Hucusq̄
determinaui et compleui tracta
tus febrium et compositionē ea
rum per viam breuem & cōpen=
diosam generaliter sicut mihi p̄
ceptum fuit: et determinaui ite=
rum de crisi et de diebus creti=
cis: et de diuisionibus que acci=
dunt inter ipsos. Nunc autem
cum adiutorio dei incipiam re=
memorare de egritudinib⁹ que
veniunt tempore epidimiali: et
de febribus eorum.

¶ Tractatus. iij. Est de epi=
dimia: et continet capitula
quatuor.

¶ Capitulu3. j. Quod est de epi
dimia que puenit ex corruptio=
ne aeris.



Ste aũt egritudines que proueniũt ex corruptione aeris: rememorate ſunt ab ypocrate ĩ lib. epidimiarum: et dixit ĩ illo libro quod in quadam ciuitate que nominabat̃ cheruã exuberauit pluuia ĩ eſtatẽ: ⁊ fuit illa eſtas eſtuoſa et calidiſſima valde cum pluuia magna per totã eſtatẽ: ⁊ ſupuenit poſtea hominibus incendium magnum: ita quod videbatur eis quod eſſent ab igne aduſti: et in principio habebãt pruritum magnum: ita quod ſcapellabant ſe tam fortiter: qꝺ excoriabantur per totum: ⁊ hoc erat propter ſaniem que coadunabatur ſub cuti et multis hominibus ceciderunt crura et coxe ⁊ muſculi: et oſſa ĩ magna q̃ titate: quare ex hoc ſcire poſſumus quod deterior aer eſt calidus et humidus: et hoc ideo qꝛ aptior eſt ad recipiendum corruptionem et putredinem ceteris complexionibus aeris: ⁊ illi magis parati ſunt recipere dictam corruptionẽ qui ſunt eiuſdem complexionis: et fuit tota illa eſtas abſq; vẽto aliquo exiccatiuo: immo dicit expreſſe qꝺ in toto illo tempore non videbatur moueri aer vllo modo: et propter frigiditatẽ et ſiccitatẽ q̃ in ventis ſeptẽtrionalibus reperitur collaudantur: ⁊ econtrario meridiani vituperantur ꝑpter eorum humiditatem ⁊ caliditatem. Et dixit in illo libro ꝙ febres que tunc temporis veniebant: non erant fortes neq; violente: ſed erat lente et quiete intantum quod quaſi occulte eſſe reperiebãtur. Et eſto cert⁹ ꝙ ille paſſiões q̃ oppoſite ſunt complexioni humane: et ꝑprie complexioni vniuſcuiuſq; ille ſunt que peſſime exiſtunt: ⁊ ille que ſunt ſimiles ꝯplexioni non ſunt tante maliciei ſicut oppoſite. Et hoc manifeſtatur ex hoc quod quando aliq̇s fortiter fuerit infrigiditatus: et ſubito ad ignem ſe valde voluerit calefacere: vel repente in aquam calidam introiuerit: inde fortes dolores patietur. Et hoc non ſolũ medicis eſt notum: verumetiã vulgares optime cognoſcunt. Et he febres deteriores ſunt valde ceteris febribus: et longinquiores multum a ſalute et liberatione: nec criſes in iſtis fiunt ordinate ſicut in alijs procedũt: ſiue fuerint ex corruptione aeris: ſiue ex malitia et putrefactione aque: ſeu ex corruptione ciborum. Et quanto corruptio ſeu putrefactio predictorum minor extiterit tanto ⁊ accidentia predictarum et malitia febrium leuiora eſſe reperiũtur. Sciendũ pro certo quod a tempore hypocratis vſq; nunc: non fuit epidimia aliqua tam peſſima nec malitioſa ſicut illa nec in qua accidentia tam violenta nec malitioſa apparuerint ſicut in illa. Sed bene vidimus pruritus validos: ⁊ ſcabies magnas: ⁊ variolas: ⁊ morbillos: et putridas febres: et apoſtemata pernicioſa: ex quibus omnibus iam curauim⁹: quorum aliqui cum labore maximo euaſerunt: et aliqui ad mortem terminauerunt. Et

hypocras.

vidi iuuenem habentez aposte ma perniciosum: et studui circa salutem ipsius: et incepi primo euacuare eum cum flebotomia et posui postea super apostema confortantia: eo quod non erat ex vilibus membris: demū purgaui eum ab humoribus malis qui peccabant in euz. Et ppinaui ex medicinis laudatis in epidimia sicut est bolum armenum et terra sigillata: et iterdum dedi ei aliquid ex mitridato. Et sic visum fuit conferre ei cura: et dissolutum fuit apostema. Et precepi ei vt abstineret a cōtrarijs: et sic de bono in melius conualuit donec fuit perfecte liberatus. Et postea post tēpus inuasit eum squinantia et mortuus fuit cuz ea. Ex his autem que pluries: et pro maiori parte vidi accidere ī epidimia sunt febres putride: que lēte in tantum esse videntur quod vix percipiuntur nisi a medico: et moriuntur subito cum eis. Et scias quod illi qui bene et ordinate se custodiunt tempore epidimie: et qui habent cautelam et preuisionem conuenientem: et hoc morando in mansionibus siccis et frigidis: et cibi et potus eorum similiter eiusdez fuerint complexionis euadunt bene a predicto periculo et nocumento.

Receptio. ¶ Receptio conueniens valde in epidimia. ℞. stercoris columbini sicci: aloes succotrini: agarici feminini polipodij recentis: radicis lilij celestis. añ. pondus aur. vnius: thomeni. aur. j. minus quarta: salis et ellē bori nigri. añ. aur. 5. succi absinthij alcondzarathal causa foliorū colloquintide. añ. octa nam partem aur. j. Incide colloquintidam minutim: et misce eam cum tantundem amigdalarum dulcium: et postea coniunge ea cum predictis medicinis puluerizatis: incorporando eas cum butiro vaccino: et sirupo et quinzabin: et dabis ei ad bibendum cum sero lactis pondus. v. aur. Et si non purgatur sufficienter: adde de isto aur. 5. cum sero caprino: et rege eum sicut in alijs medicinis: et pro qualibet sella moretur duobus diebus a receptione ipsi⁹. Et postea iterabis dando plus vel minus de isto medicamine: secundum tenorem virtutis et naturam patientis secundum ordinem medicine: et precipe ei vt ponat in cameris et domibus suis aromatica frigida: sicut mirtha et rose et eorum similia: et suffumiget domum a longe cum alkitram. Et fac rorare domum multotiens cum forti aceto: obturando domum omnino a parte meridiei: et aperiendo eaz a septentrione: quoniam aperire vel tenere eā apertam ianuis vel fenestris a meridie: nocet valde: et morari in solario scilicet in domib⁹ altis: melius est valde quam in plano: et subtiliandum est regimē valde scilicet cum pane frumēti bene fermentato: et malaxato cum aqua et aceto: et comedat sichlas seu bletas decoctas absq aliqua specie: sed solum cum aceto: et non comedat tempore illo carnes vllo mō. ¶ Cognoscendo quod non corrumpitur aer solummodo ex causis predictis: verumetiam ex putredine aeris: que fit a corporibus

hominum: qui mortui sunt in bello in magna quãtitate: quã do diu morantur in loco. Et corrumpitur etiam quando aer in vno loco quiescit absq3 aliquo motu. Et corrumpitur similiter aer quando aque congregantur in aliqua parte ciuitatis: ita q̃d nõ mouent oĩno: et tunc putrescũt ⁊ fetẽt: ⁊ corrũpit aer inde. Et ab antiquis etiam consilium habemus: vt omnino moram minime contrahere debeamus prope sepulturas corporũ mortuorum: et hoc propter vapores qui resoluuntur a corporibus ipsorum. Et sic iam diximus curam epidimiarum que est cum frigidis ⁊ siccis: et cum his etiam que habeant aperire: et abstergere: et trahere malos humores: sed antequã fiat purgatio aliqua precipiatur vt fiat euacuatio vniuersalis: et hoc cũ flobotomia: ⁊ subtiliãdo regimen quãtum fieri potest: ⁊ vtendo frigidis: et abstinendo omnino a superflua repletiõe. Et possibile erit quod sic faciẽdo: multi forsitan qui morerentur liberabuntur: hac de causa. Et ab aere sicco et calido in excessu fiunt etiam passiones: sicut obtalmie: et tussis multarũ specierum: et asperitas gutturis: et sputum sanguinis: ⁊ fluxus sanguinis emorroidarum. Et hẽ egritudines fiũt plus vel minus secundum excessum caliditatis ⁊ siccitatis ipsius maioris vel minoris. Ergo conuenit vt rectifices aerẽ paulatine: abstinendo omnino in tali tẽpore ab exhibitione acutarum medicinarum: ⁊ etiam in omni epidimia: quoniam non laudãtur tales medicine in arte medicine. Sciendo q̃d hec caliditas superflua que fit in aere non oritur pro maiori parte nisi ex defectu ⁊ absentia pluuiarum. Et tunc generant predicte egritudines: et his similes plures numero. Sed non mortifere.

Capitulũ.ij. Quod est de epidimia que ꝑuenit ex aqua putrida et fetida.



Que vero mortue q̃ non mouẽtur: ⁊ replẽtur fecib⁹: ⁊ in se bulliunt: ⁊ putrescunt: ⁊ fetẽt: sunt cã corruptionis aeris: ⁊ pestilẽtie: et epidimie: ⁊ faciũt oriri febres acutas: ⁊ apata mortifera: et adhuc peius faciunt: q: sunt cã destructionis epis: ⁊ opilõnis suarum viaꝝ: ⁊ ꝑcreãt spẽs ydropisis oẽs ꝯm ꝑparationeʒ recipiẽtis: ⁊ inducũt etiã opilõnẽ in splene: ⁊ in renib⁹: et sunt cã gñationis lapidis in renib⁹: et vesicca: ⁊ gñaliter dico ꝙ hec epidimia q̃ fit ex corruptione et putredine male aq̃: oibus aliis epidimiis deterior existit. Est etiã alia species epidimie: que subito iterficit: eo ꝙ quãdo cordi euenit aliqd ex aere putrefacto et corrupto quod sue cõplexiõi et nature obuiet a tota sua substãtia ⁊ natura: subito moritur. Et hoc ꝑpter nobilitatẽ ipsius cordis: cũ sit principium ⁊ finis vite vniuscuiusq3 animalis. Et dicit Gal. ꝙ non moritur animal donec cor cesset a motu. Gal.

Et philosopho magno aristote
li videtur:quod cor sit origo et
principium omniũ membrorũ
et ceteris principali⁹.Sed Gal.
dicit ꝙ cor i vnoquoq; aiali est
principiũ motus naturalis lo=
calis:ꝛ cerebrũ mot⁹ localis vo=
luntarij.Sed in summa dico ꝙ
cor in vita magnã hʒ necessita=
tem.Quia videm⁹ ꝙ qñ aliqs
homo intrat in puteum in quo
aer aliquo mõ nõ monet:vel in
aliquam grottã: syncopizat:et
amittit sensum omnino incõti
nẽti:ꝛ si diu moraꝛ ibidẽ moriꝛ
subito.Et hec res est manifesta
ꝙ qñ in epidimijs hoies aliqui
moriunꝛ subito: ꝙ illud est ex
corruptiõe ꝛ malitia aeris:qꝛ bñ
põt aliqs viuere aliqbus dieb⁹
absq; cibo et potu:sed si auferꝛ
ei anhelitus:non poterit viue=
re vna hora.Et verũ dixit ille.q
dicit ꝙ cibus ꝛ potus est nutri=
mentum corporis.Et aer nutri
mentũ spiritus vitalis existit:
eo quod ipse attrahit fumosita
tes a profundo cordis:ꝛ recens
scilicet aer subintrat per anhe=
litum.Et sic intrando ꝛ exeun=
do:purificatur a malis fumosi=
tatib⁹:ꝛ prohibet cor a putredi=
ne.Et hec res procedit ab illo q
est summe et vltime scientie sci=
licet a deo vero et benedicto:et
ab aere qui ispiraꝛ:qm̃ ꝑuenit
vsq; ad mirabilem panniculũ:
quem deus sub cerebro creauit
et inde procedunt spiritus po=
tentia ꝛ voluntate diuina.

Capitulũ.iij.Quod est de squi=
nantia et dislocatiõe spondiliũ
colli.eueniente ex quadam cor=
ruptione aeris.



Et ex quadaʒ
corruptione
aeris põt eue
nire quedam
spẽs squinan
tie:q̃ disloca=
tionem spon=
dilium colli
habet ꝑcreare: sicut memorat⁹
fuit hypocras.Et hec est dete=
rior spẽs q̃ possit inueniri:eo ꝙ
ab ea aliqs nõ euadit:ꝛ accidit
cũ acuta egritudine:et aliquan
do fiunt cum tali squinãtia sca
bies:et pruritus:ꝛ apostemata
periculosa:q̃ accidentia aliqua
nõ possunt euenire absq; acuta
egritudine.Et cã dicte squinan
tie q̃ facit dislocare spõdilia col
li abinuicẽ:est humiditas ma=
la:q̃ poniꝛ ꝛ deriuaꝛ seu figitur
inter ipsa:ꝛ facit eã inuicem se=
parari:ꝛ dislocari:ꝛ illud os qđ
separaꝛ comprimit violẽter cã=
nã pulmonis in tm̃:ꝙ suffoca=
tionẽ idu̇cit.Ei dicit hypocras hypocras.
qđ ille cui hec accidit passio nũ
q̃s liberaꝛ.Qđ si quis quesierit
dicens q̃ est causa q̃re spõdilia
colli dislocanꝛ:in tali epidimia
potiusq̃ alia spondilia nuce:di
co quod spondilia nuce compri
muntur ex vtraq; parte a costis
et a fortibus et pluribus mu=
sculis:que non permittunt ipa
dislocari vel separari.Colli au=
tem spondilia minime habent
talia defensoria:quare citi⁹ dis=
locanꝛ. De hac spẽ squinantie
pnitiose nuq̃s dixit hypocras ꝙ
possit liberari.Et ego similiter
dico ꝙ est icurabilis oino.Sed
añ dislocationẽ posset cura pro=
desse:ꝛ hoc subtiliãdo regimẽ:ꝛ
vtẽdo desiccatiuis sicut dixi.Et
inunge locũ patientis cũ istis

oleis subtilibus exiccatiuis. sicut cum oleo rosaceo: et de iasemino: et cum succo coriandri viridis simul mixtis: et innunctione facta cum istis: fiat puluis ex terra sigillata: et misceatur cũ succo coriandri viridis ad modum emplastri: et pone super locum infirmum scilicet vbi videris aliquam foueam paruunculam patientis. ¶ Et possunt etiam aliquando spondilia nuce dislocari: et hoc ex casu vel forti percussione: et inde fiunt gibbosi: et hec est causa. nota quod nunquam liberantur. Sed reperiuntur aliqui presumptuosi qui conantur tales curare: sed potius ipsos ad mortem perducunt quam eos curare possint. Cum autem gibbositas paruo ĩfanti superuenerit moritur ex ea: eo quod cum crescit indiget multo anhelitu: et cum nõ possit ipsum sustinere suffocat et moritur. Si vero magno acciderit: possibile erit quod viuet. Sed vita eius erit tristis et angustiosa. Et dislocantur etiam aliqua spondilia dorsi exterioris et anterioris causa fortis motus: qui ꝓcedit a multa et grossa ventositate: que in corpore existit et generatur: que cõtinue: mouetur donec dislocet dicta spondilia: et exterius expellet: et inde gibbositas generatur: que nominatur gibbositas ventositatio: et hec pro maiori parte accidit infantibus et mulieribus. Et non est mirum si ex motu grosse ventositatis dislocantur spõdilia quoniam videmus quod omnia que fortiter et violenter mouentur: scinduntur et laniãtur. Et ex forti motu scindũtur vene: et aperiunt: et fit inde sputum sanguinis: et sequitur inde ptysis vel ethica. Et videmus etiam aperte quod vtri scindun tur et exlaniantur ex ventositate: quia cum implentur musto vel succo alicuius fructus nisi habeant euentationem ex ventositate generata in sua ebulitione scinduntur et exlaniantur: et sic accidit in corpore. Et cura huius est vti regimine subtili et exiccatiuo: et euocuare corpus: et fricare corpus totum siccis manibus. Et ꝓpina ei ĩ potu aquã decoctõis yrsce: et ẽ yreos: et capilli veneris: et seminis melonis: et seminis sparagi: et succi apĳ: et feniculi cum modico sirupi squinazabin. ¶ Medicamen ad hoc. ℞. seis melonis: yreos: capillorum vene. radicis sparagi: et masticis ana. aur. vnã scedes. indi. squinanti. añ. partes tres aur. j. Conquassentur omnia et bulliant in. x. ℥. aque vsq ad consumptionem tertie partis ipsius: et pone in illa colatura. ℥. j. sirupi squinzabin: et succi feniculi: et apĳ ortulani. ana. quartam partem. ℥. j. et bibatur quolibet mane cum aur. duobus. mellis rosacei: et fac eum exercitare ante cibum tempera te: et post cibũ quiscere dꝫ. Et iã hucusq elongatus sum a ꝓpria intentione: tractando de dislocatione spondiliũ nuce: que fit absq pestilentia: et causa epidimiali. Nũc aũt redire ĩtẽdo ad id vnde discessi. Et dico qꝺ sufficiẽter sub breuitate determinaui de epidimia que fit ex corruptione et putredine aeris. secũdum quod memorati fuerunt antiq in libris suis. Nũc ho. ici=

pere volo determinare de epidimia que sequitur et generatur ex corruptione et putredine aq̄.

¶ Capitu. iiij. Quod est de cura seu preseruatiõe a periculo male aque.

Dico quod ille qui vult se ɔseruare a piculo male aque vti debet qualibꝫ die ex electuarijs ꝛ ɔfectionibꝰ magnis: sicut est electuariuꝫ de euforbio: metridatum: vel tyriaca magna: ꝛ bibat q̄libet die vniꝰ ex istis quartaꝫ partem aur. Et non comedat vsq̧ ad meridieꝫ. Et non solum ista electuaria remouet nocumentum male aq̄: verum etiam preseruant a nocumento corruptionis aeris. Et si posueris aliquid ambre in aquam que bibitur confert multum: ꝛ iuuat etiam ponere aliquid aceti: ꝛ adhuc magis squinꝫabin. Et quidam medici memorati fuerunt quod comedere allea vel cepe: remouet nocumẽtum male aque. Sed ego abhorreo curam talem: quoniam habent humores calidos ꝛ acutos generare: ꝛ augent putredineꝫ. Quare mihi videt̃ quod assuescere mala granata muza: sit maioris iuuamenti: ꝛ etiam recipere pluries de coriãdro sicco vel viridi: habet remouere nocumenta q̄ veniũt ex epidimia male aque. Sꝫ lac ꝛ pisces ꝛ oĩa dulcia cõedere in tali tẽpore vel loco multum habent putredinem ꝛ corruptionẽ augmẽtare: Et mihi vr̄ qd̄ frequẽtare agrestã: ꝛ succũ limũcellorũ: ꝛ acetositatẽ citri: ꝛ semina eorũ: ꝛ cortices: ɔseruant a nocumẽto male aque: ꝛ credo similiter quod crura feniculi: ꝛ seminis eius ꝛ panicald que est species yringorum: et arbustes ꝛ sunt fructus rotundi rubei: qui dicuntur cumani: ꝛ sticados: omnia ista cõferunt multum in tali casu. Et si patiens quem vis curare sit ex illis qui iam biberit ex aqua mala putrida vel corrupta: et inde inuasit eum febris acuta: vel scabies: aut aliqua species malorum apostematum: stude velociter in faciendo euacuationem vniuersalem totius corporis: ꝛ hoc cum flebotomia: ꝛ etiã cum medicamine laxatiuo facto cum stercore columbi supra nominato. Et non credas quod stercus columbi positũ sit a casu vel fortuna in predicto medicamine: sed fuit ibi positum cũ electione ꝛ preuisione magna: eo quod predictum stercus habet purgare ꝛ expellere putredinem et corruptionem aeris: et aque prenominate fetide ꝛ corrupte: et inquantum est stercus assimulatur illi putredini: ꝛ pro tanto potest illam putredinem magis trahere: expellere: ꝛ purgare. Quod si aliquod apostema apparuerit: stude in curatione eius sicut cõuenit: ꝛ studeas erectificatiõe aeris: ẜm qd̄ cura ipidimie exgit et requirit: qd̄ si assuescat regimẽ quod predixi: elongãdo se ab omni specie carnis: ꝛ abstineat se ab omnibus rebus humidis et calidis: sic agendo prosperabitur deo dante. Et omnibus modis considerande est etas: complexio: virtus: et consuetudo: ꝛ regio in talibus: ex eo quod infans paruorum annorum: ꝛ decrepitus nõ

poterit sustinere ea q̄ iuuenis sustineret. Neqꝫ qui fuerit delicatus et ociosus ꝛ timidus per naturam poterit sustinere ea q̄ paterentur rustici sicci et nigri et laboriosi. Et putant aliqui ꝙ qui assueti sunt quieti et ocio indigeant maiori desiccatione rusticis et laboriosis. Sed intentio nostra non est talis: sed est vt reducamus vnumquenqꝫ ad suam naturalem complexionem: ꝛ complexio ꝛ natura illorum qui sunt in ocio et quiete: magis est humida et mollis q̄ꝫ sit illa rusticorum et portatorū. Et hec res est generalis: ꝛ notanda: ꝛ preuidenda in omnib⁹ curis. Et fit etiam epidimia ꝛ pestilentia ex nimia penuria ꝛ fame. Quare homines coguntur comedere grana et legumina mala: et illa malitia potest esse ex seipsis: aut ex nimia antiquitate et vetustate: aut quia comedunt ex speciebus malarū carnium: et illa malitia potest esse vel quia ipse carnes male sunt per se: ꝛ sui natura: et complexione: vel quia sunt salse multum: aut quia ex dicta necessitate steterunt in aceto tpe longo: quia populus indiget talibus: et conat talia comedere in tali casu. Et ego vidi quando eram in carcerib⁹ hali filij iosephi: homines q̄ comedebāt olera q̄ inueniebāt p terrā: ꝛ etiā comedebāt ex specieb⁹ [illegible]abule ꝑpter famis necessit[illegible] [illegible]uare quotidie moriebant [illegible] vel. xij. aut plures. Et pos[illegible] [illegible]u[illegible]si cuꝫ adiutorio dei ex [illegible]is vinculis et redij in hispaniam: vidi homines qui comedebant orobum quibus dolor stomaci sequebatur. Et alios vidi qui comedebāt quoddam qḋ in arabico nominatur attahala et radices de luf. ꝛ moriebantur. Et vidi similiter in quadam ciuitate que nominatur mazar⁹: homines qui ꝑpter intensam famem querebant: ꝛ frāgebant ossa antiqua et vetusta cadauerum: ꝛ comedebant medullas ipsorum: et moriebantur subito. Et cum tales cibi possint esse diuersi ꝛ plures numero: ideo diuersimode diuiduntur: ſm diuersitatem ꝛ variationem ipsorum: ꝛ ſm illam diuersitatem diuerse fiunt egritudines: ꝛ generantur: ꝛ non soluꝫ ſm diuersitatem dictorum ciborum: verumetiam ſm naturam locorum: et ſm complexionem ꝛ naturam recipientis. Quare tot et tante possunt esse variatiōes: quot impossibile esset eas scribi in libro. Tamen dico quod tiriaca magna et metridatum. et electuarium de euforbio: generaliter omnia ista conferunt valde in omnibus predictis: ꝛ suis similibus: dummodo abstineat se a comestione malorum ciborum et potuum. Illum vero qui comederit cibaria mala. rege cum cibis bonis et laudabilibus: sicut est panis bene fermētatus: et brodium galline optime: vel caro edi lactantis: quoniam istud regimen facit euadere a periculo proueniente ex regimine mali et corrupti cibi. Si autem virtus fortis extiterit et corpus fuerit repletum ex humoribus horribilibus et corruptis generatis ab aliquibus dictorum ciboruꝫ. stude in purgādo eum ab illis humoribus. Et iam superius tibi nominaui diuersitatem medicinarum laxatiuarum: cum quibus extrahun-

Mazarus ciuitas.

tur ⁊ euacuātur omnes ſpecies
diuerſitatis humorum vnde ad
ipſas recurre: conſiderando vir
tutem et alias conditiones ſu-
pradictas. Etiſi videtur tibi cō-
uenire dare ei bezeharth: ſicut
ſunt barbuſſe.i.cumani: ⁊ ſma-
raldus: vel electuaria ſupradi-
cta: dabis cum prouidētia ma-
gna ⁊ ſtudio: ſm quod tibi vide
bit conuenire. Cognoſcendo ꝙ
butirum qđ poſui in medicami
ne laxatiuo ſupraſcripto nō eſt
abſq3 preuidentia magna: eo ꝙ
butirum habet aliquid fetoris
⁊ horribilitatis: et inde proprie
tatem habet ad ſimili[illegible] [illegible]
trahēdi horribilitatem ⁊ pu[illegible]
dinem humoris predicti. [illegible]
uſq3 rememoratus ſum ge[illegible]
liter ſpecies epidimiarum: [illegible]a
rum curationes: ſm qđ propo-
ſui determinare. Et non rema-
net amplius determinare de ali-
qua alia ſpecie. niſi de illa de q̄
aliquis ſi vixerit: minime eua-
dere poterit: niſi miraculoſe ⁊ vo
luntate diuina: eo quod homo
ſecundum Ga. generatus eſt ex
ſpermate patris ⁊ matris: volū
tate dei. Et nutrimentum em-
Gal. brionis eſt ex ſanguine q̄ deſcē
dit ad vuluam. Et quia ipſe. G.
nominauit dictum ſanguinē:
ſanguinem menſtrualem: puta
uerunt aliquid ſapientes quod
nutriatur embrio | a ſanguine
menſtruali: ſed non eſt ita. Ta-
men Ga. ſequitur veſtigium: et
conſuetudinem grecorum: qui
vocāt omnem ſanguinem deſcē
dentem ad vuluam menſtrua-
lem, quemadmodum ipſi nomi
nant omne apoſtema quod ac-
cidit gutturi ſiue ſit ex ſangui-
ne: vel ex colera: aut ex flegma-
te: ſeu melia: ſquinantiam. Et
quodlibet apoſtema quod ori-
tur in pectore: ſiue ſit in panni-
culo: ſeu in pulmone: vel ſub co
ſtis nominant pleureſim: et de
quolibet tumore qui fit in pedi
bus cum dolore: aſſueti ſunt vo
care anacras ſcilicet podagram
ita omnem ſanguinem venien
tem ad vuluam: dicunt eſſe ſan
guinem menſtrualem. Scien-
do pro certo quo[d] ſi embrio ex
tali ſanguine menſtruali nutri
retur ſicut eſt ille qui expellitur
et purgatur a mulieribus: non
viuerer vllo modo. Immo nutri
tur embrio ex ſanguine valde
laudabili. Sed quia ſanguis
qui naturaliter dici[tur] ⁊ eſt men
ſtrualis: poſitus eſt et ſitus in
co[ncauitat]e ipſius matricis: ideo em
br[io ab] illo inficitur: ⁊ accidit ei
tinea: que tinea vulgariter a la-
tinis: dicitur ſagro: in facie ⁊ ca
pite: ⁊ deſtruitur appetitus eius:
⁊ corrumpitur: ⁊ fit in eo appe-
titus comedendi lutum: vel car
bones ⁊ ſimilia. Et ille embrio
qui recipit hanc infectionem re
ctificat eam inquantū pōt: et id
quod nō poteſt rectificari rema
net in corpore: et moratur ibi. De-
mum natura ipſius per tempus
ſimul extra eiicit ⁊ expellit. Mu
lieres vero poſt partum ſi non
bene fuerint purificate: et eua-
cuate ab iſto ſanguine mēſtrua
li: multe ſpecies egritudinum
eis poſſunt superuenire: ſecun-
dum preparationem et natu-
ram vniuſcuiuſq3: ex quibus
deficere poſſunt: et deficiunt
aliq̄: ⁊ aliq̄ liberantur volūtate di.
Embrio aūt pro certo dici ꝙ nutrit
ex bono ſanguine puro ⁊ lauda
bili. Sed quia pro certo dictus

sanguis menstruus in matrice infundit:et in corpore ipsi⁹ imbibitur:sicut vasa a liquoribus impositis imbibuntur eis ꝛ resudando exterius humectātur. Et quāuis vasa inuitreata longinqua sint ab infusione:et imbibitione liquorosorum:tamen videmus quod ex longitudine temporis recipiunt infectionez et imbibitionem a fermēto post quam ibi factū fuerit et cōtinuatū tpe longo:ita ꝙ post multam ablutionem si posueris ibi pastam azimā fermētabitur absqꝫ fermēto aliquo:qd nō fiet in vase nouo: et hoc scemate cōmiscetur aliquid modicū ex dicto sanguine in embrione: sed fortitudine matricis:ꝛ ex alio multo ꝛ bono nutrimento quod recepit non leditur dum permanet in matrice. Post exituz aūt ipsius ab vtero nutritur infans ꝛ coadunatur calor naturalis in eo ꝛ augmentatur: ꝛ confortatur natura:ꝛ conatur digerere ꝛ subtiliare predictum humorem malū ꝛ nociuum:ꝛ ipsum exterius expellere:et hoc fit cū labore forti:ꝛ angustia magna:et febre valida:atqꝫ graui. Sed ex substantia predictorū grossorū humorū fiunt variole et morbili q̄ exeūt cū febre valida impetuosa ꝛ maligna:quoniam vides quod illi qui extrahunt butirum a lacte: ꝛ non faciūt illud nisi cum labore magno atqꝫ forti valde: ꝛ motu laborioso atqꝫ graui. Quare credendum est quod in motu ꝛ expulsione variolarum et morbili illud idem accidere debeat. Et iam in precedenti eorum curam rememoratus sum pro posse. Et causa quare de his hic feci mentionem fuit quia pauci euadūt ab eis. Et quia semper euenire consueuerunt tempore epidimie facte ex corruptione aeris:vel causa aque putride vel corrupte:vł ex cibis malis ꝛ corruptis sumptis et comestis. Et etiam ad remouendū homines a mala opinione:quia credebāt quāplures ꝙ embrio nutrietur in vtero matris a sanguine mēstruo:quod falsum est: sicut determinaui: ꝗa curam de eis superius ordinaui:ideo hic scribere pretermitto: nihilominus monitionē facio his in hoc loco.vz.ꝙ abstineāt omnino a rebus dulcibus et salsis:ꝛ bibant aquā frigidā ꝛ purā:aut aquaz ordei: ꝛ elongentur ab omni laxatiuo penit⁹: donec egritudo fuerit in declinatione : et declinata multuz:quāuis aliqui medici hoc facere assuescāt. Si autem post alleuiationem et declinationem egritudinis reliquie alique remanere videantur in variolis vel morbilis : non erit malum ipsas euacuare cuz medicinis lenitiuis habentib⁹ proprietatem remouendi acuitatē materiei : sicut sunt tamarindi dissoluti in aqua:quia ipsas reliquas habent expellere ꝛ remouere tamen proximaioꝛi parte nō indiges laborare cum istis. Et quia iam compleui quod determinare intendo in hoc loco:desisto in quiete confidens in dominum.

¶ Completus est liber theyseir almudanar cum laude dei.

¶ Incipit antidotarium Abhomeronis abinzoar compositum.



Hec est pticula antidotarij abhomeronis auenzoar libri sui theyzit 9uenies illis qui nõ didicerũt scientiã medicine demonstratiuã: et qui in practica medicine minime sunt istructi: et colligũtur in hoc loco vniuersaliter cure egritudinũ cũ sirupis et electuarijs ⁊ vnctiõibus.

Sirupus.

Sirupus cõueniens sanis. et cõseruat sanitatẽ cũ adiutorio dei: et cõfert causis promouẽtib⁹ arteticã. ℞. mirobalanorũ citrinorũ: indorũ: capillorũ vene. liquiritie mundate: violarũ. añ. ℥. j. corticis subtilis citri. scedeg. indi. sandali: rosaꝝ: seminis cucurbitarũ mũdati. añ. ℥. j. Iuiube. x. numero: squinãti. ℥. ʃ. agarici aur. j. Quelibet medicina conquassetur per se: ⁊ postea oẽs simul ponant. in. xv. lib. feruẽtis aque: preter mirabolanos ⁊ agaricũ: ⁊ bulliãt vsq3 ad cõsumptionem medietatis: et colentur. Et in illa colatura ponatur lib. ʃ. succi feniculi: demũ habeas mirobalanos et agaricum ⁊ pone eos in aquã: et fac bullire vsq3 ad consumptionem medietatis. ⁊ cola: et aggrega postea has colaturas quibus addes lib. vj. zuccari: ⁊ fac bullire vsq3 ad spissitudinem sirupi: et reponatur in vase vitreo: vel optime vitreato. Sirupus enim iste cõfert doloribus capitis qui fiunt ex fumositatibus malis: que ascendunt a stomaco ad caput: ⁊ mollificat corpus: et prouocat vrinã et aperit opilationes corporis: et confert etiam venenis malis et remouet nocumentum male aque.

2. scech. ¶ Et septimi pars vadit ad lacertum existentem in hasech. Et alia pars diuiditur in cutim residui hascech. Et aliquid octaui paris transmittitur in cutim brachij. Et extremitas sui tendit ad lacertum brachij. Et par nonum exit inter spondile octauum et nonū. Et illud est principium spondiliū dorsi. Et diuiditur vna suarum extremitatū in lacerto existente intus in costis. Et alia extremitas in lacerto dorsi. Et alia extremitas descēdit ad spatulam et extenditur in ipsam. Et par decimum exit inter spōdilem nonum et decimum. Et pars vna ipsius vadit ad cutim hascech. Et residuum diuiditur: et pars vna ipsius tendit versus faciem: et diuiditur in lacerto existente in costis: et in lacerto inuestito supra pectus. ¶ Et alia diuiditur in lacerto dorsi et spatule: et per hāc viam est exitus neruorum et diuisio ipsorum scilicet par vnū inter iuncturas duas vsq; ad complementum duodecimi paris donec exeant ad par complens viginti paria ex corpore spondilis que sunt decem ⁊ nouem. Et postea exeunt paria ex alchatini ex corpore totius ceruicis par vnum vsq; ad complementum quinq; parium: et partes ipsorū tendūt ad anteriora: et diuiduntur in lacerto existente supra ventrem: et alique diuiduntur in lacerto existente supra lumbos: et miscentur in partibus tribus existentibus supra ipsum nerui descendentes a cerebro: et a paribus duobus existentibus sub istis tribus descendunt ab ipsis rami magni ad crus donec descendant extremitatem pedis. ¶ Et demum oriūtur paria tria ab osse haggez ex vnoquoq; foramine par vnum principium eorū est a spondili vigesimoquinto. Et demum exeunt paria tria ex osse caude nominatum in Arabico hascech. Et solus absq; socio: generatio ipsius prima est inter os tertiū ossis aggez. Et os primum ossis hasceth. s. caude: qđ est os caude. ¶ Et post secundum istum ordinem inter duo spondilia par vnū vsq; ad finem trium parium. Et so- s. par
lus oritur ex fine caude: et etiā ista sex paria. Par primum miscetur cum paribus venientibus ad crura. Et residuum ipsorum diuiditur in lacertis ani et veretri: et vesice: et vulue: et pelliculis ventris. Et in partibus venientibus ab osse vmbilicali: et a lacertis venientibus

vel orientibus ab osse haggez.

¶ Capitulum .viij. Quod est de ligamentis.



T ligamenta que sunt nominata in ligua Arabica rebathat: eius corp⁹ est vel eorum medius inter corpus ossis ⁊ corpus musculi: ⁊ eorum ortus est inter extremitates nodositatum ossium.

¶ Cap. ix. Qđ est de chordis.



Horde que nominantur in arabico banthar: sunt medie inter ligamenta ⁊ nervos. Et eaꝝ ortus seu nativitas est ex nervo veniente ad lacertum: ⁊ a ligamento orto ab osse.

¶ Capl'm .x. Quod est de carne.



Arnis tres sunt species: vna est caro mixta cum nervo et chorda ⁊ illa nominatur lacertus sive musculus: ⁊ illa est maior pars carnis totius corporis: ⁊ hec ero memoratus in capitulo mēbroꝝ officialiū. ¶ Secūda species est spēs carnis pure: ⁊ in hac sunt multa ligamenta: ⁊ hec est minor species corporis. ¶ Tertia species est carnis glandulose: ⁊ caro pura est illa que est i capite mēbri .s. veretri: et illa q̄ est in loco occulto dorsi: ⁊ ex illa est caro exn̄s īter dētes. Sed caro nominata glandulosa est caro testiculorum et mamillaꝝ: ⁊ ex illa est ēt i radice lingue: ⁊ ex illa est caro exn̄s i subascellis ⁊ in duob⁹ emunctorijs noīatis in arabico orbitā: ⁊ que

Secđa spēs.

Tertia species.

est post aures ⁊ in collo: ⁊ istius speciei est caro que est inter intestina et nervos.

¶ Capl'm .xj. Qđ est de villis.



Ed de villis ero memorat⁹ cū ero rememorat⁹ mēbra composita existētia itus i corpore: eo quia ille est locus cōueniens rememorationis ipsorum ibi.

¶ Capitulum .xij. Quod est de humoribus.



T humores apparētes i corpore humano sunt quattuor: scilicet sanguis: flegma colera et melencolia.

¶ Capl'm .xiij. Quod est de simplicibus membris.



T simplicia mēbra sunt: cutis: vngues et capilli et hoc ē manifestū. ¶ Cpl'z. xiiij. Qđ est de spiritu.



Pirit⁹ duo sūt .s. spūs apparēs in corde et spūs apparēs i cerebro: sz spūs i ep̄e nō apparet pviā sēsus. Et hec sunt ṽba dicta supra simplicia mēbra q̄ sufficiētia esse vidētur i hoc loco: ⁊ qui volūt amplius addere addāt. Et nūc redibo ad loquendū supra officialia mēbra: ⁊ icipiā a mēbro simpliciori oīm ipsoꝝ: ⁊ istud est lacertus sive musculus.

¶ Capl'm .xv. Qđ est de lacerto.



Acertus est corp⁹ cōpositū ex carne rubea: et ligamētis ⁊ nervo ascēdētib⁹ supra ip̄z. Et ip

se est idnẽs ossa ligat⁹ ligaturis nascẽtib⁹ ab ossibus: ⁊ istud est quando neruus cõiungitur supreme extremitati ipsi⁹ lacerti. Tandem diuiditur in partes: et miscetur exiture carnis lacertus: ⁊ germinat i osse posito sub lacerto ligaturam: et miscetur cum neruo ⁊ carne: ⁊ demum ex omnibus istis exit corpus cum vnuz nominatum lacertus. Et quando partes nerui veniunt ad extremitatem inferiorem lacerti: tunc adunate sunt partes nerui ad partes ligamentorũ solũ absq̧ alia ammixtione carnis: et tandem exit ab istis corpus nominatum chorda: et hec chorda tendit donec iungatur extremitati inferiori illius mẽbri. Et omnes lacerti secundũ intentionem Gal. existentes in corpus.529. Et dictuz est quod hec corpora variantur in forma in quantitate: ⁊ in compositione: ⁊ quando virtus ab istis germinatur: chorde in forma compositionis ipsorum: tandem variantur in quantitate: quoniaz aliqui sunt magni ⁊ aliqui parui. Magnus est sicut lacert⁹ positus supra corã et paru⁹ est sicut lacert⁹ positus supra oculũ. Et variatio ipsorũ est in forma q̧ tales sunt ex lacertis quorũ caro ipsorũ nõ miscet cũ neruo: ⁊ variatio ipsorũ est in chordis oriẽtib⁹ ab ipsis: qm̃ tales ex ipsis sunt qδ chorda oritur ex duobus lacertis: ⁊ tales sunt quib⁹ ambobus ab vnoquoq̧ oriũtur chorde.2. vel.3. ⁊ hoc est ɓm qδ cõuenit eis. Sz variatiões ipsorum ex parte oppositionis ipsorum sunt qδ aliqui ipsorũ oppositio sua est in directo mẽbri et aliqui non. Et si debemus loq̃ in vnoquoq̧ lacerto lacertorũ hoc verba essent prolixa valde: nec essent huic arti multum necessaria: hoc est ad medicinandũ per cibos ⁊ medicinas. Sed cirurgicis.i.operantibus cum ferro magnum esset iuuamentũ. Et dico adhuc quod post terminationem istarum rerum paruũ lucrũ cõsequeremur. Et ego narrabo de neruis qñ ero locutus iuuamẽtũ ipsorũ in libro sanitatis.

¶ Capi.xvj. Quod est de forma capitis.



Forma capitis naturalis est rotunda habẽs aliquã planicem in vtroq̧ latere: ac si yma ginat⁹ fueris formam ceream rotundam esse cõpressam in vtroq̧ latere. Habẽs intrisecus cõcauitates coniungentes se adinuicem: ⁊ nominãtur cellule cerebri: ⁊ sunt due existentes in parte anteriori cerebri ⁊ vna in medio: et alia in posteriori parte ⁊ prope cõiunctionem istarũ cellularum scilicet partis vnius cum altera: ⁊ sunt corpora formata formis talib⁹ vt sint conuenientes in aliquo tempore ad claudẽdum vel aperiendum. Et insunt cerebro due additiones germinate a duabus cellulis anterioribus similibus duobus capitibus mamillarum deriuantes vsq̧ ad os nominatum colatorium: et istud est os perforatum foraminibus multis: sed non per viã rectam sed obliquam: et locus isti⁹ in craneo est locus cui coniungitur extremitas na-

ſt.Et ex paniculis duobus cere
bꝛi vnus ex iſtis eſt foꝛtis ⁊ groſ
ſus:⁊ alius eſt ſubtilis. Subti-
lis coniunctus eſt cerebꝛo ⁊ no-
minatus eſt capitis ſecundina
vel ſecunda:⁊ aſſimilatur ſecū-
dine:eo quod in ipſo ſunt ner-
ui ⁊ vene:ex quibus nutritur ce
rebꝛum:⁊ ipſe continuatur cere
bꝛo in aliquibus locis.Et pāni
culis groſſus coniungitur cra-
neo:⁊ etiam cerebꝛo coniungit
in aliquibus locis. Et hic pāni
culus foꝛtis perfoꝛatus exiſtit
foꝛaminibꝰ multis in locis duo
bus. Unus locus eſt in latere
foꝛaminis extremitatis naſi:et
nominatus eſt colatoꝛium:⁊ al-
ter eſt pꝛope oſſe exiſtente in pa
lato.Et iſtud ſimiliter eſt perfo
ratum ⁊ ſub cerebꝛo.Et ſub pā
niculo groſſo eſt retis que in
arabico nominatur alagema
que eſt ex arterijs aſcendentibꝰ
caput.Sed nuche ſpondilia ip
ſam cooperiunt ſicut os cranei
cooperit cerebꝛum:⁊ ipſa circū-
datur a duabus pelliculis exeū
tibus:a duobus panniculis ce
rebꝛi: ⁊ ex ipſa oꝛitur neruus q̄
ei coniungitur.

¶ Capitu.xvij.Quod eſt de foꝛ
ma oculoꝛum.


Oꝛma oculi com
poſita eſt ex ſeptē
tunicis et tribus
humoꝛibus.Pꝛi-
ma ipſarum eſt q̄
pꝛope craneū mo
ratur:⁊ eſt tunica pannoſa:⁊ eiꝰ
oꝛtus eſt ex pāniculo groſſo exi
ſtente in cerebꝛo: et nominatur
tunica foꝛtis:⁊ in arabico nomi
nata ē alnocha alſalba.Et poſt
ipſam verſus partem exterioꝛē
eſt altera tunica pannoſa. Et
eius oꝛtus eſt ex panniculo ſub
tili exiſtēte in cerebꝛo. Et nomī
natur ſecunda vel ſecundina:⁊
arabice almiſſima. Et poſt iſtā
eſt tunica retina:⁊ oꝛtꝰ eius eſt
ex anima: muſculi exeuntis a
cerebꝛo:⁊ eſt concauus. Et poſt
iſtam in medio iſtius pannicu
li eſt coꝛpus vnum molle: ⁊ hu-
midum nominatum humoꝛ vi-
treus : et in arabico alzegia.Et
in medio iſtius coꝛpoꝛis eſt coꝛ
pus vnum ſpericum habēs ali
quaꝫ latitudinem ſimilem grā
dini in claritate et albedine: et
hec humiditas nominatur grā
dinoſa:⁊ eſt coꝛpus pꝛofunda-
tum humiditate vitrea vſq; ad
medietatem. Et poſt aliam me
dietatē exiſtentem verſus par-
tem exterioꝛem ſcilicet aeris ab
humiditate grandinoſa eſt vnū
coꝛpus ſimile tele aranee: ⁊ illō
eſt in vltimo claritatis ⁊ terſio-
nis:et nominatur tela aranea:
⁊ in arabico haantebuthia. Et
poſt iſtam verſus partem exte-
rioꝛem exiſtit humiditas vna ſi
milis albugini oui : ⁊ nomina-
tur humoꝛ albugineus: ⁊ aſcen
dit ſupꝛa iſtam humiditatem
verſus partem exterioꝛem coꝛ-
pus vnum ſubtile aſperum:no
minatum in arabico maciua-
ru:verſus albuginē ex pte etex-
rioꝛi. Et coloꝛ eius variatur in
coꝛpoꝛibus: eo quod alicui eſt
valde nigrum:et alicui minꝰ: ⁊
alicui minus:et alicui eſt colo-
ris calcedonij.Et in medio ver
ſus grandinoſam eſt foꝛamen
vnum quod quandoq; dilata-
tur et quandoq; conſtringitur
vice vna poſt aliam ſecundum
quod conuenit humiditati grā
dinoſe quando eſt habens lu-
cem : quoniam conſtringitur
in magna luce; et dilatatur in

parua. Et istud formem nominatur oculi pupilla: & hec tunica nominatur tunica pupillina. Et post istam est coopertura vna corporis vnius grossi: & fortis clari scilicet coloris celestris: similè celo: factum ad modum cornu albi: et nominata est tunica cornea: & color eius existit ad modum eius tunica que existit sub ea. Et ascendit supra istud corpus vnum valde album nominatum cõiunctiua: preter quod nõ cooperit locum nigredinis oculi: & istud nominatur albedo oculi. Et eius ortus est ex pellicula que est versus os exterioris cranei. Et ortus cornee est ex tunica forti: & ortus vuee est ex secundina: & ortus aranee est ex retina.

¶ Capit. xviij. Quod est de forma nasi.



Forma nasi sunt due vie diuidentes se in partes duas. Una earum deriuatur ad extremitatem oris et alia ascendit de super donec iungatur ossi simili colatori quod cõpositum est versus duas adeptiones anterioris partis cerebri similium capitibus mamillarum: et iste vie circundantur ex vna pellicula grossa orta ex pellicula oris.

¶ Capitu. xix. Quod est de forma auris.



Via auris est osse petroso: & ideo nominantur in lingua arabica agari: & in ipso sunt vie oblique multe et tendunt taliter per viam tortam donec iungãtur musculo quinto orto a cerebro a quo oritur pellicula extensa supra os petrosum. Sed corpus cartilaginosum extrãs exterius est auricula nominatum: & istud est manifestum.

¶ Capitulũ. xx. Quod est de forma lingue.



Lingua est caro mollis et alba: inuoluta venis multis et paruis in quibus est sanguis: et sunt vene in ipsa & arterie & musculi in quantitate maiori vltra quod vt sue magnitudini videtur cõuenire & ipsa cooperitur pellicula oris. Et sub ista duo existunt orificia iungentia vsque ad carnẽ glandulosam ipsius que est posita sub radice ipsius.

¶ Cap. xxi. Quod est extremitate oris.



Extremitas oris tẽdit vsque ad istas vias. vna ex parte anteriori: et illa nominatur canna pulmonis. Et alia posita est post ipsam ex parte ceruicis supra spõdilia colli: & hec nominatur meri. Et per istã trãsit cibus & potus. Sed per viã canne pulmonis transeunt spũs & intrant & exeunt per viam anhelitus: et positum est supra viam istam coopertorium vnum ad cooperiẽdũ ipsam in hora deglutiẽdi vt aliquid nõ possit subintrare de eo quod degluttitur: quia si aliquid subintrat incõtinẽti prouocatur tussis. Et iam preparatũ est in hoc loco instrumentũ vnũ in quo est vox versus orificiũ canne pulmonis: & istud instrumẽtũ est membrũ nominatum epiglotum: & in arabico haugera: & ipsum est cõpositũ ex tribus carti

laginibus compositione pulcra conuenienti esse vocis: ideo vt sit edificata et fabricata ex istis tribus cartilaginibus zampogna vna vel fistula similis zāpogne fistule: scilicet ⁊ flaiboli. Et in cōcauitate istius zāpogne est corpus simile lingue fistule: et in istis locis sunt lacerta multa vel secreta multa.

¶ Capitulum. xxij. Quod est de anotomia, totius ventris.



Scias q̄ concauitas toti⁹ vētr̄ exn̄tis sub osse tracheevsq̄ ad os lūbi diuisa ē ī duas magnas partes: vna est supi⁹ cooperiens pulmonē ⁊ cor: ⁊ scd̄a est iferi⁹ cooperiens stomacū: et intestina: et epar: et spen: ⁊ fel: ⁊ renes: ⁊ vuluā: ⁊ vesicam. Et diuiduntur iste due concauitates membro vno nominato dyafragma: ⁊ istud dyafragma incipit a capite pectoris tendens per diametrum inferius ad vnumquodq̄ duorum laterum donec deriuetur. xij. spōdili nuche: ⁊ istud est diuidens inter superiora et inferiora. Demum concauitas superior diuiditur in partes duas: et ille partes diuiduntur vno medio quod transit per medium illarum partium donec iungatur spondilibus nuche. Et hec concauitas superior tota nominatur pectus: et terminus ipsius est a superiori parte duorum trachee vsq̄ ad dyafragma qđ diuidit superiora ab inferiorib⁹: et hec est forma pectoris.

¶ Capitulum. xxiij. Quod est de anotomia pulmonis ⁊ canne eius.



Canna pulmonis icipit ab extremitate oris sicut diximus: ⁊ qn̄ descēdit sub trachea diuiditur in. ij. partes. ⁊ quelibet pars ipsarū diuiditur in plurib⁹ partib⁹: ⁊ circa ipsas edificata ⁊ fabricata est caro pulmōis: ⁊ iterū edificata est ex oīb⁹ istis cānis diuisis: ⁊ venis existētib⁹ sub ipsis caro pulmonis: ⁊ caro edificata et fabricata circa ipsas est corp⁹ pulmonis: medietas ꝟo pulmonis est in cōcauitate dextra: ⁊ medietas alia in cōcauitate, sinistra. Et cāna. s. ipsius pulmonis ꝯparata est ⁊ cōposita ex cartilaginibus in forma annulorꝫ sed non, sunt annuli cōpleti eo q̄ ī q̄titate ꝑtis tertie annulorꝫ ipsorꝫ extremitates sue cōiūgūtur eis pellicule vni al'. pellicula vna tēdēs ꝑ viā rectā: ⁊ ꝯiūgūtur isti annuli simul villis ⁊ ligaturis multis. Sed isti annuli ꝓprie sunt duri et cartilaginosi: ⁊ gibbositates istorꝫ annulorꝫ sunt versus partem exteriorem corporis: et pn̄t palpitari manib⁹. s. pellicula cōiungens annulos ꝑ viaꝫ rectā. Sed locus rectus ipsorum coniunctus est meri. Et hoc est ac si ymaginatus fueris ī corde tuo fistulam, vnam vnius canne: et iij. pars incisa sit in longitudinem et partes. ij. integre remaneant et pars. iij. incisa in longitudinem coniuncta sit glutine cum carta vna cum ambabus extremitatibus linea recta siue perpendiculari: ⁊ tandem intelliges cannam pulmonis ꝑ viaꝫ conuenientem et rectam.

¶ Capi. xxiiij. Quod est de anotomia cordis ⁊ forma ei⁹.


Orma cordis est rotunda admodũ pine que in arabico nominatꝛ semiara: sed est trãsuersa eo ꝙ acuitas cordis existit versus inferiora corporis ꝛ radix versus superiorẽ partem corporis. Et hꝫ pelliculã vnam grossam circũdantẽ ipsum: sed nõ ꝯiungitꝛ tota versus radicẽ. ¶Et positũ est in medio pectoris: sed caput eius .s. acuitas tẽdit magis ad partẽ sinistrã. Et arteria magna oritꝛ ex ista parte scꝫ sinistra: et ideo apparet pulsus maior in ista parte: et ꝑpter hoc imaginantꝛ aliqui ꝙ cor sit positũ in ista parte. Et hꝫ cor cõcauitates duas magnas vnam ex parte dextra: aliã ex parte sinistra: et versus radicẽ suam est res vna similis cartilagini: et ipsa est quasi fundamẽtũ totiꝰ cordis: et a cõcauitate dextra ad sinistrã sunt vie: ꝛ in cõcauitate dextra sunt orificia duo. Unum ipsorũ est orificiũ vene coniuncte epati que oritꝛ ab epe ꝺm .G. ꝛ a corde ꝺm Ari. Et supra istud orificiũ sunt pellicule tres aperiẽtes se seu dilatantes in hora introitꝰ sanguinis in ipsum: et demum clauditꝛ clausione cõueniẽti. Et orificiũ ꝺm est orificiũ vene cõiungẽs se ex ista cõcauitate in pulmonẽ: ꝛ est vena vna q̃ non pulsat eo ꝙ tunice ipsius sunt grosse ad similitudinẽ arterie: ꝛ istud orificiũ hꝫ pelliculas aperiẽtes se extra ꝛ nõ. alꝛ. nunc intus ex aduerso pellicularũ alterius orificij. Et in cõcauitate partis sinistre sunt duo orificia vnũ est orificiũ arterie magne: ꝛ habet pelliculas tres aperiẽtes se in intrinsecus versus partem exteriorẽ. Et ꝺm est orificiũ arterie cõiungentis se in pulmone: ꝛ supra istud orificiũ est pellicula vna aperiẽs se intus et extra. Et habet cor additiões duas similes auribꝰ: vna ex parte dextra existit et altera in sinistra. Et pulmo est volatizans supra cor: ꝛ cor habet texturas multas variantes se in oppositione.

¶Cap. xxv. Qđ est de forma stomaci ꝛ meri.


Am diximꝰ ꝙ in extremitate oris sunt vie due: vna est via aĩe .s. aeris ad pulmonẽ: ꝛ secunda est via cibi ꝛ potus per meri: ꝛ hoc vocatur meri: ꝛ istud cõpositũ est ex duabus tunicis: vna est extrinsecꝰ ꝛ est carnosa: ꝛ textura ipsius tẽdit in latitudinẽ. Et alia est intrinsecus ꝛ est neruosa: alꝛ musculosa: ꝛ textura ipsius tẽdit in longitudinẽ: ꝛ aliquid ipsius tẽdit per diametrũ: et ipsum positũ est in posteriori parte supra spondilia colli: ꝛ ipsum elongatur et descendit inferius donec transeat dyafragma et ligatum est spondilibus et villis ipsum ligantibus. Et quando transit dyafragma dilatatꝛ: et fit ex ipso stomachus ꝛ tendit aliquantulum versus partem sinistrã. Et ideo đr ꝙ caput stomachi descit in parte sinistra: et fundum in parte dextra: imagina ergo in corde tuo cucurbitam vnam rotundam habentem collum longũ: ꝛ cũ ipsa iũgatꝛ collũ aliud: ꝛ sic itelliges formã stõaci ꝛ meri: nisi ꝙ stomachus existit a latere versus dorsum aliq̃ꝺtulũ lõgꝰ

Due vie oris

et vnum ex duobus capitibus ipsius stomaci superius est meri:et inferius est principiũ intestinorũ:⁊ noiatur portanarium: et in arabico albeb:⁊ ipse.s. stomacus est ligatus spondilibus et etiam cum aliquibus intestinorum fortibus ligaturis sustinentibus ipsum. Et corpus stomaci compositum est ex tribus tunicis:textura vnius tendit in longitudinem:et alia vadit per dyametrum: et illa est intrinsecus:⁊ est illa tunica idest neruosa.al.musculosa:⁊ exteri⁹ est carnosa: ⁊ textura ipsius tendit in latitudinem.

Tres tunice stomaci.

¶Cap.xxvj.Quod est de forma intestinorum.



Intestina composita sunt ex duab⁹ tunicis:⁊ habent texturam tendentem in latitudinẽ solũ ⁊ super tunicam interiorem adest viscositas nominata in arabico lasuen.in uestita ex ipsa inuiscatiõe siue viscositatẽ a natura.Et oia intestina sunt sex:tria minuta : ⁊ sũt superiora:⁊ tria grossa ⁊ sunt inferiora : et principium minutorum est intestinum coniunctum fundo stomaci nominatũ duodenum. Et post ipsum est intestinum nominatum ieiunum et ista duo sunt erecta in longitudine corporis:et orificia istorum coniungunt in epate plus aliis intestinis: ⁊ post ieiuniũ est intestinũ nominatum gracile : et ipsum reuoluitur reuolutionibus plurib⁹. Et latitudo istorũ triũ itestinorum est ad modũ vł ad quantitatem latitudinis portanarij. Et post ista est intestinum nominatum orbum: ⁊ istud intestinum est latum non habens transitum nec iter:sed simile est fisculo vel marsupio:⁊ qr nõ habet nisi vnum os:ideo per ipsum intrat et exit quicquid intrat et exit:et ipsum est in parte dextra positum:et post istud est intestinum nominatum colon:⁊ incipit a parte dextra tendens per latitudinem ventris ad partem sinistram.Et post istud est intestinum rectum habet concauitatem amplam in qua coadunantur feces:⁊ sicut vrina in vesica coadunatur:et super orificium istius est lacertus vrine.

Ieiunũ itestinũ.

Intestinum orbum.

¶Cap.xxvij.Quod est de forma epatis.



Epar positũ est in latere dextro costarum superiorũ ex costis superiorib⁹ et forma ipsi⁹ est forma lune: et est habens concauitatem in parte lateris stomachi et additamenta:et aliquibus insunt quatuor et aliquibus quinqꝫ: ⁊ ipsum est cooperiens supra latus dextrum stomacum:et gibbositas ipsius est versus dyafragma: ⁊ est ligatum ligamentis coniungentibus se pellicule existenti supra ipsum: et oritur a concauitate ipsius epatis canale vnum nominatum ianua epatis : et forma ipsius est forma vene : nisi quia est non habens sanguinẽ: ⁊ illud canale est diuisum in partes:et ille ꝑtes sunt partes multe in quantitate multa:⁊ veniũt ex ipsis scilicet partibus partes multe ad fundum stomaci ⁊ ad intestinum nominatum duodenum: et multe etiam partes ad intestinum veniunt ieiunum:⁊ demum ad residuum aliorum

Diuisio.

intestinorum donec iungantur intestino recto. Et istud canale quod est in porta epatis diuiditur etiam in partibus interioribus ipsi⁹ epatis ad partes minutas: scilicet ad venas capillares similes capillis: Et a parte gibbositatis epatis apparet vena vna magna a qua omnes vene totius corporis volant sine exeunt: sicut diximus in anotomia venarum: ⁊ radix ipsius vene diuiditur ab epate ad partes minutas similes capillis: ⁊ obuiatur in partes diuisas a canali nominato porta: et nutrimentum chimosum intrat in epate per suam ianuā: ⁊ in illis venis decoquit̄ donec redeat ad sanguinem: et demum exit per illā venā magnā existentem in sua gibbositate.

¶ Cap̄.xxviij. Quod est de forma splenis.



Forma splenis est longa: et positum est in parte sinistra ligatum ligamentis coniungentibus pelliculis existentibus supra ipsum: et est cōtinuatum stomaco ex vna parte: et ex alia parte costis posterioribus: et oriuntur ab ipso conducta duo vnum ex ipsis cōiungitur ori stomaci et aliud cōiungitur in epate versus concauitatem.

¶ Cap̄.xxix. Quod est de forma fellis.



Fel positum est in epate: et hʒ vias duas: vna coniūgitur in concauitate epatis: ⁊ alia ramificatur et cōiūgitur inferioribus intestinis et in fundo stomaci.

¶ Cap̄.xxx. Quod est de forma et anatomia renum.



Duo renes positi sunt i latere duorū laterū spōdiliū in nuce prope eparꝫ ren dexter est in altiori loco rene sinistro: et vnumquodqꝫ habet colla duo: vnum ipsorum coniūgitur in vena magna ascendente a gibbositate epatis: et aliud descendit inferius donec coniūgatur in vesica coniunctiōe mirabili: et iste due vie .s. ista duo colla nominantur in arabico alalbin.

¶ Cap̄.xxxi. Quod est de forma vesice.



Locus vesice est inter anū ⁊ vmbilicū: qui locus est nominat⁹ in arabico ana: ⁊ composita est ex duabus tunicis: et in orificio sui est lacertus vnus: et vrina venit a renibus ad ipsam per vias nominatas alhalbin: ⁊ iste due vie tendunt per dyametrum: et vadunt etiam per longum donec transeāt infra in vesicam: ⁊ oritur ab ipsis corpus vnum simile pellicule que aperit vesicam ⁊ claudat eam ex parte renum: et istud est sine dubio vt aliqd nō redeat de vrina ad renes. forma vesice.

¶ Ca.xxxij. Qd̄ est de anotomia mirac ⁊ zirbi.



Mirach qd̄ etiam in arabico nominat̄ mirach hʒ sub lacerto existente in vestito subventre pelliculā vna: ⁊ est plana: ⁊ post istam est coopertorium: et post sunt intestina: et innamentum Mirach.

istius pellicule est ad obuiādū ne intestina simul commisceantur: sicut fit in egritudine q arabico nominata sachot. et innamentum coopertorij est ad calefaciendum intestina: et de istis ero locutus largius in lib. sanitatis.

¶Cap. xxxiij. Quod est de anotomia veretri et testiculorum.



Oritur ex osse vmbilicali corp⁹ nernosum: musculosum amplum: et multarū concauitatum: et sunt sub ipso arterie multe: q late vltra eo quod conueniret sue magnitudini: et istud corpus est veretrū et oriūtur a pellicula vie due noiate in arabico albarbachi: et demum ramificatur et generatur ex ipsis pellicula. s. bursa testiculorum et: etiam testiculi: et veniūt a latere interiori ex parte venarum inferiorū rami habentes inuolutiones et ligamenta multa: et circundant carne glandulosa alba: et habēt testiculi vias duas venientes ab ipsis ad veretrum.

¶Cap. xxxiiij. Qđ est de anotomia mamillarum.

Mamille.



Mamilla est cōposita ex arterijs: venis q musculis: q est repleta carne glādulosa alba: q iste arterie et vene diuise sunt in mamillis in partes multas minutas: et reuoluuntur et torquentur reuolutionibus et tortionibus multis.

¶Cap. xxxv. Quod est de anotomia vulue.



Vulua posita est inter vesicam q intestinū rectū: sed est superans vesicā ex parte superiori: q ligata est ligaturis lenibus: et ipse sunt musculose: vt de facili possint extēdi et dilatari et coadunari et cōstringi: et habet cameras duas iungentes in vno orificio: q quelibet istarum camerarū habet loca concaua: et nominata sunt in arabico aluech: et ista sunt orificia venarū: vnde sanguis menstruus transit in vuluā. Et post illas scilicet duas cameras sunt additōes que testiculi duo mulieris dicuntur et sunt minores testiculis virorum. Et id qđ superat ex vulua durat vsq ad orificium ipsius quod nominatum est in arabico fereg. habet additamenta prohibētia ipsū a frigore. Et orificium vulue virginis est crispum: et ex crispitudine illa oriuntur vene minute habentes pelliculam vnam cōtextam duabus texturis: vna tēdit in lōgitudinem: q illa est minor: et altera vadit in latitudinem. Et quantitas hui⁹ anotomie membrorum sufficiat hic: q si aliqui volunt plus addere addant. Fereg.

¶Explicit liber primus. Colliget auerroys qui fuit liber de anotomia.

¶Incipit liber secundus: qui est de sanitate: et est continens capitula viginti q duo.

¶Capitulū. j. Quod est de sanitate q de complexione atq compositione mēbrorum in vniuersali.



Sanitas est bona dispositio in membris corporis humani cum qua ipsum operatur operationem quam habet agere per sui naturam: et patitur passionem quam habet pati. Et ista diffinitio est ex diffinitionibus per se notis. Et ideo quia membrorum secundum quod testificatur sensus sunt due species: consimilis et officialis: debemus intelligere in vnaquaque specie ipsorum quid ipsa est: et ponere differentias earum: et postea debemus enarrare que est actio et passio que appropriatur vnicuique membro: et quando nos faciemus istud: tunc cognoscemus quid est sanitas vera cognitione. Et incipimus loqui super corpus consimilium partium. Et dicimus quod via in cognitione rei cum qua operatur membrum consimile suas operationes: et patitur suas passiones: est via per quam nos possumus certificari in radicibus istius scientie: postquam nos reperimus hec verba declarata in naturali philosophia. scilicet quod omnia corpora similium partium: inquantum sunt similium partium: sunt composita ex quatuor elementis: scilicet ex igne: aere: terra: et aqua: et est declaratum in libro generationis et corru. quod via generationis non est nisi ex parte temperantie commixtionis et complexionis. et in quarto methaurorum est declaratum quod complexio et commixtio non fit nisi per modum decoctionis: que decoctio non fit nisi per calorem. Et quod differentia que reperitur in istis corporibus consimilibus non euenit nisi secundum differentiam et mensuram seu temperantiam calidi: frigidi: humidi: et sicci. et secundum quod inuenitur in eis alia forma temperantie: et est determinatum ibi quod forme eorum non sunt aliud quam forme temperantie complexionalis: et quod accidentia que sunt propria in vnaquaque specie ipsorum non sunt stantia per se: sed sunt sequentia formas complexionales. Et hec est narratio que erat multum necessaria anticipare hic. Et sunt verba que sunt declarata in naturali philosophia per demonstrationes proprias et ordinatas. Et quando medici student tractare de istis rebus in huiusmodi arte: eorum verba non sunt super ista nec propria: nec ordinata: eo quod student attribuere res vniuersales entibus particularibus: et ideo eorum dicta non sunt propria: et non sunt super viam quam intendunt probare: et tunc cadunt in re quam credunt adducere per demonstrationem. Et ista res accidit Galeno in libro de complexione: scilicet quod doctrina eius in illo libro non incedit secundum doctrinam quam fecit in libro de elementis per viam demonstratiuam: et ista verba erunt multum leuia apud illum qui studuerit in logica etiam paruo tempore. Et modo volumus reuerti ad ordinem verborum nostrorum: et dicimus quod iste res quando erunt secundum modum quem diximus: tunc erit intellectum quod res quam diximus quod membrum consimile agit cum ea actionem suam aut pas

Compo

Gal.

sionē suā patitur nō est alia res ꝙ forma cōplexionalis que ꝓuenit a mensura cōmixtionis quatuor elementoꝝ. Et qm̄ res miscibiles nō inueniūtur in mixto nisi duobus modis. Unus est vt mensure sint equales: ꝛ ista mixtio vocatur mixtio equalis cōparando ipsam extremitatibus: eo ꝙ est in medio earum non declinans. Secundus est vt non sint inequalib⁹ mensuris: ꝛ ista etiā inequalitas est multis modis: ꝛ ſm istaꝫ inequalitatem sunt diuersificate ꝛ inequales facte cōplexiones specierum. Sed dabimus ꝑ exemplo huius ꝙ sicut complexio equi est diuersa a cōplexio hominis: ideo quia mensure elementoꝝ sunt mixte in eo super latitudinem diuersam cō mixtionis mensurarū earum in hoīe. Et ideo ꝙ illa forma complexionalis que est ꝓpria in vna quaqꝫ specie inuenit in ipsa eadem specie inequalitate ꝛ distēperantia media inter multum ꝛ parum: et etiam habet latitudinem que recipit plus et minus intra extremitates: que temperantia et equalitas non exit de eis nisi qn̄ corrumpitur forma specifica earū: necesse est ex hoc ꝙ vna et eadem complexio specialis sit equalis et exiens ab equalitate. Et istud est aut i vna quatuor qualitatum aut in duabus: quarum possibilis est compositio adinuicem. s. actiuarum et passiuarum: quarum vna nō contradicti alteri. s. calida ꝛ humida: frigida et sicca: aut calida et sicca: frigida ꝛ humida. ergo cōplexiones consimiliū partium sunt de necessitate. ix. scilꝫ equalis. ca. fri. sic. ꝛ hu. aut ca. et hu. aut ca. ꝛ sic. aut fri. ꝛ hu. aut fri. et sic. Sed si inueniunt iste ix. in corpore hominis in fine similanti fini extremitatis elementorum in mensura qualitatum. Istud autem non posset esse si non esset possibile inuenire corpus consimilium partiuꝫ: in quo mensure elementorū essent equales penitus in quantitate. Et vie speculationis multū necessarie sunt hic: tūc apparet ꝙ est impossibile esse hic in quantitate partium eorum: scilicet in grauitate ꝛ leuitate. Ideo quod dominans super corpora partiū consimilium: est aqua et terra ideo habent coagulationem et firmitudinem: ꝛ qualitates que faciunt ipsa firmari et compleri sunt ille que faciunt coctionē et digestionem: ꝛ iō est appropriatum generabile. al'. naturale dominationi partis agentis et calide: ꝛ patientis hu. cuꝫ quibus fit mixtio ꝛ coctio: ꝛ totū hoc est declaratum in. iiij. methaurorū: et ab illis regulis est probatum quod cōplexiones non sunt nisi quinqꝫ solum: vna scilicet equalis et quatuor inequales. Et qđ est impossibile duo corpora inuenire que sint communia in caliditate quod vnum sit siccius alio: sicut opinatur. G. in puero et iuuene: et iam declarauimus istud in alio loco meli⁹. Et scias in summa quod mensure duarū qualitatum actiuarum sumuntur a mensuris duarum qualitatum passiuarum: eo quod forme proprie habent materias proprias sub eis. Et nos videmus si nos exiremus ab intentiōe publica multitudinis medicorum esset difficile intelligere: et ideo nos loquimur de hoc nimis. Et adhuc error q̄ accideret ex hoc

Margin notes: Prio mō. — Scđo mō. — M... cōp... xio... — Gal...

in hac arte est multum paruus: et ideo non facimus hic nouuz preceptum. Et etiam error quez diximus de temperata cōplexio ne est paruus. Et ideo dicimus q̄ est verum verbum. G. de eo q̄ dixit de cute vole man⁹. Et ma-gis in ista pala vel palma apud arabes ⁊ sonat pro extrema par te palme versus digitos palme: et plus in ista que est super par tem que vocatur formiculata. Et quando erit totuz hoc quod narrauimus: tunc res cum qua operantur ptes consimiles suas actiones aut patiūtur suas pas-siones est de necessitate vna ista rum nouem complexionum: si-ue sint partes consimiles aliis siue non. Et ideo necessariuz est scire naturalem complexionem de istis nouem complexionibus cuiuslibet membrorum: quod il la complexio est temperata com parando ipsam actioni membri aut passioni eius. Et ista tempe rantia est illa que est dicta tem-perantia specialis speciei: ⁊ ipsa est illa complexio quam oportet ꝯseruari i hac arte aut restaura ri. Et quando stabimus sup cō-plexionem cuiuslibet membro-rum consimilium: tunc stabim⁹ super complexionem membro-rum compositorum ex ipsis. Et quandoq̄ plus: ideo q̄ comple xio quedā est que appropriatur membro officiali inquantuz est officiale: et quedā est appropria ta ei inquantum est consimiliū partium: non ex parte vnde est officiale. Et quando nos stabi-mus ex hac parte super comple xionez cuiuslibet membri mem brorum officialium: tunc poteri mus stare super complexionem temperatam appropriatam toti

corpori: ideo qđ complexionem nos non appropriamus nisi in hoc q̄ est inuenta membris offi cialibus ex quibus est composi tum: et ex membris officialib⁹: ⁊ ex parte consimilium. Et est ne-cesse vt scias in primis quod ex membris vel corporibus quedā sunt composita ex elemētis pri-ma compositione: ⁊ quedā sunt composita mediante prima cō-positione. Et membra consimi-lia q̄ sunt partes animalis sunt huiusmodi speciei: ideo q2 non generantur nisi ex sanguine so-lummodo: ⁊ sanguis generatur ex cibis et potibus. Et scias qđ sperma non est ex rebus q̄ sunt pars membri aut simplex aut aliquod aliud membrorum: si-cut declaratum est in naturali philosophia. Et ego faciam lon giorem sermonez in tractatu de iuuamento membrorum. Nec etiam melencolia: colera: et fle-gma sunt elemēta membrorum consimilium per viam secundū quam est sanguis. Ideo quod res que generantur plusquam ex vna re non completur: nisi quando miscentur ille res adin uicem: et faciunt vnum corpus: sicut est squingibin: quod fit ex commixtione mellis cum aceto et aqua: quorum quodlibet sta-bat per se in actu. Et in vulua non inueniuntur melencolia nec colera in actu que miscean-tur cum sanguine ad hoc vt sint postea pars membri. Sed cole-ra et melencolia sunt in corpo-re hominis ex certis iuuamen-tis: que nos festinamus decla-rare. Sed flegma est materia re-mota: ideo quod ex ipso non ge nerantur membra nisi quando fit sanguis. Et due colere non

Fle-gma i mām̄ bri re-mota.

sunt materie membri nec propinque nec remote: ideo quia est impossibile ipsas conuerti in sanguinem: sed ipse sunt in eo in potentia: quia quando corrumpitur multotiens conuertitur ad eas. Et non fecit eos errare in hoc nisi locus consequētis: ideo quod viderūt quod elementa nō inueniuntur in composito ex eis nisi in potentia: cū dixerunt hoc. Sed et non conuertitur quod res que inuenitur in alia re in potētia sit eius elementum: sed sanguis est yle transibile vel mutabile ad aliaz rem per accidens non sicut est yle cibus istorum per accidens: sed sicut vita est yle mortis. Et ideo non dicitur quod fex ꝛ spuma sit elementum vini: sed dicit quod vinum est complemētum existentibus separatis istis ab eo: ideo quia sunt eius superfluitates separate ab eo quando digeritur: ita sunt vere due colere cum sanguine: eo quod quodlibet generabile habet aliquam superfluitatez que separatur ab ipso tempore digestionis.

de membra

¶ Capitulum secundū. Quod est de complexionibus membrorum consimilium.



T postquā est declaratum istud: ruertemur ad ordinez nostruz ad enarrandū complexionem quorumlibet membrorum consimilium: et ab illo procedemus ad cognitionem eorum actionum ꝛ passionum: et dicemus qꝺ ossa apparent ex suo esse: ꝙ frigiditas et siccitas dominatur super ea: et similiter cartilagines: ꝛ pili: et chorde: et ligamenta: ꝛ nerui: et vene: et panniculi: eo ꝙ calor ea coxit: et frigiditas congelauit: ꝛ iō mollificat ea calor aut dissoluit. Et ista qualitas est in vno eorū plusꝙ in alio. Et videt ꝙ siccior omnibus sit pilus: post illum os: ꝛ post illud cartilago: et post ligamentum: ꝛ post illud pāniculus: ꝛ post illud vene: et post illas sunt vene pulsatiles: ꝛ post illas neruus vel muscul⁹. Sed supfluitas frigiditatis eoruz est ista: ꝙ pilus est frigidior omnib⁹: ꝛ post illū ossa: ꝛ post illa cartilago: ꝛ post illam ligamētum: ꝛ post illud pāniculus: et post illum lacertus: ꝛ post illum vene pulsatiles: ꝛ nō pulsatiles. Et ista mēbra.f.ꝛ.s. non appropriātur frigiditati nisi propter hoc ꝙ frigiditas est illa que cōplet ea: ꝛ dominatur in eis: non ꝙ ipsa sint priuata calore: sicut ipsa sunt appropriata siccitati: ideo ꝙ siccitas est illa que complet ea: ꝛ dominatur in eis: non ꝙ sint priuata humiditate: quia mixtio et digestio stant sup humiditatem: et calor qui est in istis est in specie specierum accidentis. Sed membra super que dominatur calor et humor sunt caro: sanguis: et spiritus. Sed calidius omnibus est spiritus et post illum est sanguis: ꝛ post illum caro. Et per istam eādem viam incedunt humiditates: ideo ꝙ spiritus est de genere aeris: et aer est humidior aq̄ sicut declaratum est in naturali philosophia. Sed inter mēbra frigida et humida in pri=

mis est adeps: et post illum est pinguedo: et post illā cerebrū. s. substantia medullaris: ⁊ humiditates incedunt secundū hāc viam. Et hic est pelagus: i quo aliquis multum haberet nauigare si tempus adesset. Et in aliis nostris libris iam locuti sumus prolixe. Sed multum recordare: et caue ne obliuiscaris quod dictū est supra scilicet ꝙ de necessitate est ꝙ sint gradus virtutum actiuarum super vnā et eandem complexionem secūdum comparationem graduū virtutum passiuarum ⁊ nō intēdas post consilium ignoratum in hoc: ⁊ cōueniens est medico recipere cōplexionē istorū membrorum a naturali.

¶ Capitulum. iij. Quod est de complexionibus membrorum officialium.



T nunc incipiemus a cōplexione mēbrorū officialium postquā diximꝰ de cōplexione consimilium. Et dicimus quod cor postꝗ est cōpositum ex pāniculis et ligamētis et neruis est de necessitate calidum propter multum spiritum existentem in eo: ⁊ propter sanguinem existentem in eo: et etiam propter partem carnosā quā habet: et stat in corpore ad similitudinē vniꝰ clibani ignis in domo. Sed si est siccum sicut dicunt medici: aut temperatū: aut declinans ad humiditatē: hac est speculādū. Sed mihi videt ꝙ est declinās ad humiditatē propter spiritum existentē in eo. Sed illud quod videtur ex epate ex sua essentia est ꝙ sit calidum ⁊ humidū. Propterea quia maior pars suarum partium est carnosa: sanguinea: et etiam ad ipsū transmittuntur multe arterie. Et hic mlta sunt inquirenda: et quia medico nō pertinēt: ideo dimittamus. Et cerebrum est frigidum: ideo qꝺ maior pars suarum partiū est substantia medullaris ⁊ neruosa: ⁊ similis huic. Et natura medulle que est in ipso diuersa a natura medulle que est in ossibus: quia tu vides quod nō est in eo pars pinguosa: aut vnctuosa: et quando coquitur ad ignem ingrossatur: et desiccat: ideo quod pars aquosa que est in eo resoluitur propter calorē: ⁊ remanet pars terrestris. ¶ Et quēadmodum diximus de cerebro: eodem modo diximus de nucha. Sed splen et renes ipsa etiam sunt de membris calidis et humidis: ꝗuis renes sint in hoc sub splene in gradu ꝓpter grossitiē sanguinis qui stat in splene: sicut est splen est in hoc gradu satis interior epate. multa sūt inq̄rēda hic.

¶ Capitulum. iiij. Quod est de complexiōe temperata et de distemperatis totius corporis.

Et postꝗ est declaratum in complexione membrorū officialiū ⁊ consimilium ab isto possumus cognoscere quid est temperata complexio totiꝰ corporis. Quod si inueniūtur ista membra proportionata super istas complexiones: ipsum est temperate cōplexionis penitꝰ: ⁊ inueniunt in eo iste proprietates ⁊ illa signa q̄ dicit Ga. ꝙ inueniuntur in temperata cōplexione. ¶ Et manifestum est qꝺ Gal.

ista tēperantia non dicitur nisi in comparatione omniuz partium totius corporis: ideo quia impossibile est istis mēbris con similibus exeuntibus eis a sua complexione naturali: aut in vna qualitate: aut in pluribus quod non superueniat permutatio aut corruptio per istuz exitum. Et iste exitus habet multas causas: aut ꝓpter clima aut propter yle: aut propter agens aut propter mutationem quatuor etatuz: eo quod puer est calidus: et humidus: et iuuenis calidus et siccus: et senex est frigidus et siccus: et hoc manifestum est ex eorum operationibus: et ex propinquitate et longitudine generationis. Et etiā masculi complexio est calidior et siccior complexione femine. Et hoc manifestum est ex operatiōibus eorum. ¶ Et aliquādo permutantur complexiones propter exercitia. Et propter cibos: et propter omnia extrinseca. Et sicut potest esse ista permutatio in cōsimilibus: ita potest esse in officialibus. Et post hoc in totalitate totius corporis concordantibus nobis ipsa omnia adinuicem. ¶ Et postquam est possibile esse hoc. Et est etiam ostensuz quod exitus complexionum exeunt ad octo species apud medicos: tūc res propter quas operatꝰ membruz suas actiones: et patitur suas passiōes aut totū corpꝰ: sunt nouem species apud medicū: vna temperata: et illa est naturalis: et octo sunt distemperate: eo ꝙ corpꝰ cui dominatur caliditas in membris et siccitas appropriatur caliditati et siccitati: et sic in reliquis speciebꝰ. Et hoc modo intellige quod species complexionis sanitati sunt nouē. Et temperata communicat cuz ambabus speciebus membrorum: saluo quod ipsa est in simplicibus primo in substantia: ꝛ in compositis secundario et per accidēs. Et ideo quia medici appropriant complexiōes distemperatas qualitati actiue et passiue: conueniens est appropriare complexionem totiꝰ corporis istis duabus qualitatibus solum: ꝛ propter hoc sunt secundum ratione complexiones distemperate solum quatuor.

¶ Capitulū. v. Quod est de sanitate membrorum officialiū et eius speciebus.



Et postq̄ est declarata sanitas cōsimilium partiuz propter earū complexionem temperatam quā habent propriam: et in substantia conseruatam: et per accidēs mēbrorum officialium et totiꝰ corporis. Modo redeamus ad declarandum sanitatem membri officialis substantialiter inq̄ʒ tum est officiale ꝛ species eius. Et dicimus quod membra officialia: ideo quia sunt composita apparet ex eorum esse quod non operantur suas actiones et patiuntur suas passiōes: nisi quando sunt in sua qualitate ꝛ in qualitate quātitatis: inq̄ʒtū ipsa est quātitas: ꝛ in positione sua secundum moduz naturalem: et in continuatione partiū suarum: ꝛ in contiguatione terminorū eorū in cōiunctiōe sua: et separatiōe: ꝛ in qualitate cō-

iunctionis ꝛ separationis eoꝝ: et situs eorum: et ordinationis. ¶ Et quidam sunt qui opinantur quod istud intret in genere positiõis sed si vocatur positio hoc non est nisi propter equiuocationem. Sed qualitas eorum est ꝙ sit forma eorũ naturalis: ꝛ quod concauitates eorum ꝛ vie sint secundum formã naturalẽ in eorum largitate et strictura: et quod sint eorũ superficies in lenitate ꝛ asperitate secundum modũ naturalẽ. ¶ Sed quantitas est in tempore quãdo inuenitur harum partium numerus naturalis: ꝛ eodẽ modo in suis mensuris. ¶ Sed modus eorũ in coniunctione est etiam modus ille naturalis: sicut coniunctio partis membri officialis: pars parti: et separatio eorum: pars a parte: et qualitas coniũctionis et separationis itrat in hoc. ¶ Et continuatio: et contiguatio: et terminatio: et separatio: ꝛ coniũctio manifesta sunt. Sed continuatio plus conuẽnit in membro consimili ꝙ̃ in officiali: et paruum et magnuꝫ in esse in genere mensure: et est appropriatum quantitati continue: sicut est satis vel multuꝫ et paruũ appropriatum quãtitati discrete. Et quãuis mẽsura in hoc quod appropriat sit conuenientius appropriare eã mẽbro cõsimili ꝙ̃ officiali: ideo qꝛ officiale nõ est sup mẽsurã suaꝫ naturalẽ: nisi quãdo est quodlibet consimiliũ ex quibus est cõpositum super mẽsuram suã naturalẽ. ¶ Sed positio. al. oppositio: naturalis que est in membro hoc est vt sint eorum partes opposite membris manifestis sicut cõsuetudo est membri posi. al. oppositis mẽbris: et istõ erit locus membri naturalis in corpore: sicut est epatis ꝛ stomachi: ꝛ sic in aliis est intelligẽdũ: ꝛ ita est modus iste in positione. al. oppositione partis membri in seipso: pars parti. ¶ Sed qd diximus quod erit modus ipsius ex communicatione eorũ partium suis partibus est modus naturalis: hoc existit in positione. al. compositione. prima que generalis est omnibus mẽbris corporis: sicut est communicatio omnium membrorũ principalium: eo quod non complerẽtur eorum operationes nisi cuꝫ eis: ꝛ etiam hoc est inuentuꝫ in membro cum membro: sicut cõmunicatio stomachi cum cerebro in operatiõe sua que est appetitus. Et sicut est in partibus vnius et eiusdem membri officialis cum parte que dominat plus in operatiõe illius rei: sicut est communicatio omniuꝫ partium oculi ad cristallinam humiditatem. ¶ Sed sunt gradus. al. genus coniunctionis ꝛ separationis: et eorum qualitatum: quoniaꝫ sunt ex membris que separata sunt absqꝫ ligaturis: sicut sunt digiti. Et eorum sunt que associantur ligaturis vel adeptionibus: eorum partes intrant partes: et eorũ sunt quorum coniunctiões sunt nodatiles: et hoc modo potest esse quod mouetur membruꝫ quod est pars coniunctionis ipsius situs. Sicut est planta manus que est pars coniunctionis brachii quod est nominatũ i arabico scahat: ꝛ ipsa planta coniuncta est ligaturis ꝛ adeptionibus: et cum hoc est coniunctio nodatilis. Iste sunt species disposi-

tionū que quando sunt in mē-
bris officialibus: et tunc habent
agere suas actiōes naturales:
et pati suas passiones: siue illas
quas habent ab vtilitate. al. a
necessitate: siue illas quas ha-
bēt a nobilitate. Et a capitulis
anotomie que ordinata sunt p
multos alios auctores poteris
scire istas res prolixius: et pro-
pter hoc non est mea intētio p-
longare me in eis. Et si tu vidi
Gal. sti libros Ga. et libros aliorum
medicorum qui sunt secundū
suam opinionē: et videbis istū:
tūc cognosces q illud quod di-
ximus in diuisione specierum
sanitatis est multum melius et
verius q̄ illō quod dixit homo
quem scis. ¶ Et istud meli9 au
tem. al. melioramentum nō po
teris cognoscere si tu non stu-
dueris in naturalibus sciētijs:
quoniam oportet qō tu teneas
de via philosophorum aliquā-
tulum plusq̄ de via medici: et q
iste liber nō est fact9 pro illo qui
incipit tantūmodo legere.

¶ Capitulum. vj. Quod est de sanitate aliqualiter in mēbris consimilibus.


T modo icipim9
dicere: ideo quod
inuenim9 de cō-
plexionibus sani
tatis appropria-
tis membris con
similibus que sunt in fine tem-
perantie secūdum se: et quasdā
que exeunt a temperantia: sed
exitus per quem non prouenit
lesio sensibilis in actiōe aut in
passione. Et similiter est in mē-
bris officialibus: et tunc inue-
nimus ibi qualitatem tempera
tā: et quātitatē temperatā: et posi
tionē tēperatā: et cōmunicatio-
nem temperatā. Et ista est bo-
na dispositio super quam visus
fuit. G. demonstrare in tracta-
tu habitudinis bone: et qui eā
voluerit addere. al. adiscere in
isto libro non reputo malum.
Ideo species sanitatum q̄ sunt
in officialibus membris sunt
apud medicos octo: quatuor tē-
perate: et quatuor distempera-
te: aut augmentate. ¶ Sed qn-
tum genus specierum vel gene
rum dispositionum quidā sunt
qui opinantur quod est vnum
in quo communicant membra
consimilia et officialia: et illa est
forma coiunctiōis nostre. Ideo
quia coniunctio est duob9 mo-
dis sicut scis vna est cōiunctio
nodatilis: alia est coniunctio
vera: et vera est appropriata ma
gis consimili: et alia plus offi-
ciali. Sed coniunctio vera illa
est consimilium: et debet nume
rari in habitudine sanitatis eo
rum. Amodo declarauim9 om-
nes species habitudinum sani
tatum membrorum consimiliū
et officialium: communes siue
proprias. Et declaratum est in
omnibus per quem modum est
eorum communicatio. Et fuit
necesse illi declarationi: ideo q
operatio complexionis tempe-
rate membri officialis non est
vna et eadē operatio cum illa
consimilium: ideo quia est con-
similibus propria et in substan
tia: et officialibus secundaria:
et per accidens et alij medici nō
subtiliati fuerunt in faciendo
hanc diuisionem.

¶ Capitulū. vij. Qō est de actionibus et passionibus et de virtutibus membrorum.


Odo volumus tra
ctare de actioni-
bus ⁊ passionib⁹
proprijs in quoli-
bet membro: ⁊ iste
intentiones ⁊ co-
gnitiones sanitatis stant loco
causarũ finalium: et ille de qui-
bus hactenus loquuti sumus
stant loco causarum formaliũ:
⁊ materialiũ ⁊ hic ē ponẽdũ vnũ
pĩcipium naturale. ¶ Et dici-
mus iam esse ostensum in natu
rali philosophia q̃d quodlibet
corpus est compositum ex mate
ria et forma: et q̄ materia nõ est
inuenta nisi propter formam: ⁊
propter hoc collectum ex mate-
ria et forma scilicet ens natura
le non est nisi propter operatio
nes suas proprias in ipso. Ideo
dicit Aristo. quod natura non
facit aliquid inuanum. Et simi
liter inuenitur istud in reb⁹ ar-
tificalibus: verbi gratia: quia li
gna nauis non sunt inuenta ni
si propter formam nauis: ⁊ figu
ram suam: ⁊ est inuentum colle
ctum ex his ambobus propter
operationem nauis scilicet na-
uigare in aqua. ergo de necessi-
tate est inuenire in membris ho
minis rem que sit etiã hoc mo-
do scilicet q̃d sit in eis res stans
loco materie: ⁊ res stans loco for
me: ⁊ res tertia scilicet actio et
passio: que res ipsa erit finis col
lecti eorum. ¶ Et hic est necesse
inquirere in primis que sit illa
res in membris que stat loco for
me: ⁊ que loco materie: ⁊ postea
veniemus ad declarandũ actio
nem ⁊ passionem cuiuslibet eo
rum. Et dicimus quod membra
consimilia apparent: vt in pluri
bus eorum quod sint loco ma-
terie compositi. Quia ossa ma-
nuum ⁊ ligamenta: ⁊ chorde: et
nerui: ⁊ caro: ⁊ cutis apparẽt ex
eorum esse quod non sint inuẽ
ta: nisi propter formam manus
⁊ forma manus que est compo
sita ex illis non est inuenta nisi
propter actiones ⁊ passiones: q̃
bus ipsa appropriatur scilicet
quod manus non posset exten-
di nec contrahi: nec colligere:
nec facere alias suas operatio-
nes nisi propter hoc quod est cõ
posita. ¶ Et quãuis mẽbra con
similia non sint inuenta nisi p̄
pter composita: tamen habet
quodlibet eorum per se opera-
tionem propriam que manife-
statur plus ĩ composito scilicet
quod manus non haberet fir-
mitudinem ad sustentandum
res nisi propter ossa ⁊ non habe
ret posse plicare se nisi propter
tur primo in cerebro quia cere-
brum est membrum frigidum ꝛ
membra nerui frigida: et in ma
iori parte eorum apparet ma-

nifeste frigus: ergo incredibile est vt calefaciant corpus. Et adhuc de ratiõe apparet quod calor qui est materia anime nutritiue et calor qui est materia anime sensibilis est vnuz loco subiecti: vel vnum in situ: et nõ est duo loco subiecti nec in duob⁹ diuersis membris etiam duo. Quia anima nutritiua que est in embrione est preparata recipere animam sensibilem: ⁊ stat cum ea loco forme et finis ⁊ nutritiua est ei loco materie: ideo fuit receptio in illo loco de necessitate qui preparatus est recipere. Et manifestum est quod anima non est preparata recipere nisi in loco sui subiecti et sui sit⁹ qui est calor naturalis. Ergo receptio anime ad formã sensibilem est de necessitate in hoc loco. Jõ ĝ res vnita ab his duabus est vnum loco subiecti vel situs: quamuis nõ sint vnũ in aliqua duarũ figurarũ. Unũ simpliciter hoc est vnum numero: ⁊ vnum diffinitione. Et hec est nobilis sententia quam dedimus. Et postq̃ ita est et etiaz apparet quod calor cum quo regũtur sensus est calor cordis: ergo virtus que regit sensuz cõmunem est ibi: ⁊ cerebrũ est seruiens istius virtutis. Sed ipm cor est princeps istius virtutis veraciter: q: dominatur sup his in hac perfecta dominatione. Et nos potuissemus probasse has res magis per viam demõstratiuam: sed nostra intentio est abbreuiare. Et postq̃ declaratum est quod cerebruz est seruiens cordi dando ei virtutes sensibiles per modum quẽ dat camerarius regi vt impleat voluntates suas q̃uis rex det ei illam virtutem ꝓpter quã agit: necesse est deinceps scire que est via per quam seruit cerebrũ cordi: quia iam declarata est via ꝑ quam seruit epar cordi: hoc est quia preparat ei suum nutrimẽtum. Et dicimus ꝙ non in qualibet mẽsura caloris completur operatio cuiuslibet sensus. Et adhuc apparet ad sensuz quod non indiget forti calore: q: fortis calor prohibet eos apprehẽdere sensata extrinseca et impedit eos: sicut videmus ꝙ homines qui distemperati sunt forti calore in cerebris eorum in egritudinibus acutis credunt audire et videre ea que non sunt: et maxime apparet hoc in sensu tactus: quia fuit intentio in eo apprehendere quatuor qualitates et fuit impossibile vt instrumentum illius esset vacuum ex eis: quia ipsum est complexionatum ex eis. vnde fuit factum in fine temperantie vt habeat sensum fortiorem. Et propter hec omnia quia cor est in fine caloris fuit ordinatum contra ipsuz cerebrum ex opposito ad temperandum calorem suum vt sensus possit apprehendere perfecte. Nec fuit possibile ponere hanc frigiditatem eandem in corde a principio creatiõis quia essent diminute operatiões nutrimenti diminutione manifesta. ¶ Et quod dum voluerit natura facere has duas operationes in animalibus perfectis in vltimitate perfectionis fuit positum cerebrum contra cor. Sed animalia que dicũtur spongia marina et multa animalia bruta non videntur indigere cerebro: et specialiter neruo magno qui oritur a cerebro: ⁊ propterea

Cor. Epar.

Alalia bruta.

si incideretur aliqua pars illius animalis posset viuere et nutriri et crescere donec redire ad id quod erat. Et propter hanc cãz videmus multa animalia que viuunt cũ sint incisa vsq ad medium sui. Et istud est seruitium quod dicit Arist. et sequaces sui. et secta circuentium que dicitur emensaz.i.viator: qđ cerebrũ facit cordi. ¶ Et fuit ordinatũ os capitis ad defendendum cerebrum. ¶ Et fuit rotunduz quia figura rotunda est magis remota a lesione sicut faciunt castellani qui faciunt turres rotundas vt machina non possit eis nocere. Et adhuc qz figura rotunda plura cõtinet in se et etiã est magis apta ad motum continuum.

¶ Capi.xij. Qđ est de iuuamento fili spine.



Et iuuamẽtũ filij spine est đ genere iuuamenti cerebri et est q̃si clauus ligans spõdilia. Et postq̃ declarata ẽ ex hoc sermone cõpositio.al'.comparatio dominationis cerebri et similiter dominationis cordis: et declaratum est iterum quod eius iuuamentum: deinde narrãdum est iuuamẽtũ mẽbrorũ vniuscuiusq que data sunt his quinque ỽtutibus.

¶ Capit.xiij. Qđ est de proprio instrumento sensus tactus.

Et dicimus qđ caro est proprium instrumẽtũ sensus: tactus. propter ea quia illud est membrũ quod communicat omnibus animalibus: sicut tactus est sensus communis omnibus animalibus. Et in carnibus pfectorũ animalium sunt sparsi multi nerui ad tẽperãdũ cõplexio nẽ carnis: et qz nerui sũt similes cõplexiõis cerebri est iuuamẽtũ eorum de genere iuuamẽti cerebri: ppterea membra ad que nõ veniunt multi nerui sunt duri sensus. Et istius virtutis quidã est qđ cõicat. oĩbus ptibus carnis: et hic est sensus quatuor q̃litatuz cõtrariarũ: sicut caliditas frigiditas siccitas: et hu. et quidã est qđ est ppriũ vni mẽbro: sicut est quãdo os stomachi sentit resolutionẽ factã in eo: et iste sensus appellatur fames et sitis.

¶ Sed fames est sensus resolutionis substante grosse calide et sicce: et sitis est sensus resolutionis substantie frigide et hu. ergo sensus ppri⁹ ẽ duplex. ¶ Et sensus capitis membri de titilatione quã habet in hora coitus isti duo sunt connumerati in genere sensus tactus.

¶ Capi.xiiij. Qđ est de iuuamẽto lingue.



Et lingue iuuamẽtũ est manifestũ qp illa et nerui sui non fuerũt facti nisi ppter operationem gustus q̃uis huic adiũgat alia res pp electõe zme liorẽ hoc ẽ ad pferẽdũ lr̃as locutionũ. Et i radice lingue sunt duo orificia q̃ tãgũt carnẽ glandulosam q̃ appellat generatrix saliue et iuuamẽtũ istius saliue est vt faciat manifestare gustuz rerum saporatarum.

¶ Cap.xv. Qđ est de iuuamentis oculorũ et partiũ suarũ.

Et manifestū est quod oculi sunt instrumenta visus ꝛ ꝙ sunt compositi ex septē tunicis et tribus humiditatibꝰ: et sciendum est iuuamentum vniuscuiusque ipsorum. Et apparet quod proprium instrumētum illius sensus sit humiditas rotunda que vocatur cristallina vel glacialis aut reticula aranea posita super hanc hu. Quia declaratum est in naturali philosophia qđ hec apprehensio nō potest perfici nisi i corpore peruio hoc est aere et aqua: qꝛ propter claritatem ꝛ paruietatē que est in eis fuit eis possibile recipere colores: et non apparet in oculo corpus existens in vltima claritate: ꝛ luciditate natum ex temperantia aeris ꝛ aque nisi duo corpora: et non fuit ordinata rotūditas istius humiditatis cum aliquantula deuexitate nisi vt reciperet rerum sensibiliū multam quantitatem. ¶ Sed alie humiditates et alie tunice non fuerunt facte nisi propter hanc humiditatem. Et cum deuexitate modica non est nisi vt recipiat a grandinosa: quia vitrea humiditas fuit facta ad nutriēdum hanc humiditatē per viā rorationis: ꝛ hoc fuit propterea qꝛ natura sanguinis est remota a natura huius humiditatis: vnde fuit necessariū vt aliqua re mediante fiat transitus sanguinis in primo vt ipsa adaptētur ad nutriendum hanc humiditatem. ¶ Et albuginea humiditas facta fuit iterum ad humectandum hanc humiditatē et ad custodiendum humiditatem suam ab aere extrinseco: et etiam ne tangant vueam tunicam. ¶ Sed tunica fortis vocata coniunctiua fuit ad custodiēdum oculum a duritie nerui: et etiam ad ligandum oculum cū osse: et etiam propter aliam vtilitatem quam dicemus post. ¶ Sed tunica que dicitur serina fuit facta ad nutriendum dictam retinā per venas que sunt in ea: et etiam vt iuuet ipsam propter calorem naturalem per arterias que sunt in ipsa. Sꝫ iuuamentum tele retine primum est vt det spiritum visibilem per neruos qui sunt in ipsa hoc est calorem naturalem cuius complexio adaptata est in cerebro. Et per duos neruos qui vadūt ad oculos: ꝛ etiaꝫ nutrit cristallinam humiditatem per viam rorationis et dat iuuamentum caloris naturalis per arterias que sunt in ea. ¶ Sed Gal. confitetur quod aranea est vltimate paruietatis et luciditatis: qꝛ colores et forme imprimuntur in ipsam. ergo illi tele est proprium instrumentum visus: vel per se vel per adiutoriuꝫ cristalline. ¶ Et tela vuea dicitur habere tria iuuamenta vnum est vt nutriat telam corneam: ꝛ propterea fuit multū venenosa: secundum vt defendat cristallinam a duricie tactus cornee et propterea fuit hec tela mollis tantum ne disgregaretur spiritus visibilis et hoc facit propter calorē nigrū quē hꝫ: qꝛ natura est coloris nigri vt aggreget. ¶ Et foramē qđ est i medio istiꝰ tele nō fuit factū nisi vt esset forma sensati hūiditatis cristalline aut aranee aut ābarū: qꝛ visus sic̄ scis nō fit extramittēdo. Gal.

Sed oculus recipit colores per sua corpora peruia per modum per quem recipit speculū: et quā do colores sunt impressi in ipm tunc apprehendit eos spūs visibilis: et hoc ego bene probaui in libro de sensu et sensato sex rationibus: qꝫ si aliquod corporū quibus est compositus oculus est conueniens vt in eo imprimantur colores per nimiā eius perspicuitatem ipsum corpus est proprium instrumentū oculi. ¶Et iuuamentum tele cornee etiam fuit vt defendat humorem albuginenm et fuit facta clara et subtilis vt non resistat humiditati cristalline ad recipiendum formas. Sed scdm iuuamentū cōiunctiue fuit factū ad mouēdū secum musculū qui mouet oculum. ¶Ista sunt iuuamēta partiū oculi fm Gal. et maior pars iuuamentorum scdm qꝫ vidisti hic sunt iuuamēta arbitratiua: sed sine dubio quodlibet ipsorū habet iuuamentum propriū in se: et pars dominās in eo et suus finis non est nisi vt imprimantur colores in ipsum.

Gal.

¶Capitulum. xvi. Quod est de iuuamentis instrumentorū auditus.

Sen= sus auditus.



Ed instrumentorum auditus manifestum est quod sunt aures: et primum in quo auditus est: est neruus qui venit ad eas qui cooperit foramen auris. ¶Et dictum est quod foramen auris nō fuit tortuosum nisi vt aer frigidus nō intret tali modo qꝫ ledat auditū. Et melius est dicere quod fuit tortuosum ne virtus auditus fuisset lesa a vocibus fortissimis. Et in summa scias qꝫ hec figura habuit iuuamentum in receptione vocis: et ideo factum fuit cartilaginosum: et vocatum est auris tortuosa. Et alia animātia habent hoc pro alio iuuamento: hoc est vt recipiāt voces venientes ab omni parte: et propterea plus regrediūtur foras et mouent eas.

¶Capitulum. xvij. Quod est de iuuamentis instrumentorum odoratus.



Anifestū est qꝫ instrumēta odoratus sunt nasus: et fit i animalibus olfatilib⁹ per viā attractionis: et in non olfatilibus sine attractiōe: sicut in apib⁹ et in aliis animalibus non habentibus olfatum. Et fm Aristo. iste sensus fit in duobus meatibus qui sunt in naso: et fm Gale. fit in duabus carūculis similibus capitibus mamillarū: et dicit qꝫ propter remotionem istius loci indiguit attractione. ¶Et ego dico quod si ita eēt vt dicit Gal. ergo odoraremus quāuis nares essent opilate quando attraheremus aerem per os. quia palatum est apertum naso. Et fm qđ dicit Auenzoar: nos odoramus odorem ciborum quando incipiūt digeri in stomaco. ergo a cōtrario nō est probatum qꝫ per illas duas carunculas fiat odoratus qđ si ita esset animalia inolfatibilia non odorarent. Et scias qꝫ non fuit data attractio odoratui nisi propter vnam duarum rerum: aut electiōe propter melius: aut grossitie sensus istius in animalib⁹ olfatilibus. Quia possibile esset vaporem euenire

are

a re odorata per se ad virtutem sensibilem propter nimiam subtilitatem substantie et propter naturam sue impulsionis. Sed propterea ꝙ operatio olfatiõis est vna duarum rerũ aut attrahendi aut mittendi: et est impossibile vaporem venire ex re odorata tẽpore trãsmissionis aeris extra. Et est possibile ipsum venire tempore attractionis: quia aduẽt⁹ aeris odorati fit magis per modum attractionis quaꝫ per modum effusionis. Sicut tu vides cum volumus certe sentire odores quod nos conamur super attractionem: et hec est causa propter quam fuit data attractio. Et apparet ꝙ animalia que odorãt sine attractione habent clariorem sensum ꝙ̃ animalia que odorant cum attractione sicut videmus in formicis et apibus: propter debilitatem ipsius sensus in animalibus olfatiuis sentiũt odor paucus sine attractione: et quasi videtur vt non sentiatur. Et cum sit comparatio istius sensus inter hominẽ et multa ex animalibus est iste sensus diminutus in homine ab illis animalibus que indigent hoc sensu in venãdo vitam suam: et propterea dicitur in prouerbijs quod cũ tota animalia venantur vitam suaꝫ et hoc est quasi per viã prophetie vel diuine prouidẽtie. ¶ Et postquam narrauimus instrumenta quinque sensuum volumus narrare instrumenta que facta sunt propter virtutem motiuam.

¶ Capitulum decimumoctauum. Quod est de iuuamentis membrorum voluntarij motus.



Et dicimus quod virtus que facit mouere aial hec est imaginatiua vel estiatiua quã precessit virt⁹ cõcupiscibilis. et postea ibi confirmatum est consilium vel ratio ꝓpter representationẽ rei imaginate aut estimate ſm ꝙ declaratum est in libro de anima. Et est necesse perscrutari in hac virtute: hoc est vt sciamus instrumenta quibus oportet operari et quot sunt. ¶ Dicamus quod motus voluntarij quidã est proprius et quidam est communis. Mot⁹
Communis est motus eundi qui motus est totius corporis. Sed proprius est motus cutis frontis et motus oculorum: et mandibularum et duarum nasi extremitatum: et labiorum: et lingue: et epiglotis: et mandibule inferioris et motus capitis et colli: et motus nasi: et motus nodi vel humeri spatule cum bredone: et motus brachij a cubito inferius: et motus iuncture nominate in arabico rascet: et motus digitorum: et vniuscuiusque suarum iũcturarũ: et motus mẽbrorum existentiũ in collo: et motus pectoris ad inspirandum: et virge: et vesice quando clauditur: et motus extremitatis intestini recti quando retinent feces ne exeant: et mirach: coxe: et cruris et testium: et pedũ: et digitorum pedum. Isti sunt motus qui dicuntur voluntarij. Et est necesse perscrutari res a quibus veniunt isti motus. Et dicimus quod manifestum est per dispositionem istorum motuuꝫ quod fiunt a pluribus vno motore. Verbi gratia: motus man⁹ Exemplum.

sit a chorda:et motus chorde est a musculo:et motus musculi est per se:et musculus est primum mobile:et non est hoc corpus qd moueat ipsum. Ideo quia omne corpus quod mouet corpus mobile est a necessitate mobile: et ideo est conueniens quod corpora quorum vnum mouet alterum veniant in fine ad vnum corpus quod moueatur per vnã virtutem motiuam missam eidem: et non propter aliud corpus sed propter aliud principium quod est in eo sicut probatum est in naturali philosophia quod si ita non esset res proce|deretur in infinitum. Ergo de necessitate debem⁹ dicere quod principiũ est in musculo. ¶ Et quando opinãtur medici quod motus musculi sit a neruo opinantur falsum: ideo quia si ita esset neruus moueretur aut per se aut per aliud hoc est propter aliud principium quod esset in eo: et ideo quia declaratum est in naturali philosophia quod quodlibet mobile habet motorem:et quod ille si est corp⁹ non moueat nisi moueatur: et si motus esset a corpore res procederet in infinitũ: ideo necesse est hic esse motorem qui moueat:et non moueatur:et qui nõ sit corpus. Hec est vna ratio per quã videtur quod qui mouet primo animal non est corpus sed virtus est anime:et quod hoc sit de necessitate in musculo. Et hec virtus est virtus volũtaria quã precedit ymaginatiua:vel estimatiua et confirmatio consilij. Et ideo quia iste motor non est corpus:necesse est vt primũ mobile quod mouetur per ipsũ sit corpus ad hoc vt hoc mobile sit

Opinio falsa.

sicut materia et ipsum erit ei sicut forma: quia impossibile est primũ motorem in animali vt sit sine materia. Ergo necesse est speculari quid sit hoc primum corpus:et apparet quod sit calor naturalis qui est in nobis. Et tu vides quod quando infrigidantur membra eorum motus priuantur. Et est res nota per se quod vna rerum receptarum in diffinitione istarũ operationum est calor naturalis. Sed iste calor naturalis differt proprijs differentijs in quolibet membro secundum operatiões quibus appropriatur istud maxime in operationib⁹ nutrimẽti: et de hoc nullus discordat. Sed Gale. sentit quod origo situs caloris istius sit cerebrum: et ad totum corpus per neruos ab eo mittitur. Sed Aristo. sentit quod cerebrum sit seruitor cordis in hac operatione per viam qua seruit ei in sensibus secundum quod dictum est superius:et quod origo istius caloris est in corde. Et hoc potest videri manifeste quod ita est vt verum est: quia tu vides quod nascitur in corpore iter agentis quando vadit quod non fuerat et istud membrum a quo nascitur calor et vadit ad totum corpus est cor. ¶ Et propterea quãdo accidit homini aliquid qd ipsum terreat redit calor ad cor et tremunt crura: et potest esse quod cadit homo:aut non poterit moueri:ergo prima virtus regitiua in hoc motu: et illd quod mensurat calorem in quantitate est de necessitate in corde. ¶ Et adhuc qd Gal. et oẽs alij medici confitentur q virtus voluntaria est in corde: et si ita est

et apparet quod animalia non mouentur nisi voluntarie: ergo virtus hec est in corde: & cerebrũ eius seruiens in dando ei temperantiam. Et commune erit cũ diceretur de hac temperantia vt fiat per neruum aut fiat cũ spiritu animali eunte in ipsum et non est differentia in hoc excepto quod in neruis spiritus animalis secundum Gal. non est apparẽs nisi in duobus neruis opticis. ¶ Sed primum mobile a calore naturali est musculus: ideo quia conueniens est quod calor naturalis operetur in primo: hoc est vt primo moueatur istud corpus cum quo habet: similitudinem ꝓpinquiorem ex parte caloris: hoc est musculus propter compositionem suam: quia est compositus ex prima carne simplici & neruis a quibus nascuntur chorde. Sed neruus solus frigidus est multum & nõ habet partem similem cum calore naturali. Et vena per se non est digna vt sit principium istius motus: ideo quia nascitur a mẽbro non primo. Et de ratione non est quod instrumentum qđ dat nutrimentum sit instrumẽtum motus: quia magis est conueniens vt nutrimentum fiat per instrumentuꝫ quietis. Nec etiam arteria conueniens erit huic motui: quia est operatrix operationum pulsationum que dissimiles et non conuenientes sunt motui voluntario: immo est simile vt sit contraria ei: et sit quasi disposita sicut res que vellet et nollet aliquid simul. Ergo remanet vt sit musculus primum instrumentum quod mouetur a calore naturali. Sed in membris quibus non sunt ossa et non sunt ramificata: et sunt parua: musculi ipsi mouent ipsa sine medio: et ramificata mouent ea mediantibus chordis que nascuntur ab extremitatibus eorum: ideoq; cum contrahitur trahit illam chordam: et quia alligatus est cum extremitate ossis: mouetur os suo motu. Et quando membrum habet duos motus contrarios adinuicem: tũc habet duo ossa vel duos musculos in duobus locis contrariis adinuicem quorum quilibet trahit per se suo tempore et prohibet alteri suo contrario ne faciat operationeꝫ suam illa hora: & si operati essent ambo vna hora: tunc stat equaliter membrum et trahitur secũdum vnum statum. Verbi gratia: quando musculus qui est in siluestri parte manus trahit ipsam: vertitur versus partem siluestrem et quando musculus qui est in parte domestica trahit ipsam versus partem domesticam vertitur versus illam: et quando trahunt ambo simul existit equalis: et nullus est ipsorum per se vt tractu suo faciat ipsam verti intus et extra. ¶ Et numerus musculorum secundum Galenum est. 529. quorum in facie sunt. 45. quorum 24. sunt vt moueant oculos et palpebras. et. 12. vt moueant mandibulam inferiorem. et. 9. vt moueant alia membra faciei que mouentur voluntarie: et in istis sunt musculi occulti sub cute frontis et prosunt fortitudini apertionis oculorum. Et duo musculi qui mouẽt extremitatem nasi: et musculi duo qui

Musculorum nũerus. 529.

mouent labiū superius sursum: et duo qui mouent labiū inferi⁹ deorsum: ꝛ duo qui mouent maxillam. Et musculi qui mouent caput et collum sunt. xxiiij. quidam eorum trahunt caput versus illam partem solum: versus quam positi sunt. Et alij sunt q̄ trahunt caput ꝛ collum: eorum q̄dam sunt qui trahūt caput superi⁹: ꝛ quidam sunt qui trahūt ad partem anteriorem: ꝛ quidā trahunt ad partem posteriorem superiorem: et quidam trahunt ad dextram: et quidam ad sinistram. Et ix. musculi mouēt linguam. et. xxxij. musculi sunt propter motum colli et epiglotis et semptem musculi vniciuiqꝫ spatule. et. xiij. vniciuiqꝫ lateri quibus mouetur brachium: ꝛ quatuor musculi positi super cubitū et duo sunt intus qui faciūt ipsum verti versus partem domesticam: et duo stant extra vt faciant ipsum verti ad partem siluestrem et. xxxvij. sunt in quolibet brachio. x. extra. et. vij. intus et. xxxvj. positi sunt super man⁹ xviij. super vnaquaqꝫ: qui mouent manus ad partem domesticam et partem siluestrem: et ad motus policis et parui digiti et volam manus. ❡ Et musculi pectoris sunt. 107. eorum quidam dilatant: et quidam constringunt. Et musculi spondilium sunt. xlviij. et. viij. extendū tur super ventrem sub ossib⁹ pectoris vsqꝫ ad vmbilicum: ꝛ quidam tenduntur secundum longitudinem: et quidam secundū latitudinem: et quidam secundū transuersum qui faciūt motum ventris constringendi ꝛ laxandi: ꝛ iuuant om̄es alios motus: et quatuor musculos habēt

Musculi pectoris sūt 107.

duo testiculi: ꝛ quatuor musculi mouent virile membrum: ꝛ vn⁹ musculus tenet os vrine ne indebite fundatur: ꝛ quatuor musculi tenent orificium intestinorum ne stercus ante tēpus egrediatur. Et. xlvj. musculi ad motum coxarū et crurium. ꝛ. xxviij. ad motum pedum ꝛ aliquorum digitorum pedum: et. xxij. alijs motibus digitorum pedum et positi sunt super pedes. Isti omnes musculi sunt prima res que mouetur a calore naturali communi: aut calore proprio cuiuslibet musculi. ❡ Et postquam ita est ꝙ aliquod membrum nō mouetur nisi per calorem naturalē qui stat ei loco forme et propter calorem qui est in musculo: ꝛ ille non mouetur nisi per principium anime. ❡ Et sciendum est quid est istud principium: et vnde est et vbi est. Et dicimus qđ quando associabitur huic ꝙ declaratū est per vniuersalem sermonem: hoc est ꝙ virtus que facit motum in loco est anima. Et est declaratum etiam ꝙ conueniens est ꝙ motus vniuscuiusqꝫ corporis fit per virtutem voluntariam fixam in membro communi quod cōmunicat toti corpori quod sit mobile per se: et per virtutem propriam voluntarie mentis membris particularibus que mouentur ꝑ se ꝛ sunt musculi: et apparet sensui quod in corpore non est membrum quod communicet toti corpori: et sit mobile per se nisi cor. ergo virtus volūtaria communis est in corde hoc est in musculo qui est in eo: et quod virtutes particulares voluntarie sunt in quolibet musculo particularium musculorum. Sicut videmus quod

Declaratio

motus communis vitalis animalium qui est inspiratio habet principium a corde: et iste motus est coniunctus motui expirationis pulsatilis. ¶ Et propter hoc accidit quod pulsus magnificatur per motum: et minoratur per quietem. Ergo cerebrum et nervus non fuerunt nisi ad temperandum istum calorem in quo est principium virtutis voluntarie communis et proprie. ¶ Debes scire quod non est impossibile hic esse motum voluntarium absq musculo: sed si est: est propter calorem naturalem aut propter rem que stat loco eius in animalibus que non sunt sanguinea nec musculosa. ¶ Et sine dubio isti musculi non sunt nisi in animalibus perfectis. Ideo grave fuit Ga. ad dandum musculos qui moueant linguam exterius: et motus duriciei membri tempore coitus. Ideo quia intentio sua erat omnino vt motus non esset nisi per musculos: et non est ita.

¶ Capi.xix. Quod est de iuuamentis anhelitus et membrorum eius.



Postquam narrauimus iuuamentum membrorum motuum voluntariorum est narrandum de anhelitu et membris suis. Ideo quia Gal. ponit ipsum motum voluntarium: et quia videtur quod cerebrum operatur in hunc motum credit quod motus voluntarius sit in eo: et similiter credidit quod esset in neruo: et credidit falsum: ideo quia iam probatum est quod hoc conuenit esse in membro mobili per se: et propterea egritudo a qua prouenit lesio in motu est primo et per se in musculo: et per modum colligantie in cerebro et neruo.

¶ Quare medicus debet curare lesionem istius motus intendendo primo ad musculum: et secundario ad cerebrum et ad neruum.

¶ Instrumenta anhelitus sunt dyafragma: pulmo: canna: trachea: arteria: epiglotis: et vulua. Et priusquam nos tractemus de iuuamento vniuscuiusque istorum membrorum: est tractandum de iuuamento istius operationis: hoc est de anhelitu. Et dicimus quod medici sicut Gal. et alij visi sunt dicere quod anhelitus est propter duo iuuamenta: vnum ad ventilandum calorem naturalem cordis per attractionem aeris frigidi et expulsionem vaporis qui resoluitur a calore naturali qui est corpus fumosum qui non est conueniens eidem pro certo istud iuuamentum est vnum et necessarium animalibus calidis sanguineis. Sed illis que non sunt calida nec sanguinea non est necessaria hec operatio: sed sufficit eis motus arteriarum qui venit a corde: et hoc reputo sicut anhelitum. ¶ Sed aliud iuuamentum quod dicunt esse est vt det nutrimentum virtuti intrinsece ex aere qui recipitur restaurando ex spiritu tantum quantum resolutum est: hoc est falsum: quia impossibile est compositum nutriri ex simplici: quoniam si ita esset iam inueniretur animal esse simplex ex vno solo elemento: et Gal. negat hoc: et propterea dicit quod aqua non nutrit: et propterea dico quod primum verax est.

¶ Sed cui ex virtutibus anime debeat attribui anhelitus: hoc

Instrumenta anhelitus. vij sunt.

Gal. est perscrutandum: quia Gal. dicit q debet attribui virtuti volūtarie: et dicit hic quia a nostra voluntate est vt anhelemus et non anhelemus. Et etiam dicit qđ proprium instrumentuz huius virtutis est neruus: et dicit quod si incideretur neruus qui mouet dyafragma: homo non viueret nisi tantum quantum viueret strangulatus. ¶ Sed alij dicūt quod stat vtuti sicut motus pulsus. Et potest questionari dictū Gal. duabus rationibus. Una: quia tu vides quod anhelamus quando dormimus: ergo nō est voluntarius: quia operatio voluntaria non fit nisi cogitatione et voluntate sicut dictuz est. Alia quia videmus quod anhelitus qui fit improuise similatur motui pulsuum: ita quod Hyp-
Hypocrates pocrates ponit ipsuz pluries loco pulsuz: scilicet tempore quo non egrotant membra anhelit9. et dicit quod denuntiat complexionem cordis sicut denuntiat pulsus: excepto quod nō sit egritudo in instrumentis anhelit9. ¶ Et alij sapientes volunt quod sit compositus duabus virtutibus. videlicet voluntaria et non voluntaria: hoc est naturali et animali: et hoc inuenitur in motu plurium membrozuz sicut in motu palpebre oculi et in motu deglutionis: quia manifestum est quod ambe virtutes iste sunt composite: et ideo quando debilitantur iste due virtutes cadit defectus in operatione deglutiēdi sicut accidit quando cadit virtus appetitus. Et mihi videtur quod opinio postrema sit veracior: hoc est quod hec operatio sit composita: vel possibile esset dicere quod fortior esset opinio illius qui dicit eam esse naturalem: quia plures anhelitus quos facimus tempore sanitatis et egritudinis fiunt sine intentione: quare ponuntur ad denuntiandum complexionem cordis: et etiam suspiria proijciuntur absq intentione: et etiam quando magna necessitas anhelandi incumbit desistere non possumus: sicut accidit in tussi et similibus. ¶ Et natura non inuenit hanc virtutem actione voluntaria nisi propter necessitatem superuenientem: quando non sufficit virtus naturalis ad exigentiam cordis. ¶ Sed probatio qua probat Galenus affirmando quod hec virtus penitus est voluntaria: est priuatio istarum virtutum quando est incisus neruus: et dicit probando postquam est incisus neruus est incisum instrumentum motus voluntarij: et inciso neruo cessat motus voluntarius. ergo est in neruo. Et iste syllogismus est falsus in principijs et corruptus in figura: quia quando remonetur. alias tenetur vnum predicatum rei que data est a subiecto non debet semper remoueri predicatum ab illa a qua est remotum subiectum: et qui opinabuntur hoc tenentur credere cum contradictione oppositi antecedentis in tota materia contradictionem oppositi consequentis: et ideo hec verba non sunt digna vt hic audiantur. Et iste est vnus modus in quo est manifestuz: quia non habuit veram radicem in logica: qz si per remotionē neruē Probatio Gal.

remouetur aliqs motus: illud non est ex necessitate: vt quando neruus est vt sit ille motus vt dicatur quod neruus sit pro pria causa in hoc motu. Et iam nisi sunt homines percussi sup venas et neruos dormitarios q vadunt ad cerebrum: et tunc in eis priuate sunt omnes operationes voluntarie et propterea hoc nomine nuncupantur: et dicit Rasis quod quando rex indie volebat interficere nobiles interficiebat eos per hunc modum. Et vis tu dicere propter hoc quod omnes mot⁹ voluntarij sunt fixi in his duob⁹. ¶Item que res est illa q̄ iubet hanc operationem in neruo nisi vna ex rebus propter quam completur hec operatio: et quando illa lesa est: tunc necessario lesa est illa operatio quamuis non sit propria causa in hoc: qr corrumpitur propria operatio propter corruptionem virtutis transmisse illuc. ¶Et de necessitate non est propter hanc priuationem voluntarij motus q̄ quilibet motus qui est in neruo qui ingreditur suam essentiam sit positus substantialiter voluntarius et per accidens accidit ei vt sit et ille voluntari⁹. ¶Et quomodo poterit negare hoc: quia iam cōcedit quod motus palpebrarum fit per musculos sicut notum est per se: et cuz hec toto nō est voluntarius. Et si vellet dicere quod sit totus voluntarius: adhuc nihil hic lucratur eo qd est in musculo nō in neruo. ¶Et postquam declaratum est quod iuuamentum sit in anhelitu: et que sit ei⁹ virtus necesse est narrare iuuamentum proprium vniuscuiusq̄ membri ppriij huic operationi. ¶Et dicimus quod membrum quod manifestum dat iuuamentum in hac operatione est pulmo: sicut videmus quod quando dilatatur attrahit aerem intus et quando cōstringitur expellit foras. Et non est dubium qr illud est proprium instrumentum in operatione illa. ¶Sed qd necesse est speculari subtiliter in hoc est illud vtrum ille motus cum quo fit inspiratio et respiratio sequatur motuz pectoris: nec per se habet aliquem motū an sit motus pectoris in anhelitu: inde continuuz semper cū motu pulmonis vt sit eius adiutor. ¶Sed Gal. dicit qd pulmo nullū hz ppriū mot⁹ in se: et q̄ mot⁹ illi⁹ sequit motū pectoris: et q̄ motus hanelitus q̄ sequtur motuz naturalē: fit p rē musculosam magnā que dr dyafragma quod separat inferiora mēbra a superioribus: et dicit quod magis propria res iuuamenti istius membri est hec operatio: quia nos videmus quod incōtinenti cum pectus dilatatur repletur pulmo aere: sicut videmus in follibus fabrorum. Et testificatur super hoc quod qn vulnus factū fuerit ibi: et intret aer pectus: tunc cessat motus pulmonis et moritur. Et posset esse quod cessatio motus pulmonis quando vulneratuz est pectus est ppterea qr infrigidatur pulmo. Et in tēporib⁹ Aristo. non cognoscebat aliud iuuamentū huius mēbri nisi propter separationē membrorū pncipaliuz a nutritiuis ad hoc vt non accideret tempore dige-

Gal. Arist.

stionis eis aliud ex calore illo. Et non debeat imputari Arist. hoc in defectum: quia istud qd apprehenditur per anotomiaz est sicut res que apprehēditur numero motuum circulorum: nec illa erat plene scientia completa tempore Aristo. Et si tempore Gal. erat ars medicie plene completa: tamen dicit Gal. nō est impossibile post me venire qui inuenit in arte medicine quod per me non est inuentuz. Et propterea in maiori parte rerum de quibus opinantur homines quod Gal. contradicat Aristo. non est vera ↄtradictio: sed sicut additiones et complemēta: quia nullus reperit al. nō deperit Aristo. de eo qd dicit in iuuamēto dyafragmatis ꝛ motu neruorum: secundum quod dicit i tractatib⁹ vlibus de esse motus ꝛ sensus et iuuamentis cordis et cerebri: ꝛ silr hic est sic dicendum: ꝛ nō est dicendū qd illud qd dicit Ga. in reb⁹ particularibus cōtradicat in vlibus Aristo. Et modo volumus reuerti ad illud a quo separati sumus: ꝛ dicim⁹ quod illud quod dixim⁹ ex snia Ga. ꝙ mot⁹ pulmonis sequitur motum pectoris: et hoc indiget speculatiōe: quia Ga. non verificat hoc nisi propterea qꝛ videt quod cessante motu pectoris cessat motus pulmonis: ꝛ tunc moritur aial. Et ego dico quod nō est hoc ita absolute dicendum quod mot⁹ pectoris sit causa pҏicipalis motus pulmonis: quia pole est vt quilibet istorum. i. pulmo ꝛ pectus hēat hunc motuz ex se: sed habeant vnam proprietatē cōiunctionis: ꝑpter quā null⁹ eorū mouet̄ sine alio: et propterea

Gal.

cum cessat motus vnius cessat motus alterius: et non est quilibet eorum causa motus alteri⁹. Et si nos poneremus ꝙ quando pulmo nō mouetur hoc motu: tūc cessaret mot⁹ pectoris sicut dicit Ga. essemus arbitrati per hoc secundum eum ꝙ pulmo esset id qd moueret pectus dicēdo ꝙ si nō moueret̄ non diceremus qd non moueretur pectus. Ecce hic videtur qd Gal. perdiderit in opinione sua qd non est impossibile esse motum pectoris ꝛ pulmonis vt moueatur simul sicut in globo vno: vt si vnum non moueretur quod aliud nō moueretur: ꝗuis vn⁹ non sit motor alterius secundū modum qui dictus est. Iteȝ nō est impossibile superueniente pectori mala complexione ꝑ incisionem nerui que ei aduenit quod illa malitia non penetret ad pulmonem per illam colligātiam; quia vna rerum ex qua egrotant membra est colligantia; et Ga. hoc concedit. Etiam per hanc eandem viam debemus dicere quod motus pectoris adiuuet motū pulmonis: et maxime quādo idiget forti anhelitu. Et melior via quam eligere possumus in fine nr̄e propositionis est hec: qꝛ membrum quod leditur cum cessat inspiratio ꝛ respiratio est cor sicut manifestum est: ꝛ si cor est illud qd recipit hāc lesionē propter hāc cessationem ꝛ non solum lesionem sed et mortem: ergo de necessitate est illud membrum in quod est principiū istius iuuamēti. Et motus pulmonis secūdum Ga. erat violentus vel per violentiam per viam qua mouentur corpora artificialia. Et

Gal.

nobis est dicendum quod illud principium motus est in ipso p viam que est in corporibus naturalibus. Et adhuc quod completur hic motus per duos motus. vcz naturalē ꝛ voluntariū. Ergo melius quod dicere possum⁹ ex his est vt sint sicut duo primi mobiles.s.ꝙ muscul⁹ sit primus in motu voluntario et cor et pulmo primi in motu naturali. Et Ga.tenuit in hoc tractatu viaȝ quā in aliꝭs regulis suis q̄ putat vt iste sit motus voluntari⁹:ꝛ putat ꝙ nō sit volūtari⁹ nisi per neruū et nō apparet p anotomiā vt neru⁹ veniat ad pulmonē p quē possit sentire et maxime per quem possit mouere:ꝛ potest esse ꝙ nostra principia nō sunt sufficiētia veniendi ad veritatē pluriū haꝝ inq̄sitionū:sȝ tñ cōueniēs est vt loq̄mur de his ꝑm aptitudinē hui⁹ temporis:q: nō est impossibile vt cadant hec verba p q̄ possum⁹ certificare de veritate haꝝ reꝝ tpe futuro:cū ad pñs spaciū nō habeamus. Et nō fuerūt ordinate partes duplices pulmonis nisi propter hoc vt si superueniret vni parti mala dispositio vt alia staret in iuuamēto loco ipsi⁹:sicut contingit in vulnerib⁹ que laniant vnam cameram pectoris q: stat pars pulmōis que est in camera non vulnerata loco iuuamenti anhelitus:sed quādo vulnerant ambe tūc statim moritur patiens. ❡Et iuuamentū cāne pulmonis est propter inspirationem et respirationem:ꝛ cum hoc habet iuuamentū vocis. Et propter hoc fuit positū in extremitate hui⁹ mēbri vnū quod habet possibilitatem generādi vocē:ꝛ assimilat̄ vni pte lingue. Et misse sunt eidem a musculo res que dant ei diuersas dispositiones vt possit generare diuersas voces. Et hoc iuuamentum est tātū propter bene esse:ꝛ non ꝑpter necessitatē: propterea ꝙ vox nō est necessaria in esse nr̄o. Et in maiori pte facit natura hoc q: facit in vno mēbro duo iuuamēta aut tria qñ dȝ esse hoc sicut videmus in narib⁹: q: sunt ordinate ad odorandū:et ad hoc vt sint propter mundificationē superfluitatuȝ cerebri:ꝛ in vna parte seruit virtuti expulsiue:ꝛ ī alia parte seruit virtuti sensibili. ❡Et etiam iuuamentuȝ vtile est vt defendat ne puluis aut fumus:aut similes res nociue veniant ad guttur. ❡Et cum hoc defendit ne aer frigidus ingrediatur ad membra anhelitus:et ideo qñ multum inciditur ab ea fortificatur frigiditas ad pect⁹ ꝛ pulmonē:et apparet vt habeat inuentionem in esse vocis. Et testificatur nobis quod epiglottis est instrumentū qđ appropriat̄ voci:qđ est q: cū sufflamus fortiter in camerā vel cannā pulmonis alicuius animalis egredit̄ vox extra ex ea que assimilatur voci illius animalis. Et fuit positum sup hūc meatum cooperimentū vnū ad defendenduȝ a rebus q̄ vadunt ad ysofagū ne ingrediatur in ipm:q: moriret̄ homo. Et propterea quādo intrat aliquid etiam modice quātitatis āmouet tussiȝ. Ista sunt que sunt possibilia dici de iuuamento hanelitus. defensio ysofagū.

❡Capitulū.xx. Quod est de iuuamentis cerebri ꝛ ptium ei⁹.



Et virtutes cerebri. s. imaginatiua et cogitatiua et reminiscibilis et conseruatiua quamuis non sint membra vel instrumenta ipsa tamen habent propria loca in cerebro in quibus manifestantur operationes earum: et propterea de eis dicendum est. Et dicimus quod virtus imaginatiua stat in prora cerebri: et illa est que retinet figuram rei postquam separata est a sensu communi. Sed cogitatiua plus manifestatur in media camera: et per hanc virtutem cogitat homo in rebus quibus pertinet cogitatio et electio quousque apprehenderit quod conuenientius est. Propterea non inuenitur hic virtus nisi in homine: et animali bruto concessa fuit extimatiua loco istius. Et locus virtutis reminiscibilis et conseruatiue est pupis siue pars posterior capitis. Et inter conseruatiuam et reminiscibilem non est differentia nisi quia conseruatiua est conseruatio continua: et reminiscibilis est conseruatio intercepta. Et differentia que est inter conseruatiuam et reminiscibilem et ymaginatiuam est quia ymaginatiua presentat aliis formam rei sensate postquam priuata est a sensibus: quare non est sensus. Et virtus conseruatiua et reminiscibilis non sunt nisi ad conseruandum aut ad faciendum reuerti apprehensionem illius figure. Et ex hoc apparet quod sunt magis spirituales quam ymaginatiua. Et non est tradendum obliuioni quia quamuis camere cerebri sint membra in quibus complentur operationes istarum virtutum: tamen inueniunt earum radices in corde: et quod illa loca non sunt illis nisi sicut instrumenta in quibus manifestant eorum operationes. Et sicut virtus visibilis dicitur esse in humore cristallino: quamuis sit in corde vel in cerebro: sic iste virtutes et iuuamentum istorum locorum est ad temperandum eas secundum modum quod dictus est iuuamento cerebri ad alias apprehensiones. Et hoc declarabitur per viam qua declaratum est illud: hoc est quod virtutes iste non laborant nisi cum calore intrinseco: et calor intrinsecus non aduenit eis nisi cum calore mensurato: ergo virtus datiua et mensuratiua de necessitate est in corde: ergo radix istarum virtutum est cor. Item quia operatio ymaginatiue non est nisi in signum quod remansit ex sensatis in sensu communi sicut declaratum est in libro de anima. Et ibi declaratum est quod locus et radix habitationis sensus communis est cor. ergo habitationis locus virtutis ymaginatiue est in corde necessario. Et iterum quia ymaginatio est que monet animal: mediante virtute motiua voluntaria: manifestum est quod motiua voluntaria est in corde: ergo ymaginatiua est in corde. Et in loco in quo est ymaginatiua de necessitate est cogitatiua: quia cogitatio non est nisi compositio rerum ymaginatiuarum et dissolutio earum. Et in loco in quo cogitatiua de necessitate est: est reminiscibilis et conseruatiua: propterea quia propter ipsam sunt inuente. Et non est necessarium in videndo egritudines istarum virtutum: et in egritudinibus istarum camerarum cerebri: vt indicet propter hoc quod iste virtutes sint solum in cerebro: si

ent non est dicendum in videndo virtutem visibilem egrã quãdo egrotat humor cristallinus quod virtus visibilis nõ sit pñcipaliter nisi i cristallino. Et tu vides iterũ quia egrotant iste virtutes apprehensiue propter egritudinem dyafragmatis: et nõ fuit aliquis qui crederet qđ iste virtutes apprehẽsiue essent i dyafragmate propterea quia non fuerunt ordinate iste camere cerebri nisi propter istas virtutes. Et fuit ordinata earũ cõplexio ad faciendũ illud qđ cõuenit istis virtutib⁹: ꝛ ꝓpterea ista virtus nõ manifestatur primo nisi in duabus cameris pro prie ꝛ ab ea vadunt ad duas cameras que sunt in parte posteriori per meatum qui est inter vtrasq ꝛ sunt posita corpora in illo meatu que aperiunt qñ necesse est vt aperiantur ad intrãdum calorem intrinsecum in illas: ꝛ postmodum clauditur in illis sicut dictũ est in libro anotomie. Et quia cerebrum est mẽbrum humidum liquidũ: ideo ad custodiam ipsius positum fuit os creanei ꝛ panniculi circundantes ipsum sicut posite sunt coste pectoris ad conseruationem cordis. Et positum fuit hoc rotundum: eo quod hec forma est melioris dispositiõis aliarum omnium formarum: ꝛ maioris capacitatis aliarum: et qꝛ a nocumẽtis remotior omnib⁹ aliis existit. Et fuit positum cerebrum in altiori loco corporis in animalib⁹ perfectis propter sensus qui sunt in eo: propterea quod sensus secũdum quod dicit Gall. sunt custodia corporũ. Et rationis est vt custodes sint in locis altis.

Cap. xxi. Quod est de somno.



Et iã declarauim⁹ in iuuamẽtũ vniuscuiusq mẽbri ẽm ꝗsufficiẽs nob vr ꝛ restat vt declaremus aliquas operationes que cõseruãt sanitatem. Et incipiem⁹ ab operatiõe dormiendi: faciem⁹ te scire quid sit dormire: ꝛ in quo mẽbro fiat hec operatio ꝛ que sit eius causa: eo quod est vna ex reb⁹ necessariis in esse animalium dormientiũ. Et homo est vnum ex his: ꝛ propterea priuatio hui⁹ operatiõis est vna ex reb⁹ q facit ꝑdere vitã: ꝛ qñ cõpleuerimus narrationẽ istius virtutis cũ modico ei⁹ qđ sequitur ad hoc: tunc erit cõpleta ista particula: ꝛ incipiem⁹ loqui in alia particula de egritudinibus ꝛ causis earũ ꝛ accidentib⁹ ipsarũ si deo placuerit. Et dicim⁹ quod dormire est ligamẽtũ ꝛ quies sensuũ ꝛ reuersio ipsorũ ab istrumẽtis eoꝝ ad ꝑtẽ itrisecã corpis. Et iste res ꝑ se note sunt: ꝛ ꝓpterea trãseunt res sensate sup dormiẽtes et nõ sentiũt eas ꝛ etiã videm⁹ dormientẽ oclos hñtẽ aptos ꝛ nõ videbit ꝛ si esset virt⁹ visibilis in suo instrõ tunc videret. Et nõ solũ accidit hoc i hora dormiẽdi. Sꝫ etiã accidit hoc qñ hõ subtiliter sollicitat⁹ est circa aliđ: tũc etiã trãseũt sup ipm mlta sensata et nõ sentit ea. Et postquã dormire nõ est nisi reuocatio sensuum ad ꝑtes interiores corpis est impoẽ sensib⁹ vt moueant in motu vniuersitatis corpis sine corpore vno ꝙ staret loco ei⁹ ꝓprie materie: ꝛ ẽ manifestũ ꝙ istđ corpus est calor naturalis ergo dor:

mire necessario fit p caloris naturalis reuensionem ad partes intrinsecas corporis. Et testificabitur super hoc qd ptes exteriores corporis refrigerant cum homo dormit. Et etiã opatio digestionis est fortior cum homo dormit: eo qd calor naturalis cũ quo operat natura in vigilãdo in exterioribus vt det sensum & motum reuertitur dormiendo ad partes intrinsecas corporis. Et postquã transmissio caloris naturalis mẽbris non fit nisi a corde sicut dcm̃ est supius: ergo reuersio ipsi⁹ tpe dormitiõis nõ fit nisi ad cor: pptcrea qr a loco vnde incipit motus ad eũdẽ reuertit sicut est in dño: qr ab eo res habent initium & ad ip̃z reuertunt. Et postquã declaratũ est qd somn⁹ est quies sensuũ et cessatio suarũ operationum propter reuersionẽ caloris naturalis q̃ est eoꝝ subiectũ, ad cor. et sciẽdũ est q̃ sit cã isti⁹ reuersiõis pptcrea quia hec res stat loco forme dormitiõis & loco vltime digestiõis. Et dicimus qd dilatatio caloris naturalis in ptib⁹ extremis nõ est nisi propter augmentũ quãtitatis eius: & non fit pptcr augmentũ qualitatis nisi pptcr augmẽtũ quãtitatis q̃ est in eis. Sz ꝯtrictio sua est diminutio quantitatis. Et hoc fit necessario dominãtibus sup ipsuz frigiditate & humiditate. ergo somnus nõ accidit nobis nisi quãdo infrigiditat & humectatur calor naturalis pptcrea quia qñ acq̃rit humiditatẽ & frigiditatẽ & reuertit ad suam radicem diminuit a sua q̃titate. propterea qr iuuamentum cerebri fuit vt tẽperaret caliditatem & siccitatẽ cordis necessarium est vt recipiat maiorem partẽ isti⁹ operatiõis a cerebro. Et hoc accidet quando dominabitur sup cõplexionem ipsius fri. & hu. et hoc nõ accidet ei nisi transmittitur ei cibus: & similiter quando accidit cibus cordi acquirit fri. & hu. Et pptcrea qd accidit cordi vt in pluribus nisi mediante cerebro: nos faciemus embrocationem super cerebrum vigilantiuz cum rebus que habent humectare. Opinabantur multi hominum quod cerebrum esset solum proprium membrum somni & non est ita. Et rationes que nobis ostendunt quod dormitio non fit nisi per frigiditatez & hu. sunt: quia nos videm⁹ quod maior pars ciborum qui faciunt dormire sunt frigidi et hu. sicut lactuce & similes: & cibi qui inducunt vigilias sunt ca. & sic. Et causa materialis somni est vapor humidus qui ascẽdit a membris inferioribus ad cerebrum propter aliquam causam generatus: & quando est in fine sui ascensus ingrossatur a frigiditate cerebri & recipit grauitatem ab aliis humiditatib⁹ miscentibus se cum eis que ibi sunt: & quia non possunt resolui nec vlterius ascendere: descendunt inferius ad membra & opilãt meat⁹ virtutũ sensibiliũ. Et somnus nõ aduenit multũ aialibus post laborẽ nisi pptcrea qr aĩalia qñ mouent & laborant spargit calor su⁹ naturalis diminuit q̃titas sua & refrigerat & pptcrea reuertit de necessitate ad locũ sui pncipii & sui thesauri. Sicut similiter accidit ei res q̃ ipedit ipsum: qr reuertit ad pncipiũ suũ. & sicut hoies exercituũ qñ accidit eis grãde pi=

Quies sensuz ẽ somn⁹

culū reuertunt ad capitaneū: ꝛ ꝓpterea coꝛ est istō mēbꝛum qō vltimo refrigeratur tēpoꝛe moꝛtis. Et somnus est vna opatio nature que regit coꝛpusaīalis. Et ꝓpterea fuit somn⁹ necessarius in animalibus perfectis: qꝛ nisi esset somn⁹ perirent sensus ꝓpter nimium exercitiū: et pereuntibus sensib⁹ periret vita. Et inde est qō citrinatur facies doꝛmire nō potētiū: ꝛ ledūtur eoꝛum opationes: ꝛ pꝛopꝛie operatio virtutis nutritiue ꝛ ēt exercitium sensuū est ex rebus que refrigerāt caloꝛē naturalez pꝛopter sparsionem suam ad ꝑtes exterioꝛes. Et qñ refrigerat reuertit ap partes interioꝛes et diminuitur quātitas sua. Et est est sciēdū quod hec operatio ꝗs nis ipsa sit nisi ꝓpter aliquam permutationē complexionis factā i caloꝛe naturali que est augmentū cōplexiōis frigide ꝛ humide: tñ veraciter efficiēs hanc est ꝟt⁹ regitiua que est in coꝛde: ꝛ caloꝛ qui est i coꝛde hoc modo est suū istrumētū. Et ꝓpter hoc est hic natus locus inqsitionis: hoc est cui ꝟtuti aīe debet attribui hec opatio: ꝛ videt quod debeat attribui ꝟtuti sensibili: iō quia crescit ꝛ foꝛtificat pꝛopter hanc operationē: et non debeat attribui nutritiue inꝗtū est nutritiua: pꝛopterea quia vegetabilia non doꝛmiunt: eo quod non hñt sensum. Et ista ꝟt⁹ est ex ꝟtutibus sensibilib⁹ appꝛopꝛiatis sēsui cōi. Et nos nō attribuimus hāc opationem virtuti sensibili: nisi quia est vna rerū pꝛopter quas conseruatur esse suū: ꝗuis tunc cesset. Iste sunt ille res que possunt dici i operationibus oībus quas hꝫ sanitas.

Et de iuuamento istoꝛum erit declarata res que est necessaria in esse animalium: ꝛ illa que nō est necessaria.

¶ Cap. xxij. Qō est de cōplonibus tempoꝛum.



Et etiaꝫ membꝛa virtutis nutritiue ꝛ operationes illius sunt necessaria in esse animalis: quod non est generatiua ꝛ etiam sensus tact⁹ est necessarius: ꝛ pꝛopterea fuit ꝑuatio istius virtutis moꝛs ex necessitate: ꝛ hanelit⁹ est etiam opatio necessaria: ꝛ ex hoc apparet quod res que stant coꝛpoꝛi hominis loco conseruationis sunt aer: aqua cibi: que non conseruant nisi quando sunt super suum cursum naturalem. Et qꝛ aer non est super foꝛmam suam naturalē nisi pꝛopter operationem solis ꝛ coꝛpoꝛum celestiū: cum eo fuerunt cause que stant coꝛpoꝛi humano loco conseruationis ipsa eadē coꝛpoꝛa. Et nō completur hec operatio in aere nisi ꝓpter operationem solis in eo in quatuoꝛ tempoꝛib⁹ q̄ sunt ver: estas: autumnus: ꝛ hyems: ꝛ hoc est ex incessu ipsius in circulo obliquo: ꝛ pꝛopterea cōueniēs est medico cognoscere naturam hoꝛum quatuoꝛ tēpoꝛū: qꝛ ꝓpter ipsa stat sanitas plusꝗ ꝑ alias causas. Et dicimus qō ver est tempus in quo opatiōes nutritiue sunt perfectioꝛes: et hoc nō accidit nisi ꝓpter multiplicationē caloꝛis naturalis in coꝛpe: ꝓpterea qꝛ caloꝛ naturaꝉ est calidus ꝛ humid⁹: ꝛ dꝛ qō cōplo isti⁹ tpis est ꝓpter caliditatē ꝛ humiditatē: ꝑpea qꝛ speculatio in cōplone hui⁹ tpis est in

Cōseruationis.

comparatiōe ad corpus huma=
num:⁊ operationes iuuenū in
hoc tempore sunt perfectiores:
⁊ propterea potest dici quod est
tempus temperatum compara
tuz cōplxoni hominis.Sed si tu
diceres quod esset temperatuz
ꝑpter proportionē qualitatū ex
quibus est vna cū alia:hoc esset
falsum:q꞉ vnaqueqꝫ rerum que
appropriatur complxoni appro
priatur de necessitate dñationi
vnius qualitatis actiue q̄ stat
loco forme:et dominationi vni⁹
qualitatis passiue que stat loco
materie:⁊ si ita non esset cōple=
xionatum:non esset vnuz in for
ma:immo essent duo:nec etiam
esset recepta vna operatio ī suo
termino:si due qualitates con=
trarie dominātes essent sup̱ ip̄z
ambe equales in potētia vel in
actu:q꞉ ex duab⁹ reb⁹ in actu cō
trarijs nō pōt. fieri vnū in actu
et etiam de duab⁹ nō cōtrarijs
sicut nō fit ex duab⁹lineis ī actu
vna linea in actu:⁊ hoc non cō=
senserunt multi ex eis q̇ appro=
priāt sibi philosophiā hoc tp̱e:
nedū medici:⁊ de hoc habebūt
manifestā declarationē:q꞉ nūqꝫ
inuenit̄ tēperata cōplxo in pro=
portiōe.4.qualitatū:hoc est tē=
perātia que est ꝑ3 extremitates
sicut nō potest inueniri tempe=
rata ꝯplxio appropriata vni q̄li=
tati actiue:ꝑpterea q꞉ quelibet
actiua h3 gradū sue operatiōis
propter vnam qualitatem passi
uam propriam ei que stat ei lo=
co materie.Et postqꝫ declaratū
est hoc reuertamur ad illud a q̇
separati sumus.Et dicimus ꝙ
videtur quod tempus estiuum
habeat in dispositione sua do=
minium caliditatis et sic.⁊ etiā
apparet quod hu.et frigiditas

declaratio gñalis.

dominentur super dispositione
hyemis:⁊ hec est comparatione
tp̄s veris ⁊ cōplexioni hominis.
Sed complexio autūni quia est
media inter estatem ⁊ hyemem
opinatur ꝙ sit quasi in temperā
tia veris:sed res est contraria:q꞉
est in fine cōtrarietatis veri: pro
pterea q꞉ est illud tēpus in quo
debilitātur virtutes:⁊ sunt cōfu
se sicut videtur in vegetabilib⁹
et animalibus:⁊ ꝑpterea dicen
dum est ꝙ frigiditas ⁊ sic.domi
nentur super ipsum q̄ sunt ꝯtra=
rie caliditati ⁊ hu.⁊ q̄uis nō sit
frigidum multū p̄dominatur ei
siccitas: et vniuersaliter dico ꝙ
cōfusus est in suis partib⁹: ⁊ sol
in illo est medius nobis inter ꝑ
pinquitatem ⁊ lōgitudinem: et
q̄uis hec eadem cōparatio sit
in vere tñ est magna differentia
inter istas duas cōparatiōes ex
parte p̄parationis naturalis: ꝑ
pterea q꞉ virtutes sunt in autū=
no in fine declinationis: ⁊ sicci=
tas iā dñata est sup̱ oīa anima=
lia:⁊ ꝑpterea non inuenit̄ aliq̇d
iuuamentū in temperātia calo=
ris ipsi⁹ tp̱is in reb⁹ gñationis.
Sed tēperantia q̄ est in vere est
cōueniens gñationi: ⁊ sedet sup̱
naturā q̄ est cōueniens gñatiōi:
⁊ hec est humiditas.Et hec tp̱a
nō habent terminū stabilē gñā
liter in breuitate ⁊ longitudine:
sed diuersificātur in regionib⁹:
et hec diuersificantur in latitu=
dinib⁹ ipsarum: et temperatior
regio est illa que habet tempus
autumni breue: et tempus ve=
ris longum: et tales regiones
sunt in quinto climate et pro=
prie que sunt propinque mari.
Et autumnus in terris nostris
hispanie habet quasi duos men
ses: et sedet in principio quinti

climatis. et sub lance diei nō est tēpus tēperatū fm q opinātur multi hoim: ꝛ hoc declaratū est alias: nec etiā verū est qd dicūt quidā q quartum clima sit melius quinto. ꝛ Gal. sentit q temperatioꝛ regio est terra grecoꝛū: ꝛ inter alias temperatioꝛ est terra hispanica et dicit quod totum tēpus illarū terrarum est sicut tēpus veris. Deinceps declaratum est ex istis locis sanitas cuiuslibet membri in oībus quatuoꝛ causis. s. materiali: effi. foꝛmali: ꝛ finali: et hec fuit noſtra intentio a pꝛincipio libꝛi.

¶ Explicit liber secundus colliget Auerroys qui liber fuit de sanitate.

¶ Incipit tertius liber qui est de egritudinibus et cōtinet capitula. xlj.

¶ Capitulū. j. Quod est de egritudine et eius diffinitiōe in generali.



Diffinitio egritudinis est manifesta per diffinitionē sanitatis: eo q egritudo ē opposita sanitati. Et qꝛ sanitas est vna bona dispositio in membꝛo cū qua agit actionē quā hꝫ a natura sua agere: et silr patit passionē qua hꝫ pati per sui naturā: fuit necessariū vt egritudo sit mala dispositio in mēbꝛo pꝛopter quā agit ꝛ patitur cōtra naturā. Et necessariū est vt faciamus in cognitiōe specierū egritudinis qd fecim⁹ in cognitiōe specierū sanitatis. hoc est vt narremus in pꝛimis quot et q̄ sint eius species: et que sint sue cause: ꝛ postea declarabimus q̄ sint actiones ꝛ passiones nō naturales: ꝛ medici vocāt passionē accidēs. Et qm̄ nos hoc fecerimus tūc cognouerim⁹ egritudinem per oēs suas cās q̄ sunt finis cognitiōis rerū: ꝛ hoc totū poterimus cognoscere a cognitiōe sanitatis q̄ a nobis pri⁹ dicta est. Qm̄ numerus specierū egritudinis est sicut numer⁹ specierūꝫ sanitatis: ꝛ a cognitione sanitatis cognoscitur egritudo: q̄uis opinatū sit q notioꝛes sint species egritudinū speciebus sanitatis: pꝛopterea qꝛ multe egritudines habent noia ꝛ sanitates opposite illis nō habēt noia: et tn̄ impossibile est cognoscere egritudines pfecte nisi pter cognitionē suoꝛū oppositoꝛū. Et pꝛopterea dictū est q cōtrarioꝛū eadē est disciplina. Reuertamur igit̄ ꝛ dicam⁹ q pꝛopterea q dispositiones sanitatis mēbꝛi habēt duas spēs: vna est bonitas cōplexionis mēbꝛi que in membꝛis inuenit̄ cōsimilib⁹: et alia est bonitas cōplexionis q̄ est in mēbꝛis officialib⁹: fuit necessariū diuidere silr egritudies fm has duas spēs. In pꝛimis narrabim⁹ egritudines mēbꝛoꝝ cōsimiliū: ꝛ dicemus earū causas efficiētes: ꝛ materiales: ꝛ postea narrabim⁹ egritudines mēbꝛorū officialiū: ꝛ dicem⁹ earū cās. Et dicimus pꝛopterea q membꝛa cōsimilia non agūt nec patiuntur fm cursum nature: nisi qn̄ mensure ca. frigi. sic. ꝛ humi. erunt in illis cum pꝛopoꝛtione conuenientī in omnibus speciebus complexionis sanitatis: sicut narrauimus in libꝛo sanita-

Quot et que sint spēs egritudinis.

tis. Similiter est necesse vt sint egritudines illorum membrorum ipsis egredientibus ab ipsis mensuris proportionatis in vna qualitate vel duabus ex illis que possunt combinari: ergo species egritudinis istarum egritudinum. al'. istorum membrorum sunt octo: videlicet ca. fri. hu. vel sic. vel ca. et hu. et ca. et sic. aut fri. et sic. Et non solum est intelligendum de primis qualitatibus sicut dicit. G. sed etiam de qualibet qualitate cum qua operatur membrum suas operationes sicut duritie et mollitie et his similibus qualitatibus proprijs membris et improprijs. Et species harum egritudinum primo inueniuntur in membris consimilibus secundo in compositis propter consimilia sicut dictum est in speciebus sanitatis. Et istarum octo specierum quedam sunt materiales: et quedam non. Sed difficile est imaginari egritudinem materialem esse simplicem: propterea quia egritudines materiales sunt composite quia nulla egritudo materialis ledit operationem nisi propter aliam non materialem que superuenit membro a calore vel a frigore.

¶ Cap. ij. Quod est de causis egritudinum in generali.



Deinceps volumus dicere causas earum: et dicimus quod occasiones materialium egritudinum sunt humores quatuor quando egrediunt ab eorum temperantia in quantitate aut qualitate. Et hoc accidit aut a parte materie aut a parte effi. et hoc est propterea quia membra non permanent super complexionem sanitatis: nisi quando sanguis qui aduenit eis est in quantitate et qualitate in proportione temperata in caliditate et frigiditate. Et hoc accidit quando membra que efficiunt nutrimentum stant super complexionem sanam: et cibi qui adueniunt corpori sunt naturales et recipiuntur in quantitate conuenienti et ordine debito et tempore conuenienti. Sed quando sunt in contrarium: tunc non sunt solum cause materiales ad generandum in corpore istos humores: sed etiam inducunt membra facientia nutrimentum ad malam complexionem. et tunc dicitur quod humores exiuerunt a natura a duabus partibus. vz. a parte effi. et a materiali simul. Et plures erunt cibi naturales et recipiuntur secundum ordinem naturalem vt dictum est. Sed res extrinsece acquirent membris efficientibus malam complexionem: et generabunt tales humores: et illa sunt sicut aer: exercitium et similia: et tales sunt exeuntes in quantitate et qualitate: et tales sunt euenientes a mala complexione in radice creationis membrorum agentium in nutrimento: et tales accidunt causa parentum qui exiuerunt a sua complexione: et ex preparatione prima in creatione: quoniam plures homines sunt similantes se adinuicem in creatione eorum et regimine: tamen variantes se in accidentibus: quia tales sunt multarum egritudinum: et alij paucarum egritudinum: et tales multorum annorum: et alij paucorum annorum. Et pluries accidet hoc a mala complexione fixa in principio generationis membrorum efficientium. Et plurimum hec talis complexio est hereditaria: quia ab istis primis preparationibus accidit quod videmus etiam de similitudine multorum hominum adinuicem in forma

consuetudine

cõsuetudine ꝛ accidẽtibꝰ egritudinũ in paucitate,in longitudine annoꝛuȝ. Et postq̄ diximus cãs humoꝛũ distẽperatoꝛuȝ vl'r. Deinceps narrandũ est q̃ũo fit generatio vniuscuiusq̄ istoꝛũ:ꝛ quot sunt egritudies que generantur ab eis.

¶Cap.iij. Qđ est de causis egritudinũ materialiũ calidarum ꝛ siccarum.



Et incipiemꝰ ab egritudinibꝰ calidis ꝛ siccis materialibus. Et dicimus q̄ egritudo calida et sicca generatur ex cibis calidis ꝛ siccis distẽperatis: vel q: recipiuntur in multa quantitate: aut nimis diminuuntur: aut q: recipiunt super ieiuniũ: q: q̄n recipitur cibus post multum ieiunium in stomaco et epate permutabitur ad caloꝛem et siccitatem fortẽ: ꝛ inducet stomacum ꝛ epar ad eãdem complexionem: ꝛ tunc erit facta operatio eoꝛum ab ambabus partibus supꝛadictis ꝛ sanguis qui generabitur ab hoc cibo erit ca. ꝛ sic. ꝛ distẽperatus: ꝛ multiplicabitur in ip̃o colera in multa quãtitate: ꝛ distẽperabitur in multa qualitate: ꝛ tũc impedietur operatio fellis: ꝛ non poterit attrahere coleraȝ ẜm debitam quantitatem: et sic remanebit imbibitus ex ea. Et illud est eo q̄ quãdo erit colera a via sua naturali in quantitate vel qualitate aut in ambabꝰ simul: tunc remanet colera influxa in sanguine: et quando nutriẽtur mẽbꝛa ex illo sanguine exibunt paulatim a sua complexiõe naturali ad malam complexioneȝ ca. et sic. ꝛ generabuntur multe egritudines calide colerice. ꝛ similia accidentia venientia mẽbꝛis a rebus extrĩsecis: sicut ab aere calido: et a multo exercitio et vigilia: et accidẽtibus anime que habent calefacere: sicut ira et furoꝛ et cogitationes coꝛdis et his similia: et causa foꝛtioꝛ que est istarũ causarũ plus aliarũ rerum est aer et ars. et aliq̄n erit causa istarũ opilatio poꝛoꝝ qui sunt in cute per quos euapoꝛat caloꝛ ꝛ retinetur: et cõculcabitur caloꝛ intus et faciet qđ dictũ est. Et aliquando erit hoc a cõplexiõe naturali vel radicali. Et colera non naturalis que fit in coꝛpoꝛibꝰ supꝛadictis habet quatuoꝛ species. Una spẽs est que assimilat vitello oui qđ natum est in illa die. Gal'. dicit in pluribus locis: quod hec species est calidioꝛ naturali: quia pars ignea in hac specie dominatur plus: et dicit quod eius grossities est propter nimiã caliditatem et ebullitione. ob quã rem habet ista secum istum caloꝛem igneũ. Et alij medici preter ipsum dicũt quod hec est minoꝛis caloꝛis naturali. Et dicũt quod grossities ipsius est propter alicuius mixtionẽ flegmatis: et ẜm hoc debet esse rubedo ipsius infra rubedinem naturalem: et est contra illud quod dicit Ga. ꝛ nos videmus quod ita non est vt dicunt. Ad hoc ẜm illos debet habere cum sua grossitie aliquantulum viscositatis sicut debet habere coꝛpus humidum mixtum cuȝ coꝛpoꝛe calido: et sensus visus in hoc adiuuat Gale. Et secunda species habet coloꝛem auricalchi: vel citri: et generatur ab humiditate aque ammixta cum ipsa et sine Gal'

dubio hoc infra ſiſtit in calidi-
tate a colera naturali: ⁊ egritu-
dines que fiunt ex hac ſpecie et
vitellina ſm illos qui dicunt ꝙ
fit groſſa propter ammixtionez
flegmatis non ſunt enumeran
de cum egritudinibus ca. ⁊ ſic.
ſimplicibus ſed cum cõpoſitis.
Sed egritudines vitelline ſecũ
dum Gale. ſunt poſite in vltimi
tate caliditatis et ſiccitatis: et
poteſt eſſe quod hec colera: eſt
colera quam nominat. G. cole-
ram ru. Et alie due ſpecies ſunt
ſicut praſſina et eruginoſa: ⁊ di
citur quod ambe generantur in
ſtomaco: et mihi videtur quod
G. nõ appropriet eas colere ſim
plici: quia dicit in libro de virtu
tib9 naturalibus quod iſte due
ſpecies generantur a colera vi-
tellina mixta cum aliis humori
bus: ⁊ quod he due ſpecies ſint
cõpoſite: et manifeſtũ eſt quod
generantur in ſtomaco ſecun-
dum eos. Et ſtomacus per ſuã
naturam non habet generare
coleram naturalem necnon na
turalem: quia quod generat na
turalem generat non naturalẽ:
quando corrumpitur ipſius cõ
plexio quia ipſius cõplexio in-
tenditur aut remittit. ergo praſ
ſina ⁊ eruginoſa non habẽt hoc
nomen niſi equiuoce. Et vide-
tur quod cauſa iſta generatio-
nũ: eſt quod quãdo colera egre-
ditur a ſua natura in cali. et ſic.
propter ſparſionem ipſius ad
ſtomacum: tunc remiſcetur cuz
aliis humoribus: et proprie cuz
melencolia: et ibi recipit aliquã
ſpeciem putrefactionis et per-
uenit ad talem complexionem:
⁊ propterea aſſimilantur iſti hu
mores veneno: et proprie erugi
noſa. Et egritudines que pro-
ueniunt ab his ſunt incurabi-
les propterea quia nõ recipiũt
digeſtionem nec permutantur
a calore naturali: immo corrum
punt formam ſpecificam ipſius
ſicut corrumpit venenum. De-
inceps volumus declarare qua
liter generãtur egritudines co-
lerice: et incipiemus a febre cole
rica ſefraria. Et dicamus quod
poſtquam dictum eſt quod fe-
bris eſt calor qui continet to-
tum corpus qui ledit actiones
et paſſiones membrorum om-
nium. Ab hac parte apparet ꝙ
eſt calor extraneus ⁊ apparet ex
parte qua manifeſtatur in ipſa
operatio caloris intrinſeci dige
rendo humores et recipit ſana
tionẽ: ⁊ non eſt ſicut calor extra
neus qui inuenitur in corpori-
bus mortuorum ob hoc appa-
ret quia etiam eſt naturalis: et
eſt veritas quia eſt calor natu-
ralis mixtus cum aliqua quali
tate caloris putredialis. Et ad-
huc poſtquam calor iſte ſpargi-
tur et continetur per totum cor
pus per arterias: dicim9 per hoc
quod ſubiectum propinquum
iſtius caloris eſt cor: et propter-
ea eſt impoſſibile ipſum eſſe to
tũ extraneũ. Et propterea quia
calor cordis eſt ille calor cũ quo
mẽbra faciunt omnes ſuas ope
rationes: neceſſariũ eſt qñ reci-
pit aliquam permutationem vt
ledantur omnes eorũ operatio
nes. Ergo diffinitio febris eſt
hec: quia eſt calor compoſitus
ex calore naturali ⁊ extraneo pu
tredinali miſſo a corde ad totũ
corpus et ledit omnes actio-
nes et paſſiones. Et dicimus
ꝙ iſte calor eſt permutatio calo
ris naturalis permutati in quã
titate et qualitate operandi

in corpore operationes nō naturales aut in materia nō naturali. Deinceps volumus dicere ꝙ cause generationis isti⁹ caloris sunt eedem cum causis generationis caloris extranei: saluo ꝙ in hoc calore sunt equales: et si ita nō esset. ergo esset extraneus absolute: q2 res attribuitur extraneo dominanti. Et iam declaratum est in quarto methau. ꝙ cā effi. putredinem stat duob⁹ modis: vnus est calor extrinsecus: ꝓpterea quia iste calor spargit ꝛ exalare facit calorem intrinsecū: ꝛ maxime qñ est cū forti qualitate ꝛ qñ spargitur calor intrinsecus sicut cōuenit tpe magni caloris qui regit materiam generataȝ in illa materia calor extraneus: ꝛ maxime si sit humida: q2 humiditas de facili permutatᷣ a reb⁹ extrinsecis: quia difficile esset effici per seipsam. Alius causa est effi. per accidēs: hoc est frigiditas: quia qñ dñatur sup calorem intrinsecū extinguit ipm: et tūc generat sup materiā loco isti⁹ caloris naturalis aliū calorē extraneum. Et ibi declaratū est ꝙ ens naturale nō permanet in suo esse nisi qñ virtutes agentes dominantur super patiētes. Et qñ debilitantur iste virtutes regitiue: ꝛ dominātur virtutes extrinsece: tūc tendit ens ad viam imperfectionis. al's corruptiōis. Et cause que adiuuant ad generanduȝ calorem extraneum ille eedem sunt cū illisque adiuuāt ad extinguendū calorem naturalem: ꝛ hoc fit qñ subiectum est ꝑparatum ad recipiendum. al'. extinguendum istā gñationem extraneaȝ: sicut sanguis ex quo generatur colera qui egreditur a natura in quātitate: aut qualitate: aut ꝓpter multitudinē sanguinis: aut ꝓpter ipsius grossiciem aut viscositatem: q2 ꝑ hoc refrigeratur calor intrinsecus et extinguitur sicut faciunt multa ligna humida qñ ponuntur super ignem. Et etiā opilatio pororum adiuuat ad hoc: quia resistit euentationi caloris intrinseci: et accidit hoc sicut accidit igni quando non habet euentationem qui cito extinguitur vel debilitatur sicut tu vides ꝙ carbonarij tegunt carbones cū terra vt ignis non transeat per omnes partes carbonum: et faciat ex eis cinerem.

¶ Cap. iiij. Quod est de generatione febris colere sefrarie.

ET postq̄ȝ declaratū est vniuersaliter quid sit febris et vniuersales cause sue generatiōis dicendum est quō generatur febris colerica: que d2 sefraria. Et dicamus ꝙ fortior cā in gñatione isti⁹ febris: est qñ dominatur cōplexio sanguinis in caliditate et sic. Et habet ꝑparationem vt generetur in eo talis calor: aut ꝓpter ꝑparationem superfluitatum tertie digestionisque est in membris: sed grossities ꝛ viscositas ꝛ opilatio venarum nō imaginantur in operatione isti⁹ febris: nisi diceretur in colera vitellina secundum illos qui dicunt contra Gale. aut propter quantitatem suaȝ. Et debes scire qđ non est in homine colera absoluta: ita vt sit pars membri hominis excepta colera que stat in sacculo fellis secundum quosdam: sed natura expellit eam a membris sanguineis qñ separatur ab eo: ꝛ ꝓpterea est īpossibilē opinari ꝙ subiectū febriū sefra- Gal.

riarũ sit colera absoluta: sed est sanguis aut humiditas in qua dñatur colera. Et ꝓpterea põt recipere digestionem ⁊ reuerti ad suã naturã qꝛ non denudatur a sua forma specifica. Sꝫ qñ separatur ab eo colera absoluta, incõtinenti expellit a natura: ⁊ si separat ab eo res q̃ habeat possibilitatem recipiendi digestionẽ nutrientur ex eo membra. Et nõ est possibile vt colã recipiat aliquã digestionẽ: qꝛ nõ est possibile illi rei que trãsiuit terminũ decoctionis vt redeat ad terminũ decoctionis: sicut nõ est possibile vt assum reuertat ad elixum: nec etiã in ea est aliqua pars ex qua possint membra aliquo mõ nutriri: et dico hoc de naturali: sed si sic de naturali quãto plꝰ de nõ naturali. Et illi qui solũ sunt medici qui dicũt ꝙ colera est cibus alicuiꝰ membri sunt q̃ dicũt ꝙ quatuor humores sunt elemẽta mẽbroꝝ cõsimiliũ. Et ego nolo laborare plus in qõnibꝰ cum eis: qꝛ ego declaraui hoc ꝑfecte in libro sanitatis. Et ꝓpterea qꝛ calor extraneus gñatur in humiditate q̃ est extra naturã cũ debilitate caloris intrinseci: dico qꝺ nõ est cũ excessu naturalis caloris: sicut opinatur Galẽ. in multis locis. Sed ꝓpterea ꝙ humiditas est velox ad putrefactionẽ ꝓpterea qꝛ calor intrinsecus plꝰ laborat ad ipsius corruptionẽ: quia illa nõ hꝫ a se rem q̃ eã consumat. Et si confiteretur Galẽ. ꝙ omnis calor extraneus esset putredinalis caderet periculũ magnum in dictis Aristo. ꝓpterea quia quilibet calor extraneus fit ſm ipsum primo ⁊ substantialiter ꝓpter calorem aut frigiditatem: ⁊ qñ debilitatur calor naturalis ꝓpter frigiditatem tũc dominatur humiditas et fatigat calor intrinsecus in dominãdo sup ipsũ: ⁊ fit putrefactio ꝓpter calorem extraneũ supuenientẽ. Sꝫ qñ causa caloris extranei fit a calore: tũc supuenit membris assatio: vel cõbustio: sed non putrefactio. ꝓpterea ergo nõ est ex necessitate vt omnis calor extraneus aut omnis febris sit putredinalis ⁊ maxime causon: ⁊ etiã qñ calor extraneꝰ generatur in locis in quibꝰ fit digestio: ⁊ in locis in quibꝰ fit pars mẽbroꝝ in actu ⁊ aggregãtur ibi supfluitates existentes in natura distẽperate sicut colere in qualitate aut distẽperate in quantitate etiam erunt ille humiditatesq̃ sunt in corpore occasione colere: ⁊ inuẽte loco digestiõis. Et manifestũ est ꝙ locus maioris digestionis est locus digestionis scd̃e qui est epar ⁊ vene: ⁊ alter est locꝰ digestionis tertie: ⁊ illa est in mẽbris et ꝓpterea species harũ febriũ sunt due vna q̃ est in venis: ⁊ altera q̃ est in membris hoc est in locis digestiõis tertie: ⁊ in libro ꝓnosticoꝝ declarata est differentia istaꝝ duaꝝ febriũ. Et sunt ẽt alie febres que sunt appropriate pure colere: et tales etiam appropriate sunt colere non pure: et ibi declarabo differentiã vniꝰ ab alia.

Gal.

Arist.

¶ Cap̃. v. Quod est de egritudinibus colericis localibus.

ET postq̃ declarauimꝰ vniuersaliter qũo fiũt febres colerice. Deinceps volumus loqui ⁊ narrare qũo fiunt egritudines colerice locales q̃ nominantur alguase: in latino dicuntur apostemata colerica: ⁊ in greco eris

plle: et dicimus q hec apostemata generantur in membris duobus modis vno qn expellitur ad aliud membrũ humor colericus: et tũc ppter eius quantitatez fit dilatatio in membro sm oẽs dimẽsiones. Et ppterea dicitur q elmare: siue erisipilla et similia sunt cõposita ex mẽbris cõsimilibus et officialibus. Et causa expulsionis istius humoris est propter fortitudinem virtutis expulsiue in mẽbro mãdãte et ppter debilitatẽ eiusdem virtutis in mẽbro recipiente. Et nõ fit sicut dicunt grossi q fit ppter fortitudinem retentiue membri recipiẽtis. Verũ ad hoc multum adiuuat largitas viarum cũ suppositione patientis mẽbri. Et maxime qn membrũ expellens est superius et recipiens inferius: et maxime qn hu. est grossus et terrestris: et qn fuerit incineratus et fuerit in membro: tũc ppter illius quantitatem calor intrinsecus in eo suffocabitur et gñabitur calor extraneus in membro extraneo saluo si humor non esset in vltimitate siccitatis. Et si apa istud gñatur in aliquo membro principali aut ppe ipsum pcedet ab eo calor ad cor et generabitur febris fortis: et si nõ erit ppe membrum principale nõ faciet febrẽ et possibile erit vt tẽdat ad mortem. Et alio modo generatur qn membrum nõ potest digerere cibum qui ei mittitur: nec ipsum pmutare in quãtitate: aut qualitate: nec ipsum potest expellere: tũc materia augmẽtatur in mẽbro illo taliter vt recipiat dilatationem in omnes tres dimẽsiones: et extinguitur eius calor naturalis eidem mensuratus: et generatur i eo calor putredinalis ppter necessitatem materie extranee. Et iste egritudines q dicuntur erisipile sunt duarũ specierum: vna est que dr erisipila ruboris et apparet ab hac specie vt sit mixta cum multo sanguine ppter rubedinem quam hz: et nõ facit in membro magnũ tumorem: et non est dolor eius acutus. Alia species dicitur erisipila formicularis: et in ea plus dominatur colera: et propterea inducit pustulas et corrosiones. Et aliquando ista non apparet nisi in cute: et aliquando est fixa in substantia membri et illa peior est: et põt esse vt fiat in cõcauitate alicuius membri sicut in stomaco aut in intestinis et ledet ipsius operationes sine apostemate manifesto.

Pria spẽs.

Scda spẽs.

Cap. vj. Quod est de egritudinibus frigidis et humidis materialibus.



Iste egritudines fiunt propter flegma quod est extra naturã in quãtitate et qualitate et cause gñationis istarum sunt opposite causis ex quibus generãtur egritudines colerice et manifestiores istaruz egritudinũ sunt febres flegmatice et apostemata que dicuntur zimie: quod vero plus adiuuat ad generationem harum febriũ est oppilatio que fit ppter grossiciem istius humoris aut viscositatem. Et vniuersaliter fit hec putrefactio per viam extinctionis caloris intrinseci: sicut extinguitur ignis a superpositione lignorum viridium: et cum extinguitur intrinsecus augmentatur extraneus in materia extranea: et ista febris fit ex hoc hu-

more in venis: et in tertia dige-
stione membrorum. Et istius
humoris exeuntis a natura sunt
quatuor species: vna est salsi: et
est siccior naturali: propterea qr
salsugo ei aduenit a substantia
terrestri adusta mixta cũ aliqua
humiditate: sicut apparet in ge
neratione salis. Alia est acetosi
et q̃uis sit siccum: tñ est frigidũ
ꝑpterea qr acetositas gñatur a
frigiditate. Dulce est calidi⁹ si-
cut est videri in acetosis fructi-
bus qui post acetositatez acqui
runt dulcedinem. Et vitreuz est
deterius oibus: qr hz cum frigi-
ditate multã viscositatem: ⁊ spe
cies febrium flegmatis diuersi-
ficantur ẜm diuersitatem harũ
specierũ: ⁊ qñ nos tractabim⁹ de
febribus: tunc de hoc loquemur
lato sermone. Et species flegma
tis melius recipiũt digestionez
q̃s colere: ẜm q quidam dicũt q
recipiũt species colere digestio-
nem. Sed febres que fiunt a fle
gmate sunt periculosiores febri
bus colere ꝑpter grossiciem fle-
gmatis: ⁊ ꝑpter opilationes que
fiunt ab eo: ⁊ quia interpollatio
earũ est valde breuis ẜm q dicã
post. Sed apatum flegmaticoꝝ
quedaz sunt q̃ fiunt a flegmate
subtili: ⁊ quedã a flegmate gros
so: sicut sunt apata q̃ nominan-
tur scrofule: ⁊ ipe nascunt in car
ne glandulosa sicut in collo sub
ascellis: ⁊ inguinib⁹. Et hec ma
teria q̃ est inclusa in apatib⁹ est
dura valde: et sunt ex apatibus
glandulosis q̃ sunt grossitudi-
nis grani pini: vel nucis: et hoc
efficitur ĩ locis carnosis. Et isti⁹
Verru-ce. generis sunt verruce ⁊ claui: ⁊ ex
apostematibus malis que ap-
Claui propriata sunt grossitudini hu-
morum ⁊ exeuntium a natura q̃
nolata sunt adubelati in arabi
co: et inuenitur in istis apatib⁹
substantia silis feci: ⁊ stercori et
luto: vel carboni. Et maior pars
istorum apatum cõposita est ex
duob⁹ humoribus. s. ex flegma-
te ⁊ melencolia. Et apata appro
priata ꝑprie flegmati sunt apa-
ta nolata in arabico cala. ⁊ dicũt
q huius species sunt quatuor. s.
lutosarũ: mellitarum: vitrearuz:
et pultesarum. Lutose fiunt ex
flegmate grosso. mellite fiunt ex
flegmate putrido habente int⁹
substantiam mellis. Et alie due
species fiunt similiter ex flegma
te mellito: ⁊ ex flegmate fiunt: et
quedam a ventositate: sicut acci
dit in illis q̃ fiũt in extremitati-
bus ydropicorum: et multe alie
egritudines quas narrabimus
cuz loquemur de accidentibus
que superueniunt actionibus ⁊
passionibus membrorum.

¶ Capi. vij. Quod est de causis egritudinum frigidarum et sic. materialium.

Iste egritudines fiunt
ab humoribus melen
colicis qui egrediun-
tur a natura in quanti
tate: aut qualitate: aut in amba
bus simul: et que faciunt humo
res istos egredi a sua natura
sunt materie que sunt similes
eis sicut cibi frigidi et sicci: aut
calidi et sicci: aut quando exeũt
membra ab eoruz complexioni
bus ad frigiditatem ⁊ sic. vel ad
cali. et sic. distemperatam. Et
exeunt etiam a suis complexio-
nib⁹: ꝑpter res extraneas sicut
propter aerem et exercitium. Et
aliquando accidit a generatiõe
sicut accidit leprosis: et maior
pars taliũ fit ab hereditate: aut

propter coitū cū menstruata in diebus quos dixit zacharaz: qꝛ lepra illa a beneficio medicinarū curā nō recipit: nisi fiāt tēpore crisis annorum quod natura ordinauit: ⁊ hoc testificatur mirabilis zacharan: ⁊ ego expertꝰ sū3. Et qñ multiplicant isti humores i corpore splē conat eos attrahere ⁊ neqt: aut ꝑpter quātitatē: aut malā q̄litatē: aut propter vtrūqꝫ: tūc remanēt cū sanguine ⁊ vadūt ad mēbra: ⁊ quia mēbra abominātur eos correctionē eoꝝ facere non pñt: quare ex eis generant egritudines difficilis curationis. Et colere nigre exeūtis i q̄titate a natura sunt due species: vna est ꝑpter adustionez melie naturalis: et alia species est ex adustiōe colere nō naturalis. Et iste spēs generātur a multo calore ⁊ intēsa sicci. q̄uis remaneāt ꝑ earū naturā frigide ⁊ misceat cū eis calor extraneꝰ extra naturaz multū. Et ꝙ signat hic. s. ꝙ cōplo earuz sit talis est earum acetositas: qꝛ qñ spargūtur super terrā fermētat ipsam: ⁊ vnaqueqꝫ istarū specierū inducit corrosionē i mēbris: et aliqñ fistulas: ⁊ maxime q̄ fit ab adustiōe cole: ⁊ egritudines q̄ fiūt ex hūoribꝰ istis q̄dā sunt febres: q̄dā apata: et febriū q̄ in eis fiūt: q̄dā fiūt in scd̄a digōne: ⁊ quedā in tertia: ⁊ qd̄ adiuuat generationē istorū est opilatio pororū cū grossicie humorum ⁊ difficultas digōnis: et apata q̄ dicunt scliroticа fiunt ex melia naturali ⁊ adusta: ⁊ aliqñ cancer. Sed q̄ fiunt a naturali semper sine vlceratione sunt: et que fiunt ab adustione non naturali cum vlceratione: et aliquando spargitur hec materia super omnia membra: et tūc fit lepra: et propterea dicitur ꝙ lepra est carcer vlis. Et istiꝰ due sunt species: qꝛ q̄dā est cū vlceratione et q̄dam sine: ⁊ que fit cum vlceratione est de melia q̄ est extra naturā: ⁊ flegma salsuz et sanguis secundū quosdā recipiunt adustionem.

Cap. viij. Quod est de causis egritudinū calidarum et humidarum materialium.



Iste egritudines generantur ꝑpter exitum sanguinis extra naturam in quātitate aut q̄litate. Sz eritꝰ ipsius in qualitate dꝫ dici paucus: qꝛ qñ exit multuz: dꝫ attribui egritudo nō illiꝰ egritudinis ad quā declinauit: ⁊ illi cui dominatur manifeste hoc est: qꝛ qñ inflāmantur minꝰ debet attribui colere: ⁊ sic de aliis. Et debes scire quod egritudines simplices non fiunt ex humoribus simplicibus istis: et maxime ex illis qui non recipiunt digestionē: nec sunt apti nati recipere ipsam: qꝛ qñ cola vel melēcolia simplex dñatur singulr̄ et simplr̄ fiūt egritudines ex eis q̄ nullo modo habēt curationē sꝫ noiant simplices ꝑpter hūores in eis dñantes sicut noiant cōposite: qñ apparēt in eis: ⁊ vidētur duo hūores aut plēs dñantes. Et maior ps egritudinuz q̄ generant ex sanguine sunt febres et apostemata. Et ipsiꝰ febris sunt species due, vna fit ꝑpter augmētū q̄titatis solū: et ꝑpter illd̄ augmētum q̄titatis claudunt pori ⁊ iflāmat sāguis prima spēs.

et fit hec species febris:ꝛ hec febris in suo principio: nõ est putredinal'. Sz si medic⁹ fuerit negligẽs in ei⁹ curatiõe fit putredinalis:ꝛ hec spẽs est media inter effymerã et putridã. Et alia species fit ꝑpter aliquaz putrefactionẽ. Et febres que fiunt a sanguine fiunt in omnibus venis: propterea quia non est sanguis in actu in corpore nisi in venis: et non habet interpolationem manifestaz. Sed apãta que fiunt ex hoc humore sunt q̃ dicunt flegmones ꝛ fiũt plus ꝑ pter distẽperãtiã i q̃titate q̃ꝫ in qualitate. Et diuersificant ista apãta propter maiorẽ ꝓfunditatẽ ꝛ minore:ꝛ qꝺ est minoris ꝓfunditatis est leui⁹. Sed sanguis qui currit ad membrum si distẽperat⁹ sit aliqñ in qualitate cata: fit erisipilla flegmõides eo q̃ tũc est coleric⁹ ꝑpter inflãmãtionẽ colere:ꝛ hec species est periculosior. Et apãta vl'r diuersificant per diuersitatẽ mẽbroꝝ in q̈bus fiunt: q̃ꝛ qñ fiunt in aliquo ex mẽbris principalib⁹ necessario sequitur mala febris: et maxime qñ apã est flegmõ. Et aliqñ fit flegmõ in subascellis ꝛ in inguinib⁹ ꝛ in aurib⁹: et que fiũt in partib⁹ subascellarũ generant ex superfluitatibus transmissis a corde. Et fiũt hec apãta ꝑpter alia apãta facta i aliis ꝑtib⁹ corporis: q̃ꝛ oẽ mẽbruꝫ hꝫ virtutẽ expulsiuã mãdãtẽ alteri. Et etiã fiũt ex hac variole et morbilli: et ꝑpterea quia null⁹ euadit ab his duobus nisi habeãt hec. Et non potest dici vt fiant a causis extrinsecis: q̃ꝛ ille nõ sunt necessarie in omni homine: et ista egritudo est sicut naturalis:ꝛ ꝑpter hoc dicit qꝺ hec egritudo prouenit a mala materia fixa i cibo embrionis:ꝛ propterea fiunt he egritudines cum febre sanguinis: q̃ꝛ si sanguis esset nimis corruptus patiẽs posset ex eo mori.

¶ Capitulum. ix. Quod est de causis egritudinuꝫ compositarum materialium.



Tu debes scire qꝺ egritudines simplices singulares que dicte sunt nõ fiunt ex humoribus simplicibus nisi raro. Sed maior pars egritudinum supradictarum est cõposita ex ꝑtib⁹ humorib⁹ vno. Et cõpositio egritudinum aut est cõpl'onis cõpositio aut compositio vicinitatis. Sed compositio vicinitatis est sicut si quis haberet ab vna parte febrẽ colericã:ꝛ ab alia febrem flegmaticã:ꝛ paroxismi haꝝ duarũ febriuꝫ essent in vna hora. Et febres q̃ fiũt ꝑpter cõpõnẽ cõpl'onis sunt duplices: q̃dã eñ fiũt quarũ ꝯmixtio est absoluta:ꝛ q̃dã cõuenienti⁹ pñt appellari cõposite q̃ꝫ mixte:ꝛ ꝑpterea cõmunicãt febres in signis ꝛ proprietatib⁹ q̃ appropriant humoribus simplicib⁹. Et hec cõpl'o et cõpõ que est in humorib⁹ inducit ad multas cõmixtiões ꝛ mirabiles .al'. innumerabiles. Et propterea q̃ꝛ he due spẽs cõpositiõis sunt in febribus: pñt tñ inueniri febres mixte q̃ꝫuis ñ sint duarũ specierũ sed vnius:ꝛ hoc accidit qñ fiũt febres in duob⁹ locis diuersis in corpore. Et manifestior febrium compositarũ est emitrite⁹ et plurium specierum: et omnes fiunt ex flate et col'a. Sed q̃daꝫ est q̃ est ex flate

intus et colerā extrā: et quedam est econtrario: et quedā est q̄ est composita ex fleumate et colera: aut intus: aut extra. Et febres diuersificantur secūdum diuersitatem mensure quantitatis aut qualitatis vel loci humoris sicut causon: et sicut febris q̄ fit ex fleumate vitreo que dat calorē et frigus simul in partibus extrinsecis: et sicut febris q̄ habet fortissimū calorē in partibus intrinsecis et in partibus exterioribus sunt econtrario: et potest esse vt partes exteriores sint multum frigide et vocatur febris inclusa. Et quelibet istarū egritudinum habet quatuor tēpora: principiū: augmētū: statū: et declinationē. Et principium est tempus in quo appet egritudo in actu: et natura nihil manifeste operatur: et qn̄ humor incipit digeri natura incipit operari contra humorē: et illud tempus est tempus augmēti: et dicitur augmētū: quia tūc sunt fortia accidētia: et qn̄ cessat digestio cessat tēpus augmēti: et incipit status: et illud tempus in quo apparet certamē inter naturam et humorem: et qn̄ natura est fortificata super humorem: et ipsum vincit dicitur tunc esse tp̄s declinationis: et q̄dam egritudines sunt q̄ habent dissolutionē humorum sine euacuatione manifesta et sanantur: et q̄dā sunt q̄ habēt dissolutionē virtutū paulatim donec moriuntur: et q̄dam sunt q̄ habēt euacuationem manifestā ad sanitatē vel ad mortē: et ista nominatur vera crisis. Et crisis salubris sunt due species: vna est que ducit per suam euacuationem ad perfectam sanitatem: et alia est que relinquit egritudinis reliquias que paulatim dissoluuntur et liberantur: et tempore longiori salutē prestat. Et illud idem est in crisi mala: et maior pars crisium reperitur in febribus acutis. i. q̄ finiuntur tēpore breui: et quia crisis accidit post digōnem si illa digō est integra et perfecta erit crisis pfecta: et si digō est imperfecta erit crisis longior: et digō completur propter longitudinem temporis secundum comparationem agentis ad patiens: quia nō in omni tēpore quod aduenit patitur patiens ab agente: quia quolibet habet tempus proprium cōparatione quam habet agens cum patiēte: et hoc potest cognosci in rebus artificialibus: quia mēsure temporū decoctionis in rebus artificialibus diuersificātur. Et propterea quia ita est: et sunt longo tempore cognite et sentiuntur egritudines et virtutes et humores: tunc certum est per experientiā et rationem nature vt sciantur tempora in quibus fit bōa digō aut mala. vel dies cretici: et quia digō bona est perfecta operatio nature: ideo tēpus illud fuit pro maiori parte laudabile: sed digō iperfecta quia habet latitudinē nō verificat bonitatem suarum crisiū: sicut perfecta. Et q̄dā dicūt quod inuētio crisium hoc ordine est luna. Sed tu debes scire quod est cā remota q̄ medico nō est necessaria: et causa ppinq̄ est illa quā diximus: et infra in libro nr̄o monstrabimus rōnem in hoc et dabimus exēpla. Et aliqn̄ accidit mors in principio egritudinis et hoc fit propterea quia humores dominantur multū super calorē naturalē et extinguūt ipsum propter quātitatem aut qualitatē: aut propter vtrūque. Et aliquādo

accidit in augmēto aut in statu aut in declinatione: et declinatio in egritudinib⁹ mortiferis fit a debilitate virtutis ꝛ non a debilitate egritudinis sic est in salubrib⁹ egritudinibus declinatio ꝑpter dn̄ationē virtutis. Et sufficit qđ diximus hucusq͡ʒ de egritudinib⁹ materialib⁹ et earū causis. Et nūc volumus facere tractatū breuē de egritudinibus immaterialibus.

¶ Capit. x. Quod est de causis egritudinum non materialiuꝫ in generali.

ET dicim⁹ ꝙ he egritudines quādo sunt absq͡ʒ cā humorū est loc⁹ subiecti earū de necessitate mēbra vl spiritus. Et efficiēs ipsarū sunt due res: aut res exteriores: aut alie egritudines materiales: et volum⁹ dicere de manifestioribus ipsarū: hoc est de ca. ꝛ sic.

¶ Capit. xi. Quod est de causis egritudinum immaterialiū calidarum et sic.



Quia q̄dā egritudinū calidarū ꝛ sic. sunt in spū cordis solū ꝛ hec est febris diei: et hoc fit propter res extrinsecas: ꝛ est propter quatuor causas: quaꝝ vna diuidit̄ i quatuor ptes: q̄rū q̄dam sunt ꝑ se: ꝛ q̄dā ꝑ accn̄s: et earū q̄ ꝑ se sūt: q̄dā sunt i potētia: ꝛ q̄dā in actu. Et q̄ sunt i actu sunt sicut calor solis ꝛ ignis: ꝛ vl'r res extrinsece calide in actu: ꝛ q̄ sunt in potētia sunt sicut balneū in aqua sulphuris q̄ calida est in potentia: ꝛ sil'r q̄ sunt ꝑ accidens sunt sicut ille que claudūt poros: ob quā rē accenditur calor in partib⁹ intrinsecis sicut est balneū aque aluminose et sil'ia. Scđa cā sunt res sumpte in corp⁹ sicut cibi ꝛ pot⁹ calidi potentia ꝛ actu. Tertia cā est corporea aut aīata: corporea: sicut īmoderat⁹ motus et immoderatum exercitiū: animata sicut ira: tristitia: et vigilia et similia Quarta est ꝑpter egritudines materiales sicut apata inguinis ꝛ titillicorū ꝛ radicū auriū. Et iterum est isti⁹ speciei egritudinis febris ethica: ꝛ hec febris est calor extrane⁹ fixus in substātia membroꝝ ꝛ ꝓhibet fieri operationē ipsorū: ꝛ cōsumit eoꝝ substātialē humiditatē: ꝛ hꝫ tres spēs: leuior ipsaꝝ est q̄ accēsa est a calore extraneo i humiditatib⁹ naturalib⁹ ꝛ radicalib⁹ q̄ existūt in substātia paruaꝝ venarū. Et secūda est q̄ est i hūiditate existēte i carne ipsa: q̄ qn̄ dissoluta est pōt a cibis restaurari adhuc. et tertia est oib⁹ deterior: ꝛ est illa cui⁹ calor extrane⁹ ꝓfundatus est i mēbris solidis: q: ipoſſe est in eis qđ ab eis resolutū est restaurari: q: mēsura vite naturalis est ſm mēsurā hūiditatis radicalis in quolibet idiuiduo ꝓportionato ꝓportiōe duplici ſꝫ qđ dictū est i libro cārū breuitatis ꝛ lōgitudinis vite. Et prima spēs isti⁹ febris vt plurimuꝫ fit ab effimera. Sed alie due spēs fiūt ꝑ maiori pte ꝑpter febres materiales hūorosas p̄cedētes.

ista est deterior oib⁹.

¶ Ca. xij. Qđ est de cāis egritudinū imaterialiū frigidaꝝ ꝛ sic.

ET egritudinū frigidarū ꝛ siccaꝝ q̄dā sunt q̄ appellant̄ egritudies senectutis: hoc est dominatio frigiditat͡ꝭ: ꝛ siccitatis

super membra. Et propterea q2 illud qd dat vitã est calor cũ humiditate: ob hoc hec egritudo cõiungit cũ senib9: s3 nõ est vera egritudo nisi qñ fit in nõ senibus. Sed egritudinem: ca.7hu. fri.7 hu.est difficile imaginari. S3 calidũ simplex fri.7hu.7 sic. possunt imaginari. Et nos debemus enumerare quando tractabimus de rebus que ledunt actiones 7 passiones.

¶ Capi.xiij. Quod est de egritudinibus membrorum officialiũ:



Et postquã dictũ ẽ breuiter de speciebus egritudinum appropriatarũ mẽbris consimilibus 7 de causis ipsarũ. dicẽdũ est de egritudinib9 officialibus. Et dicim9 quod iã dictũ est in principio primi: q2 sanitas mẽbrorum officialiũ est q̃ est i q̃titate qualitate: 7 positione. 7 colligãtia: q2 hec spẽs colligãtie est inseparabilis 7 nõ reuertit ad alias spẽs quas dixerũt medici: et intra predicamẽtum habit9: sicut pãniculi 7 cutis intrant p̃dicamẽtũ hr̃e. ergo tria genera egritudinũ intrant quinq3 p̃dicamẽta hoc est in qualitate q̃titate cõtinua 7 discreta: et habitu 7 vbi: 7 hr̃e. 7 postea inuenitur hec res in quando hoc est i prioritate 7 posterioritate. S3 ordinatio membrorũ offi. 7 prioritas 7 posterioritas plus ponẽda est in sex sequentib9 predicamẽtis. Et debes scire quod egritudo non superuenit vnicuiq3 generi sanitatis sicut nos videm9 in ordine tunicarum oculorum et in maiori p̃te mẽbrorũ offi. q2 in illis nõ superuenit egritudo ordinatiõis: hoc est vt prius fiat posterius.

¶ Capi.xiiij. Qd est de cõtinuitate et solutione continuitatis suis causis aliqualiter.



Sed continuitas 7 solutio 7 cause illarũ s̃m aliquã p̃tẽ aliqñ p̃nt ingredi in genus egritudinum officialiũ. Sed genus colligantie nõ intrat in egritudinibus eiusdẽ per se. Sed egritudines membrorũ sunt he que faciũt accidere membris egritudines: quib9 altera cõicat cum altera: 7 cõnectius est vt colligãtia enumeretur potius in causis egritudinum quam in genere egritudinum. Sed genus egritudinum quod est cõtrarium continuitati naturali que noiat continuitatis solutio est d uobus modis. Un9 est solutio cõtinuitatis veracis vt continuitatis p̃tis cu3 parte in consimilibus: 7 hoc genus debet magis attribui consimilibus quã officialibus mẽbris: propterea quia hec solutio accidit membro officiali ex parte qua compositum est ex membris consimilibus: 7 non ex parte qua est officiale. Altera est separatio contiguitatis termini a termino: et hec continuitatis. al'.contiguitatis solutio non veraciter appellatur: quia hec cõtinuitas. al'.contiguitas fit per modum contigui: et per modum penetrationis et per modum societatis membri cum mẽbro: aut ligamenti: et hoc genus solutionis posuimus in genus egritudinũ officialiũ: 7 hoc genus cõicat cõiunctioni 7 sepatiõi. Et propterea nõ est solutio

Uno mõ.

Alio mõ.

continuitatis vt dixerunt medi dici dicentes: quia erat egritudo q̄ cōicat mēbris ꝯsimilibus: ⁊ officialib⁹ qꝛ solutio est distincta in his duobus modis quos diximus. Et propterea quia species sanitatis que est in qualitate in figura: in porjs: in meatibus: lenitate: asperitate: ⁊ grossicie: sunt egritudines istius speciei ꝓportionate istis diuisionibus. Et egritudinum que sunt in quantitate quedam sunt in mensura: ⁊ hoc est in superfluitate ⁊ diminutione: ⁊ hoc primo est in consimilibus: vt dictū est. Sed medici assueti sunt ponere in officialibus: ⁊ quedaꝫ peccāt in numero: ⁊ que sunt in numero etiam habent duas species que sunt superfluitatis ⁊ diminutionis: et quedam est naturalis ⁊ quedam non naturalis: naturalis est sicut superfluitas sexti digiti: ⁊ diminutio naturalis est diminutio quinti digiti. Nō naturalis superfluitas est sicut cucurbitini qui inueniuntur in intestinis ⁊ similes. Et peccatū positionis est sicut dislocatio vnius membri ab alio: vel alicuius partis membri ab altera. Et egritudines quas' dicunt medici egritudines colligantie fiūt ex colligantia membri offi. cum altero pro parte vnius communicantis cum altero: sicut cōicāt cor ⁊ epar cum omnibus membris: videlicet vnum cum artерijs: ⁊ alleꝝ cū venis: ⁊ aliqñ est colligantia ab vno membro ad aliud proprium membruꝫ: sicut colligatum est os stomachi cuꝫ cerebro per neruum euntem ab vno ad aliud.

Assueti medici.

¶ Capi. xv. Quod est de causis egritudinum membrorūꝫ offi.



Locuti sumus breuiter de egritudinib⁹ membrorum officialium: nunc volum⁹ loqui de ipsarū causis. Et dicimus quod egritudines que fiūt in figura sunt propter duas res: quia aut a natura: aut a rebus extrinsecis: et egritudo que ꝓuenit a natura: est ꝓpterea qꝛ materia est incōueniēs: nec apta operationi virtutis informatiue: nec instrumēto cū quo operaꝛ virt⁹ informatiua: nec instrumētū est aptū ei. A reb⁹ vero extrinsecis est sicut fit embrioni qñ nasciꝛ vel qñ nutriꝛ: ⁊ aliqñ fit ex errore medici: quia aliqñ credūt rectificare mēbra et dislocant ea: et hoc debes cognoscere in figura membri: et figura partiū: ⁊ sic debes intelligere in qualibet egritudine attributa membris officialib⁹ in eo qd̄ sunt officialia ⁊ cā strictu re meatuū ⁊ cōstrictionis eoruꝫ est ꝓpter dn̄ium frigiditatis et sic. sup eorū cōplexionē: aut qꝛ comprimunꝛ ab alijs membris: aut ꝓpter opilationē: ⁊ opilatio fit: aut ꝓpter apata: aut ꝓpter hu. grossum: aut viscosuꝫ: aut ꝓpter durū lapidē: aut ꝓpter carnositatē nascētē in poro: aut ꝓpter fortitudinē virtutis retētiue aut debilitatē expulsiue virtutis: qꝛ ob istas cās multa in eis quātitas aggregaꝛ. Sꝫ largitas meatuū fit aut a caliditate et humiditate: aut ab hūiditate: aut ab hūore calido mordicatiuo: aut ꝓpter medicinas vel cibos aperitiuos: aut propter debilitateꝫ virtutis retentiue: ⁊ causa lenitatis est a causis lubricatiuis humidis sicut ab humoribus mucilaginosis ⁊ similibus. Et cau

sa asperitatis. est a causis calidis mordicatiuis siue veniant ab humoribus: aut a rebus extrinsecis. Et egritudines numeri sunt s'm hunc modu3. si quod superfluit est s'm cursu3 nature: fit a superfluitate materie: q̄ est in membro: ⁊ si extra cursum nature est sicut cucurbitini ⁊ eoru3 similia que proueniunt ab humoribus extra naturam: aut in quantitate aut in qualitate. Et diminutio prouenit ex putrefactione sicut est casus capilloꝝ: aut ꝑpter corrosionem: ⁊ maxime qñ putrefactio est ab humore corrosiuo: aut ab aliqua re extrinseca: ⁊ causa magnitudinis membrorum qñ est mēbrū ꝑ viā nature est propter multā materiam membri: ⁊ ꝑpter dñationē virtutis informatiue sup ipsu3: ⁊ qñ nō est ꝑ viā nature fit propter aliquā supfluitatē sparsam membro: ⁊ paruitas membri fit propter paucitatem materie si est s'm cursum nature. et que est preter cursum nature fit ex debilitate virtutis nutritiue sicut accidit ethicis. Sed cause egritudinis male positionis due sunt vna est extrinseca sicut disloc antur membra ꝑpter immoderatū exercitium: ⁊ sicut qñ frangit pāniculus qui separat intestina a testiculis: aut propter dislocationem ossis anche. Intrinseca autem est sicut humiditas supflua que mēbra mollificat ⁊ lubricat: ita vt egrediantur a loco proprio: sicut accidit zirbo: ⁊ intestinis propter multam humiditatem aquosam aut lubricatiuam que transit per meatū qui tendit ad testiculos: et causa separationis ⁊ coniunctionis mēbroꝝ est duplex: vna ꝑpter debilitatem virtutis informatiue aut maltitiam materie: ⁊ hoc nocumentum prouenit tēpore generationis: ⁊ quod non proueniet a generatiōe est sicut carnositas que fit inter duas carnositates quando nascit caro inter mēbra ipsa conglutinantur. Sz solutio continuitatis in membris officialibus est eadem cu3 ea que fit in consimilibus: ⁊ accidit hoc aut propter res extrinsecas incidentes: aut conquassantes vel extendentes: aut ab intrinsecis: sicut ab humoribus acutis corrosiuis aut extendentibus qui lacerant: aut grauitate aut ventositate.

¶ Capitulum. xvj. Quod est de accidentibus superuenientibꝰ vrituti nutritiue in generali.



Einceps volumꝰ narrare de accidētibus que superueniunt actionibus ⁊ passionibꝰ ⁊ appropare vnū quodq̄ illoꝝ egritudini a qua emergit: et hoc cognito cognoscemus egritudinem vniuscuiusq̄ membri. Et dicimꝰ q̄ cū accidens nō sit aliud nisi lesio actionis ⁊ passionis membroꝝ: aut impressionis ipsorum fiunt genera ipsoꝝ accidentium s'm cōputationē generū actionum et passionum. Et tu scis in libro sanitatis quod quedam operationes sunt que appropriantur anime nutritiue: ⁊ quedam anime sensibili: et quedam appropriantur motui: et quedam appropriantur virtuti imaginatiue ⁊ cogitatiue et memoratiue. Et est incipiendum ab accidentibus que superueniunt operationibus virtutis nutritiue: q̄

sunt magis necesse in essentia alaliū. Et dicam⁹ qđ mēbra que ordinata sunt opationib⁹ ꝟtutis nutritiue q̄ dicta sunt in libro sanitatis sunt sicut os ysofagus stōac⁹ epar. renes: vesica: sacculus splenis ꝛ fellis. al'. sacculus fellis ꝛ splen. Et lesio que
Lesio. supuenit vł'r mēbrorū actionib⁹ et passiōibus est tribus modis: vn⁹ est vt cū opatio mēbri cessauerit vt sit propinqua puncto ꝑuationis: scđs vt sit diminuta a suis naturalib⁹ opatiōib⁹. Terti⁹ vt sit ꝯmutata ad malas opatiōes. Et debem⁹ incipe in mēbris nutritiuis ꝭm qđ ordinant̄ in officijs cibi. Et dicamus qđ minuit̄ opatio oris vel ꝑuat̄ ꝓpter vlceratonē q̄ ei accidit aut ꝓpter apāa aut ꝑꝑ putrefactionē dentiū vel ꝓpter aliq̄s egritudines q̄ fiūt ꝓpter aliquas cōplo
ysofagus. nes materiales. Et ysofag⁹ ledit̄ aut ab apātib⁹ q̄ in eo nascunt̄ ꝛ dicunt̄ eldabata: hoc est squinantia: et fiūt pro maiori pte in musculo illi⁹: ꝛ etiā ꝑuant̄ aut diminunt̄ illi⁹ opatiōes qñ dislocant̄ spondiles colli ꝛ contrahunt̄ ꝓpter apāta iteri⁹: aut ꝑꝑ humorem mucillaginosum qui illuc discurrit in magna q̄titate. Aut ꝓpter res aduenientes ab extrinseco: et hec spēs est ꝑꝑ cām magne suffocationis supuenientis pueris paruulis propter humiditatē suaꝝ cōplexionum. Et gnal'r accidit eis spēs oīs egritudinis male cōplexionis materialis. Et etiā veniunt egritudines ꝓpter malā cōplo nē nō materialē sicut testificat̄. G. de iuuene cui medici multū vetabant aquā: ꝛ ipse bibit multam aquā frigidam auide vna hora assumpta: ꝛ perijt virt⁹ attractiua ꝛ etiam expulsiua ysofagi: ꝛ non potuit vlterius deglutire. ¶ De stomaco sunt manifeste quinq̄ꝫ virtutes videlicet digestiua: attractiua. retentiua expulsiua: ꝛ discretiua: ideo fuit necessarium vt numerus accidentium esset secundum numerum istarum vritutum. Et incipiamus a digestiua ꝛ dicamus quia quādo deficiet virtus digestiua in stōacho acescent cibi in stomacho: et causa acetositatis est frigiditas que est inuenta: eo quod hoc accidens prouenit a mala complexione frigida siue sit materialis siue non materialis. Et que est non materialis talis est causa intrinseca: et talis est causa extrinseca. ergo hoc accidēs prouenit a mala cōplexione materiali. Et cause nō materiales extrinsece sunt sicut res extrinsece in actu frigide in ipso sumpte: aut res frigide in potētia sumpte: aut ꝓpter multam q̄titatē cibi: aut ꝓpter receptionem ipsi⁹ incōuenientē in ordine ꝛ tēpore. Sed cause materiales intrinsece sunt sicut humores frigidi. Et isti humores fiunt duobus modis: aut vt generentur in seipso: aut vt attrahantur ab alijs membris sicut a cerebro quod proprium est ad spargendum humorem flegmaticum: ꝛ splene vt spargat humorem melencolicū. Sed sparsio que prouenit a splene qñ est in mensura temperata in quātitate ꝛ qualitate tunc est operatio naturalis: sꝫ qñ egredit̄ a tēperamēto in aliquo istoꝝ: tūc fit acetositas hec q̄ dicta est: ꝛ qñ dñantur multum super stomachum occasiōes supradicte perijt ipi⁹ operatio penitus: sicut accidit

tiens: et erit mēbrum sicut mortuum. ¶ Et quelibet qualitatū passiuarū pōt dare accidēs hoc mēbro. propterea quia iste qualitates pro maiori parte habēt plus pati quam agere: sicut caliditas et frigiditas plus habēt agere ꝙ pati. ¶ Et solutio continuitatis nō est causa doloris sicut dicit. G. sed solutio continuitatis est causa complexiōis que facit dolorē: qđ est: quia solutio continuitatis est cū malo motu: et conueniens est vt talē motum sequatur mala complexio. Nec sunt etiam cause doloris due res simul videlicet solutio continuitatis et caliditas ⁊ frigiditas sicut dicit errās auicēna: quod est: quia declaratuȝ est iam in libro de anima. quod iste sensus sentit primo inter sensus omnes scilicet quatuor qualitates hoc est calidum frigidum siccum ⁊ humi. ergo dolores non fient nec sentient ab eo sensu nisi quando multuȝ superabūt sua propria sensata: sicut accidit alys sensibus. Similiter quia oculus non dolet nisi propter superfluitateȝ colorum quando exeunt viam temperatam vel mediam: et sic lingua cum saporibus: auditus cū somnis: ⁊ odoratus cum odoribus. Et si accideret huic sensui tact⁹ dolor propter solutionem continuitatis tunc esset suuȝ propriū sensatum substantialiter solutio continuitatis soluȝ. Et sicut oculus dolet propter superfluitatem colorum: propterea quia suum sensatuȝ est de genere colorum et non res que sit contraria colori. Sed solutio continuitatis est propter quaȝ accidunt qualitates superflue. et anima sensibilis non est nisi ad qualitates. Et. G. etiam hoc confitetur quando dicit ꝙ vola man⁹ non fuit facta in fine temperantie: nisi ad apprehendendū contraria. Et ad hoc apparet ꝙ superfluitas cōtrariorum est causa doloris qui fit in sensu eo ꝙ parum et multum de necessitate sunt sub eodeȝ genere. Et delectatio que est contraria dolori non est nisi comprehensio sensati et temperati et similium sicut delectatur sensus tactus ex aqua calida: et visus ex coloribus viridibus: ⁊ gustus ex saporibus dulcib⁹: et audit⁹ ex amenis vocibus: et odoratus ex odoribus aromaticis: et quasdā delectationes precedit molestatio et ille sunt delectabiles nature: et quedam sunt absq; molestatione precedente. Dolorum quidam fiunt in toto corpore: ⁊ quidam fiunt in vno membro: sicut dolores qui fiūt in stomaco vel epate: vel capite: vel intestinis. Et nos loquemur de manifestioribus et dicemus earū causas. Et dicimus qđ dolores qui fiunt in capite qui nominātur in arabico soda: causa eoꝝ sunt absq; dubio: aut ex mala cōplexione calida eorum aut frigida sunt aut materiales aut nō materiales ⁊ ⁊ hec mala complexio potest fieri primo in substantia cerebri: et aliquando fit propter cōmunicationem alterius mēbri sicut propter stomacum. Et horum quidam sunt qui perseuerant longo tempore sicut dolor oni: et fiunt paroxismaliter: et hoc fit propter malos humo. qui generantur in cerebro successiue: et sic permutatur sua cōplexio ad malum ad generādū

hunc

hunc humorē semper:et per eā-
dem viam currunt omnes egri
tudines cronice: quia ille per-
mutāt complexionem in mem-
bris:et acquirunt dispositionez
generandi malos hu. Unde ea
rum curatio est difficilis aut im
possibilis sicut est dolor emigra
nee. Et materia ex qua fiunt ali
que huiusmodi egritudinis spe
cies: aliquando est in sangui-
ne arteriali: et conuenit hoc: qz
curatur egritudo quando inci-
ditur arteria. Et hec egritudo
fit propter duas malas comple
xiones videlicet calidam et fri.
sed non est materialis:quia illa
que non est materialis lōgo tē-
pore durat. Et membra consue-
ta dolorosa intestina et stoma-
cus: et hoc accidit propter dige
stionem que est in eis manife-
sta multuz quia errant sepe. Et
cause que faciūt dolorē in ipsis
aut sunt cibi ventosi:aut humo
res grossi aut melencolici:⁊ do-
lor qui prouenit ab eis est mul-
tum fortis et cronicus: et aliqñ
fiunt dolores fortes propter hu
morem colericum. Sed humo-
res a quibus procedūt dolores
cronici in itestinis sunt aut hu
mores grossi frigidi: sicut fle-
gma vitreum: et eorum similes
⁊ humi. calidi. Sed dolores qui
continent totum corpus sunt il
li qui dicuntur labores: et sunt
trium specierum ꝑm medicos:
vnus dicitur vlceratiuus: alter
extensiuus: et alter apostemo-
sus. Et quidam istorum fiunt a
rebus intrinsecis: ⁊ quidam ab
extrinsecis:et vlceratiuus fit pe
nitus propter humores: et qui
fit propter multum motum fit
propterea quia dissoluuntur ex
corpore humiditates ꝑpter ipz
motum:et illud accidit propter
causam humoris materialis: q̄
est in corpore male qualitatis.
Sed alie due species laxitudi-
nis sunt vna:nisi quia diuersifi
cātur ꝑm magis et minus:quia
quando superfluit dolor extensi
uus fit apostemosus. Et causa
que similiter facit hos duos do
lores est humor aut motus ma
gne laxitudinis:et ille qui fit ꝑ-
pter humores fit necessario pro
pter multitudinē humorum: si
sint distemperati in qualitate
aut non. Et multitudo humor
attribuitur duabus rebus aut
vt sit multitudo ꝑ accidēs: hoc
est propter defectū virtutis:aut
vt sit multitudo per se aut pro-
pter ambo. Et multitudo hu-
morum quantitatiua cum sani
tate virtutis nominatur reple-
tio ꝑm locum:et multitudo que
est cum vno malorum acciden-
tiuz nominatur repletio ꝑm vir
tutē:quod est quia virtutes im-
pediūtur pro maiori parte pro-
pter quantitatem et qualitatē:
sed cum illo impedimento ne-
cessario cōiungitur malitia qua
litatis:⁊ illi prius appropriatur.
Et aliquando fiunt isti dolores
propter malam complexionem
calidam aut frigidam sine ma-
teria. Et generaliter accidūt do
lores in corpore causa aposte-
matum accidentiū causa gros-
sorum humorum. Et propterea
quia sensus qui dicitur deside-
rium est proprius oris stomaci:
videnda sunt accidentia que ei
dem superueniunt.

¶ Capitulum trigesimum secū-
dum. Quod est de accidētibus
superuenientibus virtuti appe
titiue.


T dicimus q ac cidentia superue niūt huic opera tioni s[ecundu]m q acci dūt alijs: aut q[uia] permutat[ur]: aut di minuitur aut corrumpitur. Et accidētia diminutionis sunt si cut accidentia corruptionis: et illud quod corrumpit appetitū aut diminuit est de necessitate vna ex speciebus male comple xionis non materialis aut ma terialis: que fit in primo mēbro patiente aut per communitatē: quā habet cū aliquo membro. Et complexio que fit in mēbro qualis dicitur operatio ista est calor extra naturam. Sed qui dam opinantur q frigiditas est causa magis propinqua dandi appetitum quā auferendi: pro pterea quia hec op[er]atio que est in hoc membro innatur et com pletur per frigiditatem [et] aceto sitatem que ei trāsmittit[ur] a sple ne. Sed quando hec frigiditas vltimatur est causa priuatiōis istius operationis. Nec est dicē dum quod acetositas inquan tum est frigida adminiculetur huic operationi: sed inquantu[m] est acetositas est causa stimulās ad bonu[m]. Et similiter quando dominabuntur humiditas [et] sic citas impedient hanc operatio nem: quod est: quia nullū mem brum agit et patitur naturali ter nisi propter complexionē tē peratiuam in quatuor qualita tibus. Sed lesio que fit propter colligantiā cū alio mēbro est si cut mala complexio que proue nit a cerebro propter neruū col ligantē vtrūq[ue]. Et aliquādo ac cidit hoc propter repletionē cor poris ex multis superfluitatib[us] et propter hoc nōn indigē[n]t mē bra cibo: quod est: quia appeti tus non fit nisi quando dissol uuntur ex nostris corporib[us] res que debent restaurari per simi le: et non est contra Gale. vt sit vna causa sensus istius mem bri quod membra quando ca rent nutrimento: trahūt ab epa te: et epar ab ore stomaci: [et] tunc fit desiderium in os stomaci: et nititur restaurare illō quod dis solutum est ab eo et alijs mem bris. Et motus attractionis in stomaco per modū appetitus [et] sensus est contrarius motui at tractionis qui fit per modū nu trimenti solum: quod est quia il le qui fit per modum nutrimen ti est attractio oris stomachi ab epate. Sed attractio a qua pro uenit motus desiderij in stoma co est attractio epatis ab ore sto maci. Et nos nō sum[us] locuti de hoc: nisi quia vnicuiq[ue] mēbro necesse est vt restauretur per si mile: quod ab eo dissoluitur: et tamen nullum ex alijs mēbris sentit euacuationem rei que dis soluitur ab eo: et si ita est nullū membrum sentit euacuatione[m] hanc nisi per hoc membru[m]. Et est eorum seruiens in hoc. Aut potest dici quod dissolutio que fit in ipso quasi colligata disso lutioni aliorum membrorum in eo quod est membrum eo rum: et ipsa habent trahere ab eo. Sed propterea quia fortifi catur desiderium huius mem bri quando dissoluūtur a mem bris humores: et debilitatur quando non dissoluuntur: ap paret quod hoc sit: propter ea quia inter ipsum et alia membra fit similitudo et so cietas substantialiter; et non

per accidens. Et est hoc membrum quasi sit species omnium membrorum: qua ipsa debent sentire hanc resolutionem. Sicut nos videm⁹ ꝙ membra sentiunt per neruū etiam in locis que non sunt neruosa: ꝛ sicut discernit lingua cibos conuenientes ab inconuenientib⁹ toti corpori. Et propterea quia sensus istius membri et desideriū isti⁹ est substantie calide ꝛ sicce: sicut est cibus: vel frigide et hu. sicut est aqua: fuit necessarium vt venirent accidentia istis duabus speciebus: et iam dixim⁹ causas corruptionis et diminutiōis appetitus calidi et sicci. Sed causa corruptionis appetitus frigi. et hu. fit propter hanc complexionem in eo exuberantem: ꝓpterea dicūt medici ꝙ corruptio appetitus cibi fit per calidum ꝛ siccum superfluens in membro. Et corruptio appetitus potus est ꝑ frigidum ꝛ humidū exuberans in ipso: et vniuersaliter hoc non fit nisi propter malam complexionem frigidam ꝛ hu. aut frigidam soluz: quia difficile est imaginari quod hoc fiat ꝓpter malam complexionem ca. ꝛ sic. Salno quod opinatur quod ab hoc etiā venire possit in fine febriū ardentium quando appropinquantur morti. Sed corruptio istius operationis aut eius exitus a cursu naturali fit propter qualitatem aut quantitatez. Et quod fit propter quantitatem sicut appetitus augmentatus comedendi multum: est ꝓpter vnā duarum rerum. Aut propterea quia corpus est nimis dissolutum sicut in conualescentibus qui habent fortiorem appetituz digestione. Aut ꝓpter frigiditatem multam oris stomaci: quod est: quia iste operationes ẜm ꝙ dictum est a medicis iuuantur ꝛ complentur frigiditate temperata: ꝛ quando fortificatur tñ nō sit vltima: quia tunc quidam appetitus falsus fit. Et aliquando accidit vt hec mala cōplexio sit non materialis: et aliquādo est materialis sicut propter hu. acetosum aut melencoliam. Et qꝺ fit propter malam complexionē materialem dicitur caninus appetitus. Sed causa superfluitatis appetitus frigida et humida est de necessitate propter malam complexionem ca. et sic. materialem vel non materialem: Et materialis que facit hoc accidens in hoc membro est colera aut flegma salsum. Et hec mala complexio que fit in hoc mēbro aliquando est primo proprie in eo: et aliquando propter communitatem alterius membri: sicut est epar ꝛ pulmo ꝛ alia sicut diximus superius quod sensus membrorum propter dissolutionem calidi et sicci ab eis causa est attractionis eorum: eodem modo accidit in appetitu frigidi et humidi. Et debes scire quod aliquando eueniunt mala accidentia virtuti expulsiue aut attractiue propter priuationem sensus membri: quod est: quia virtus non expellit pro maiori parte nisi quando sentit rem ipsam ledentem sicut accidit intestinis: quia quādo diminuitur aut priuatur eorum sensibilitas accidit eis vna species colerice alias colice. ꝛ similiter quando diminuitur aut priuatur sensibilitas oris stoma et priuatur virtus attractiua q̄ est in stomaco.

Margin notes: Cor[...]rio [...]ap[...]t⁹. — Cā superfluitas appetit⁹.

¶ Cap. xxiiij. Quod est de accidentibus supervenientibus virtuti motiue voluntarie.

ET postq̄ sumus locuti de accidentibus q̄ adueniunt sensui tactus. Deinceps narrandū est de his que accidūt motui voluntario: ꝓpterea quia vt plus qn̄ vnus corrumpitur ⁊ alter corrumpitur excepto qn̄ accidens est vniuersale toti corpori. Sed qn̄ est particulare in vno mēbro possibile est vt stupefiāt aut priuentur ambo simul: et possibile est vt priuetur vnus ⁊ alter remaneat. Et hec est sententia Gal. ⁊ hoc conuenit cum eo qđ dictum est in causa sensus ⁊ motus: qđ est quia calor cū quo fit sensus non est idem cū eo cum quo fit motus: ⁊ diuersitas que est ī eis non est nisi mensura temperantie in vnoquoq; ipsorum calorū propria his duabus operationibus. Et propterea fuit necessarium vt sit complexio neruorum motus alia a complexione neruorum sensus: ꝓpterea quia ipsi nerui habent temperatum calorem: cum quo fiunt iste operationes: et ꝓpterea priuatur sensus quando inciditur neruus sensus: ⁊ remanet motus: ⁊ qn̄ inciditur neruus motus aut percutitur priuatur motus ⁊ remanet sensus: et qn̄ inciduntur ambo aut percutiuntur priuantur ambe operationes. Et qn̄ aduenit hoc accidens toti corpori fit apoplexia et quando accidit vni membro fit tunc paralisis. Et tu scis per teipsum omnia accidentia ex accidentibus accidentium supra membra motus per ea que precesserunt: et sic accidit quando priuatur virtus nerui vocis: quia tunc priuatur vox. Et quādo priuatur virtus dyafragmatis suffocatur homo vniuersaliter in omnibus alijs motibus voluntarijs: sicut accidit in motu musculi vesice aut in musculo ani. quia tūc egrediuntur superfluitates humide et sicce sine voluntate. Et propterea quia tu scis ab alio loco loca nerui et colligantiam quam habent cū quolibet membro tu poteris cognoscere qn̄ fuerit lesa opatio alicuius mēbri p quē neruū fuerit lesa. Et accn̄tia q̄ veniūt instrumētis motus sunt tribus modis similiter: aut vt priuentur eorum operationes sicut in apoplexia aut paralisi: aut vt diminuantur sicut in stupore et dormitione: aut vt operationes permutentur ad malas sicut in tremore aut spasmo. Et nos volumus dare causas vniuscuiusq;. Et dicimus quod cause diminutionis motus aut corruptionis ipsius sunt ille eedem cause cum causis corruptionis sensus. Et debes hoc similiter scire quod dictum est superius de communicatione cordis: et similiter qđ dictum est in speciebus male cōplexionis que facit hoc accidēs sic debet hic intelligi. Et scias quod tremor est motus compositus qui fit in membro: eo quod virtus animalis motiua pugnat cum virtute declinatiua que est in membro trahente membrum ad se: ꝓpterea fit in his motus contrarius: aliquando superius quando fortificatur virtus motiua: et aliquando inferius quā do fortificatur virtus declinatiua. Et causa istius accidentis est vna ex speciebus male complexionis: et vt plus accidit pro

Gal.

pter malam complexionem frigidam et humidam: quia neruus nō debet ledi nisi per istas vt plurimum. Et spasmus qui dicitur in arabico tasueg est con tractio nerui in se et decurtatio sue longitudinis: propterea qđ contrahitur et colligitur. Et illud accidens aduenit membro propter duas res sicut accidit in rebus extrinsecis et in chordis et in similibus: et iste due res sunt aut mala complexio ca lida dominans supra membrū propter quam colligitur et contrahitur sicut chorda in magno estu: aut mala complexio humi. materialis que implet neruum et distendit ipsum: et propterea crescit latitudo: et diminuitur longitudo secundum proportio nem extensionis latitudinis ne cessario. Et ista repletio ⁊ disten sio que fiunt in membro fiunt ꝓ pterea quod illa humiditas cōuertitur in substantiam aeream et ob hoc neruus laboriose eam continet: sicut nos videmus in vtre vini bullientis: et accidit propterea quia partes aeree indigent maiori capacitate partibus aqueis aut terrestribus: et ob hoc quando res humide cōuertuntur ad siccitatem: tunc nerui colligantur et contrahun tur sicut accidit corrigiis que ca lefiunt ad ignem: et quando cō uertuntur ad aereitatem: augmentatur eorum quantitas. Et scias quod hec est indigentia necessaria propter superfluā humiditatē que accidit in neruo ad hoc vt extendatur et crescat secundum omnes dimensio nes: non vt contrahatur aut colligatur. Et vtinam ego scirem quare extenduntur in latitudinem et non in longitudinem. Saluo quia potest dici qđ extensiones que fiunt in latitudine vincunt quando fit collectio extensionum que fiunt in longitudine: et propterea contrahitur neruus de necessitate. Et Gale. non sentit in hoc nisi contractionem que est decremē tum descendens versus terram: et pluries appellat ipsum distē sionem et maxime contractionem que continet corpus ante et retro. Et plures medici inten dunt quod extensio sit opposita contractioni. Sed hoc non acci deret nisi propter humiditatem solum et fieret longitudo: sed illis cadet idem dubium quod accidit in distensione que fit in latitudine siue in longitudine que est secundum Galenum cau sa contractionis humide. Et scias quod verba medicorum in hoc accidēte vniuersaliter sunt propinquiora vt sint verba mu sicorum quam vt sint demōstra tiua. Et si deo placuerit ego faciam vnum ex hoc solum tracta tum qui sequetur viam demonstrationis: et poterunt intelligi ab illo res nobiliores quā hec. Sed quando fit hec contractio nascitur bellum inter duos motus: vt inter motum virtutis motiue: et motum contractionis: et aliquando fit in neruo vna species contractionis que non accidit propter dominatio nem caliditatis nec siccitatis nec propter humorem aereum qui distendat: immo est propter fortitudinem virtutis expulsi ue que est in neruo ad resistendum rei ledenti: et tunc colligitur in seipso ⁊ contrahitur, vt for tificetur super rem quam expel

Gal.

Gal.

lere intendit: sicut faciunt animalia que volunt se mouere ad cursum vel ad saltum: in primis colligunt et contrahunt omnia membra et postea complent eorum voluntatem. Et hec species cõtractionis est velocis curationis nec debet attribui egritudini et dicitur expandidatio.

¶ Capitulum. xxxiiij. Quod est de sapore ꝛ odore in generali.



Uiusqꝫ declarauimus accidẽtia q̃ fiunt super sensum tactus. Deinceps volumus loqui d̃ accidentibꝰ superueniẽtibus sensui gustus. Et primo dicemus de saporibꝰ et postea de odore. Et dicimus propterea quod elementum nõ habet odorem nec saporeꝫ eo ꝙ ista duo non sunt nisi in composito et corpus vegetabile et animale declinat ad calorem et humiditatem: necessarium fuit qđ sapor naturaliter declinaret ad has duas qualitates: quia sapor fit per admixtionem substã tie sicce cum humida: quando coquũtur per calorem decoctione determinata. Et propterea diuersantur species saporum secundum diuersitatem quantitatis huius decoctionis propterea temperata est calida et humida et facit saporem dulcem: ꝛ distemperata est calida et sicca et facit saporem amarum: et ista duo sunt elementa saporum secundum nos: sicut album et nigrum sunt elementa colorꝝ. Sꝫ media que sunt inter ea secundum remissionem vel crementũ decoctionis: quia propinquius dulci est vnctuosus: ꝛ ꝓpinquiꝰ amaro est salsus: et inter istos sunt acutus stipticus et acetosus. Sed quia odores sunt ex radice vaporum fumosorum: ꝛ ab hac parte est aer suum subiectũ si fuerint dominantes super ipsos caliditas et siccitas: propter ea inuenies multas res quaruꝫ odor non manifestatur nisi quã do calefiunt ab igne sicut lignũ aloes et similia. Et alie res sunt que indigent fricatiõe manus. Et tunc dant earum odores propter caliditatem fricationis manus. Et propterea videtur quod homo sit aptior ad discernendũ indiuidua odorabilium ceteris alijs animalibus quamuis quedam animalia habeant fortiorẽ sensum odoratus a remotis.

¶ Cap. xxxv. Quod est de sensu gustus et de accidentibus ei superuenientibus.



Einceps volumꝰ dicere de sensu gustus. Iste sensus non indiget medio extriseco: quẽadmodum indigent tres alij: propterea quia est quidam tactus et sentit propter humiditatem que est in ore. Et propterea facte fuerunt due vene in lingua vt continue generent hanc humiditatem: ꝛ quãdo corrumpitur hec humiditas in ore sicut in infirmis non possunt tunc sapores veraciter cõprehendi. Deinceps volumus dicere accidentia que veniunt huic sensui. Et dicimus quod

accidunt illis trib⁹ modis quibus accidunt alijs: hoc est quia aut corrumpitur iste sensus aut diminuitur aut conuertitur ad malũ sensum. Corruptio fit propter vnaz ex speciebus male cõplexionis in eodem instrumento istius sensus: et istud est in lingua aut membro communicante cum eo: sicut in cerebro ꝛ neruo misso a cerebro eidez. Et diminutio fit propter easdem causas quãdo sunt debiles. Sz accidens quod facit ipsum sentire malo sensu fit duobus modis: aut quia sentit aliquem saporem non discernẽdo quis sapor sit: aut quia sentit saporem cõtrarium ei: sicut si sentiat dulce illud quod est amarum: et sic de alijs. Sed si sentit aliquẽ saporem nullo saporato pñte: hoc fit propter malam complexionẽ materialẽ: qḋ est qꝛ nos videmus qꝛ sentit saporem illi⁹ humiditatis: ita ꝙ si sit colera sentit amaritudinem: ꝛ si sit acetositas sentit acetositatem: ꝛ si est dulcis dulcorem. Et quãdo fortificatur hec mala cõplexio tũc sentit omnia secundum illum saporem: et iam declaratum est in naturali phia: quod omnia instrumenta sensuum sunt vacua a sensibilitate suarum apprehensionum: quia si ita non esset ipsa non apprehenderent eas: quod est: quia si pars visibilis oculi esset colorata nõ reciperet omnes colores: qꝛ in reb⁹ naturalibus recipiens non recipit suum simile: sicut dicem⁹: et sicut est in isto sensu similiter est in alijs. Et propterea quando aduenit ei hoc accidens sentit omnes sapores sicut vnum. Et aliquando accidit quando iste sapor non erit multum fortis vt sentiat sapores quasi tẽperatos propter hunc malum saporem quem habet: ꝛ hoc idẽ accidit etiaz propter res extrinsecas sicut accidit comedẽti res amaras: et postea bibit aquam et tunc sentit eam quasi dulcẽ.

¶ Capitulum .xxxvj. Quod est de sensu odoratus et de accidẽtibus ei superuenientibus.



Iste sensus recipit res odorabiles p medium aerem: et in multis animalibus reperitur fortior ꝙ in homine sicut in aquilis: apibus ꝛ similibus: et propinqua sunt in diuidua odorabilia īdiuiduis saporibus. Saluo qḋ nos non comprehendimus ita bene differentias odorum sicut differentias saporꝝ: qḋ est: qꝛ iste sensus debilior est in nobis et gustus est fortior: quia est quidam tactus et sensus tactus est fortior in homine quam in ceteris animalibus: quẽadmodum quidã aliorum sensuum sunt fortiores in aliquibus aliorum animalium. Sed operatio aeris in sensu odoratus est per hunc modũ quia aer fert illud quod resoluitur ex substantia aerea ex rebus habentibus odorem per similitudinem quam habet cum eo quousqꝫ perducit ipsum ad sensum per se et per adiutoriũ partis ignee. Et iste sensus inuenitur etiam in animalibus carentibus sanguine sicut in formicis et apibus: ꝛ illis que degunt in aqua. Et diuersificatur homo ab alijs aīalibus in hoc

De sensu odorat⁹.

quia homo non potest odorare nisi cū olfatione: sed multa alia animalia odorant sine olfatiōe sicut aīalia q̄ carent sanguine. Sed quomodo trāsiet odor per medium aerē aut ignem nūc di cere volumus. Et dicimus qđ q2 preparatio est in aere vt acci piat vaporosum odorabile vel odorosum: et etiam vaporē qui fit in aqua propter naturā: quā habent elementa: vt vnum ab alio recipiat vapores qui gene rātur in eis propter similitudi nem que est in eis: ergo fit per hūc modū q2 terra mittit vapo rem suum aque: et aqua recipit ipsū propter similitudinē quā habet cum terra in frigiditate: et humectatur in aqua: ⁊ aqua mittit vaporē suum humidum aeri: ⁊ aer recipit ipsum propter similitudinē quā habet cū ea in humiditate: ⁊ aer mittit igni ꝓpter similitudinem quam ha bet cū aere: ⁊ ignis recipit ipm: et ꝑ hūc modū dissolutū al'. dis solutionis: peruenit ad nostros sensus. ¶ Propterea dicendum est ꝙ sensus visus est appropria tus aq̄: et odoratus parti ignee fumose: ⁊ auditus aeri. Et pro pterea fuit maior pars odorabi lium sanatio egritudinum fri gidarum cerebri: de odore vero rerum frigidarū hic tractare vo lumus. Et deinceps volum⁹ di cere ꝙ accidētia huic sensui ve niētia sunt sicut aliorum: q2 aut corrumpunt aut diminuuntur aut permutant. Et corruptio fit propter vnam duarum rerum aut propter dominationem ma le cōplexionis: aut propter opi lationem factam in instrumen to hoc. Et diminutio fit quan do iste cause sunt debiles. Et permutatio fit quando accidit suo instrumento mala putrefa ctio: ⁊ tunc sentit oēs res odora tas fetidas.

¶ Capitulum. xxxvij. Quod est de sensu auditus de ei concurrē tibus.



Son⁹ fit propter iactationem cor porum solidorū ⁊ q̄nto illa iacta tio erit fortior: tā to erit sonus for tior ⁊ acutior: ⁊ ꝓdest ad sonū faciendum forma instrumento rum recipientiū vt sint conca ua aut perforata aut rara: ⁊ ap prehendit iste sensus mediante aere aut aqua. Item dicitur qđ sonus est pulsatio aeris refracti in talib⁹ instrumentis. Et sicut aer ducit colorē ad instrumētū visus propter peruietatem cor poris: sic adducit sonum ad au ditum propter velocitatē rece ptionis motus istius rei: q2 aer recipit ipsū velociter et forma tur ī ipo et remanet hec ipressio motus. Et iā postq̄ꝫ separat⁹ est motor et similiter forma que fit ab illo et similiter remanet in aere sonus tempore sufficienti donec possit venire ad aurem: propterea quia sonus est mot⁹ vel a motu: ⁊ omnis motus est in tempore: ⁊ hoc est contrariū rei visus. Et propterea audim⁹ tonitrua post visionē corrusca tionis: ⁊ videt homo ictum lo tricis vltra aquam anteq̄ꝫ au diat sonum: q̄uis causa ambo rum sit eadem. Et hec est causa quare audiuimus vltra murū: et non videmus vltra murū. Et etiā figura instrumentorum est causa istius: ⁊ quelibet iactatio aut pulsatio facit reuerberatio

nem: et hoc propter accidit vt homo audiat suam propriã vocem. Et vox fit per instrumenta anhelitus. Et propterea nõ potest homo facere vocem et anhelare simul: qꝛ tussis nec vox nõ fit nisi ꝓpter aliquaꝫ imaginationẽ. Et instrumentum cũ quo operatur sensus audit⁹ est aer recept⁹ in aure: ⁊ secundum qꝺ aer est ꝗtior ⁊ subtilior: est operatio eius perfectior: ⁊ similiter est in odore. Et hec opatio priuatur propter malã complexionem: aut propter oppilationeꝫ factam in instrumentis istius sensus hoc est i aure. Et ab his eisdem causis fit diminutio qñ sunt debiles. Sed auditus fantasticuꝫ fit propter vnam duaꝝ rerum: aut ꝓpter acumen auditus quod est in instrumento auditus: quia sentit etiam paruũ motum qui fit in aure: aut propter ventositatem que fit in ipo extra naturam.

¶ Capitulum. xxxviij. Quod est de sensu visus et de ei accidentibus.



Proprietas visus est quia recipit colores non de nudatos a materia: et ꝓpterea habet conuenientiã ꝓpriam cum materia: et propter illam conuenientiam est factũ proprium abstractum a ratiõe et ab intellectu: ⁊ si non esset sic ipse intellectus esset. Et hec receptio fit mediantibus aere vel aqua. Et ista duo elemẽta sunt quasi media inter materialia et formalia: et propterea sunt dominantia super hoc instrumento aqua et aer: Ꝙuis hic cadat aliquid dubij: quia iam dictum est quod ignis est veracius medium quod est inter formam et materiam: et hanc solutionẽ volumus relinquere alteri tempori. Et adductio coloris quaꝫ facit aer ad visum fit per corpus peruium cum adiutorio lucis. Et si tu quesieris qꝺ sit lux. Respondeo quod est illud in quo fit vmbra ex corpore grosso. Et scias quod sensus visus recipit formas rerum in hunc moduꝫ: quia aer mediante lumine recipit formas rerũ prio: ⁊ postea mittit ad tunicam inferioreꝫ: ⁊ illa dat alijs quousqꝫ hic mot⁹ peruenit ad tunicã postremaꝫ: post quã stat sensus cõis q̃ apprehendit formas rerum. Et in medio istarũ est tunica glacialis q̃ est sicut speculũ media inter naturã aeris ⁊ aq̃: ⁊ ꝓpterea recipit figuraꝫ aeris: qꝛ est sicut speculuꝫ ⁊ mittit eas aq̃: qꝛ sua natura cõmunicat istis duab⁹ naturis: ⁊ aqua quã dicit Arist. ꝙ stat post humiditateꝫ glacialẽ est illa quaꝫ appellat Ga. vitream. Et in hac recipit sensus cõis formã: et qñ ipsam recipit mittit ipsaꝫ ymaginatiue: ⁊ ibi recipitur spũali receptione. Et ꝓpterea dr̃ ꝙ forma recepta hꝫ tres gradus: primus est corporeus: secũdus spiritualis q̃ est in sensu cõmuni: tertius grad⁹ est spiritualior qui est ymaginatiua: ⁊ ab isto gradu ꝺuenit ad alios gradus altiores et nobiliores. Et qui argumentantur a lineis radiosis que exeunt ab oculo et vadunt vsqꝫ ad rem visam. Dico quod inuentio taliũ linearum non habet intentionem secundum sensum: sed secundum intellectum vt intelligatur quasi vt exeant ab oculo.

Arist.

Gal.

Sed vere videre & quod accidit ab eo no completur nisi per intentionem harum linearum in figura noua et figura noua est verax: et propterea subiectũ harũ dimensionũ est corpus peruium quod est: quia hoc corpus a sua natura habet recipere lumẽ & colorem tali receptiõe. Et qui stare vult super hoc legat se cundum librum de sensu & sensato. Et scias quod visus hoc modo recipit colorem: quia aer recipit ipm primo: & postea transmittit ipm visui: eo quod est corpus peruiũ luminabile: & quod hoc sit veruz quod aer ipm recipiat est: quia videmus nebulas raras vltra quas sol ptransit quia tunc corpora que supponuntur istis nebulis colorantur suo colore. Deinceps volumus dicere de accidẽtibus que superueniunt sensui visus que fiunt tribus modis: nam aut priuatur hec opa tio: & dicitur cecitas: aut debilitatur: & dicitur offuscatio: aut permutatur in malũ visum nõ bene apprehendentem. Et hoc accidit propter aliquod corporuz que sunt ordinata ad hanc apprehensionem vel plura. Et iaz tu scis ex quot rebus compositum est instrumentũ istius sensus. Et propterea volumus dicere causas istorum accidentium per hunc modum. Et dicimus quod cause cecitatis sunt multe: quia aliquando accidit propter opilationem que fit in neruo per quem transit spiritus visibilis a cerebro ad oculos: & non est impossibile hoc accidere propter malam complexionem factam in ipso spiritu: quia tu pluries scinisti quod membra non habẽt agere nec pati nisi propter complexionem conuenientem illis in quantitate et qualitate. Sed malitia complexionis aut est frigida aut calida & si est frigida tũc ingrossat spiritum taliter quod instrumentum visus nõ potest recipere ab eo: aut si est calida tunc subtiliantur spiritus & spargunt ita quod forme non possunt figi in eo. Item prouenit hoc a passione humoris glacialis vel tele aranee vel ab ambobus quando obscuratur eorum claritas propter multas causas que hoc facere possunt: quia tunc conuenienter colores nõ possunt figi in eis. Item potest accidere propter decursum aque in humiditatem albugineam taliter vt obscuretur claritas: et etiam accidit quando vulneratur cornea et tunc egreditur vuea: et hoc fit sicut granuz vel scabies que nascitur in oculo. Item potest accidere quãdo fluit humor albugineus. Item accidit propter vngulam que nascitur in coniunctiua quando cooperit totum foramen vuee: et maiora et peiora accidentia per que peruenit cecitas sunt mala apostemata que fiũt in totalitate oculi: ita quod aperiuntur omnes partes oculi aut plurie & effluit oculus: aut fiunt fistule que rodunt ipsius tunicas. Et nunc dicamus de causis debilitatis ipsius visus. Et dicimus quod cause debilitatis et diminutionis visus sunt diuerse: propterea quia accidit debilitas visus hominibus multis modis: quia quidaz sunt qui vident a remotis et non vident a propinquis et quidam sunt qui vident ecõtra: & quidam sunt qui debiliter vident et longe et prope: sz isto

Accidẽtia mala.

rum qui habent debilem a pro-
pinquo habebunt debiliorem
in remoto: ⁊ species est opposi-
ta optimo visui: quia optimus
visus non est nisi quando vide
mus i remotis ⁊ propinquo de-
bito modo. Sz vniversaliter nō
dicitur quod virtus visibilis sit
fortis nisi quando videt remo-
tas res: sicut dicit qd turtur ha-
bet oculos similes colori rubini
⁊ videt multum longe: ⁊ dicitur
quod habet fortem visum: ⁊ hoc
accidit ei propter claritatem in
strumenti ⁊ bonitatem virtutis
⁊ subtilitatem sensus sicut vide
mus in vulture et multis aliis
volucribus: quod est: quia dici-
tur quod eo existente in dama-
sco videbat carnes morticinas
babilonie: quia sicut dictum est
superius: quod in hoc sensu sunt
plura animalia fortiora homi-
ne: ⁊ maxime quedam volucres:
⁊ similiter in instrumētis visus
⁊ auditus sunt fortiora. ¶ Et post
quam nos diximus quod debi-
litas virtutis que est opposita
optimo visui fit propter debili-
tatem virtutis istius sensus aut
fit propter claritatem instrumē-
ti. ergo optimus visus fit propter
bonitatem omnium istorum. Et
aliquando debilitas ista est na
turalis: ⁊ aliquando est acciden
talis: ⁊ naturalis est ꝑpter emi-
nentiam nimiam: quia tunc de
bilitatur visus propter multitu
dinem aeris: et multum lumen
quod colligit. Item debilitatur
quādo dilatatur foramen vuee
propterea quia aer dominatur
super complexione oculi et ip-
sam permutat. Et largitas istius
foraminis fit aut propter corru
gationem que fit in vuea ver-
sus circūferentiam propter sicci
tatem aut propter multam hu-
miditatem fluentem illuc ad ip
sum dilatantem. Et aliquando
fiūt he debilitates propter stri-
cturam illius foraminis. Et stri
ctura eidem accidet aliquando
quādo paraliticatur vuea: quia
ipsa paraliticatur aut per mul-
tam humiditatem ipsius: aut
propter defectum albuginei: q̄z
ob illius causam paraliticatur
⁊ cadent partes ipsius sup par-
tes. Et est dictum quod si strictu
ra istius foraminis sit natura-
lis ipsa est laudabilis. Et aliqñ
do fit debilitas visus ꝑpter pas
siones palpebrarū oculorum: si
cut diximus in aliis nostris vo
luminibus: ⁊ dicit glosa sicut di
ximus spicatores: ⁊ collectores
etiam ipsam numerauerunt: et
hoc fit propter malam comple-
xionem materialē. Et tu debes
dicere vniversaliter: quoniam
cause debilitatis visus sunt si-
cut medietas causarum cecita-
tis. Et illi qui vidēt res propin
quas et bona visione ⁊ res non
vident a remotis: visus ille non
est adeo bonus vt est visus eo-
rum qui vident propinqua et
remota bona visione. Et est di-
cendum quod debilitas visus
istorum est media inter visum
debilem penitus. Et inter illos
qui habent bonum visum peni
tus: ideo quia impossibile est es
se visionem rerum propinqua-
rum ⁊ remotarum equalem nec
in debili in fine, nec in bona in
fine. Aut possumus dicere quod
sane visiones non habent ex-
cessum super alias nisi in visio-
ne remotarum rerum quod est:
quia res proprinque videntur
a debilibus ⁊ fortibus secundū
vnum modum: quia sine dubio

Sed vere videre ⁊ quod accidit ab eo no completur nisi per intentionem harum linearum in figura noua et figura noua est verax: et propterea subiectũ harũ dimensionũ est corpus peruium quod est: quia hoc corp⁹ a sua natura habet recipere lumẽ ⁊ colorem tali receptiõe. Et qui stare vult super hoc legat secundum librum de sensu ⁊ sensato. Et scias ꝙ visus hoc modo recipit colorem: quia aer recipit ipm primo: ⁊ postea transmittit ipm visui: eo ꝙ est corp⁹ peruiũ luminabile: ⁊ quod hoc sit veruȝ quod aer ipm recipiat est: q: videmus nebulas raras vltra quas sol ꝑtransit q: tunc corpora que supponuntur istis nebulis colorantur suo colore.

Accidẽtia mala.

Deinceps volumus dicere de accidẽtibus que superueniunt sensui visus que fiunt trib⁹ modis: nam aut priuatur hec opatio: ⁊ dr̃ cecitas: aut debilitat: ⁊ dicit offuscatio: aut permutat in malũ visum nõ bene apprehendentem. Et hoc accidit propter aliquod corporuȝ que sunt ordinata ad hanc apprehensionem vel plura. Et iaȝ tu scis ex quot rebus compositum est instrumentũ istius sensus. Et ꝓpterea volumus dicere causas istorum accidentium per hunc modum. Et dicimus quod cause cecitatis sunt multe: quia aliquando accidit propter opilationem que fit in neruo ꝑ quem transit spiritus visibilis a cerebro ad oculos: ⁊ non est impossibile hoc accidere propter malam complexionem factam in ipso spiritu: quia tu pluries scinisti quod membra non habẽt agere nec pati nisi ꝓpter complexionem conuenientem illis in q̃titate et qualitate. Sed malitia complexionis aut est frigida aut calida ⁊ si est frigida tũc ingrossat spiritum taliter quod instrumentum visus nõ potest recipere ab eo: aut si est calida tunc subtiliantur spirit⁹ ⁊ spargunt ita quod forme non possunt figi in eo. Item prouenit hoc a passione humoris glacialis vel tele aranee vel ab ambobus quando obscuratur eorum claritas propter multas causas que hoc facere possunt: q: tunc conuenienter colores nõ possunt figi in eis. Item potest accidere propter decursum aque in humiditatem albugineam taliter vt obscuretur claritas: et etiam accidit quando vulneratur cornea et tunc egreditur vuea: et hoc fit sicut granuȝ vel scabies que nascitur in oculo. Item potest accidere quãdo fluit humor albugineus. Item accidit propter vngulam que nascitur in coniunctiua quando cooperit totum foramen vuee: et maiora et peiora accidentia per que ꝓuenit cecitas sunt mala apostemata que fiũt in totalitate oculi: ita quod aperiuntur omnes partes oculi aut plurie ⁊ effluit oculus: aut fiunt fistule que rodunt ipsius tunicas. Et nunc dicamus de causis debilitatis ipsius visus. Et dicimus quod cause debilitatis et diminutionis visus sunt diuerse: ꝓpterea quia accidit debilitas visus hominibus multis modis: quia quidaȝ sunt qui vident a remotis et non vident a propinquis et quidam sunt qui vident ecõtra: ⁊ quidam sunt qui debiliter vident et longe et prope: sȝ isto

rum qui habent debilem a propinquo habebunt debiliorem in remoto: et species est opposita optimo visui: quia optimus visus non est nisi quando videmus i remotis et propinquo debito modo. Sz vniuersaliter nõ dicitur quod virtus visibilis sit fortis nisi quando videt remotas res: sicut dicit qd turtur habet oculos similes colori rubini et videt multum longe: et dicitur quod habet fortem visum: et hoc accidit ei propter claritatem instrumenti et bonitatem virtutis et subtilitatem sensus sicut videmus in vulture et multis aliis volucribus: quod est: quia dicitur quod eo existente in damasco videbat carnes morticinas babilonie: quia sicut dictum est superius: quod in hoc sensu sunt plura animalia fortiora homine: et maxime quedaz volucres: et similiter in instrumẽtis visus et auditus sunt fortiora. ¶ Et postquam nos diximus quod debilitas virtutis que est opposita optimo visui fit propter debilitatem virtutis istius sensus aut fit propter claritatem instrumẽti. ergo optimus visus fit propter bonitatem omniuz istorum. Et aliquando debilitas ista est naturalis: et aliquando est accidentalis: et naturalis est ppter eminentiam nimiam: quia tunc debilitatur visus propter multitudinem aeris: et multum lumen quod colligit. Item debilitatur quãdo dilatatur foramen vuee propterea quia aer dominatur super complexione oculi et ipsam permutat. Et largitas istius foraminis fit aut propter corrugationem que fit in vuea versus circũferentiam propter siccitatem aut propter multam humiditatem fluentem illuc ad ipsum dilatantem. Et aliquando fiũt he debilitates propter stricturam illius foraminis. Et strictura eidem accidet aliquando quãdo paraliticatur vuea: quia ipsa paraliticatur aut per multam humiditatem ipsius: aut propter defectum albuginei: qz ob illius causam paraliticatur et cadent partes ipsius sup partes. Et est dictuz quod si strictura istius foraminis sit naturalis ipsa est laudabilis. Et aliqñdo fit debilitas visus ppter passiones palpebrarũ oculorum: sicut diximus in aliis nostris voluminibus: et dicit glosa sicut diximus spicatores: et collectores etiam ipsam numerauerunt: et hoc fit propter malam complexionem materialẽ. Et tu debes dicere vniuersaliter: quoniam cause debilitatis visus sunt sicut medietas causarum cecitatis. Et illi qui vidẽt res propinquas et bona visione et res non vident a remotis: visus ille non est adeo bonus vt est visus eorum qui vident propinqua et remota bona visione. Et est dicendum quod debilitas visus istorum est media inter visum debilem penitus. Et inter illos qui habent bonum visum penitus: ideo quia impossibile est esse visionem rerum propinquarum et remotarum equalem nec in debili in fine, nec in bona in fine. Aut possumus dicere quod sane visiones non habent excessum super alias nisi in visione remotarum rerum quod est: quia res propinque videntur a debilibus et fortibus secundũ vnum modum: quia sine dubio

nos videmus res propinquas sicut vident aquile: quia aquile non habent excessuz super nos in visu nisi in rebus remotis: et sicut hec resinuenitur in specie ita in individuis. Et cause in illis qui vident a remotis et non vident a prope est debilitas instrumentorum ipsorum. Et propterea quia res visibiles non vi dentur: nisi mediante aere lucido: indiguerunt debiles oculi pluri luce oculis fortibus: et quando visibile est remotum ab oculis: lux que est inter ipsum et oculum est in maiori quantitate. Item quando res visibilis erit remota erit motus quem facit visui debilior: et propterea ocul⁹ debilis poterit meliusrecipere. Sed quando visibile esset propinquum oculus debilis pati non posset. Et quidam dicunt quod hoc accidens fit propter grossiciem spiritus visibilis: qz quando erit longa dimensio inter oculum et visibile: tunt subtiliabitur spiritus in aere: et erit aptior receptio impressionis visibilis facte in aere. Et quãuis hoc verbum sit deauratum vel declaratum ipsum declinat opinioni illorum qui dñt quod radiusvisus defertur ab oculo ad rem visam: et illa opinio reprobata est: et nos etiam reprobabimus. Et quia colores nõ apparent nisi mediante aere lucido: ideo pupilla non potest videre res que superponuntur ei: propterea quia apprehẽsio isti⁹ sensus non fit nisi mediante aere. Et sic debes videre quod debilis visus non comprehendit bene res visibiles ꝑ pinquas. Et qui vident bene propinquũ et non vident remotum: eorum oculi indigent forti motu: et hoc maxime accidit illis qui habẽt oculos eminentes: et quia oculi istorum sunt promittentes eorũ visus est debilis et sparsus: vnde indigent forti motu propinquo: et propterea qui habẽt oculos profundos remotius vidẽt: quia spiritus visibilis in eis est magis aggregatus: et virtus visibilis tunc est fortior: et etiam lux in maiori quantitate recipitur sicut accidit in riuis strictis currentibus: et propter hoc stringit sagitator oculum quando vult recte emittere sagittam. et carpentarius: vt rectius videat lineam: et propter hanc debilitatem accidit decrepitis vt nõ possint legere subtiles literas nisi in sole: et vidẽt res remotas et nõ propinquas: et apparet vt veniat hec debilitas in visu propter malam complexionem siccam accidentalem et non naturalẽ: aut propter humiditatem tenebrosam. propterea quia siccitas sicut dictum est difficile patitur et hec egritudo est quasi obscuritas oculorũ: propterea quia iste patiens videt in die et non in nocte: quia ei nõ sufficit lux lune: et candelarum: et hoc prouenit a tenebrositate aut duritie receptionis. Iste cause sunt quede necessitate possunt dici super ista accidentia secundum naturalem philosophiam. Sed cause quas dant medici in istis accidentibus sunt fundate supra fundamenta corrupta: quia tu scis qꝺ non est in oculo aliquod corp⁹ ꝺ quo possit aut possibile sit opinari: vt extra ipsum mittatur sicut opinati sunt illi qui vocabãtur de societate assahel saat. Et Gal. Gal. tenet eorum viam: quia nõ

est aliquid i oculo nisi calor naturalis qui aduenit ei a cerebro p duos neruos perforatos: nec calor pōt separari a corpei momēto et remanēte calore intrinseco ipso et homine viuente. Et impossibilis est vt extēdatur vsq ad stellas: quia antequam veniret illuc esset corrupta sua cōplexio: ꝛ esset priuata sua forma specifica in eo quod est causa intrinsecus. Nec etiā in eo est corpus celeste: nec igneum habēs splendorem: vel quod sit splendidū quod illuminet ipsum per naturam. Sed plendor est primū apparens per se: ꝛ impossibile est vt sit recipiēs aliquid ꝺ natura suscepti inquātum vnū est recipiens ꝛ aliud receptum: ꝛ hoc probatum est in naturali phia. Sed est sicut dictum est superius: quia visio propter impressionem colorum in corpore peruio hoc est in are ꝛ in aqua: ꝛ ista corpora dant oculo secundū qꝺ dictū est: et imprimuntur in seipsum: ꝛ postea apprehendit spiritus visibilis esse oculorum: et propterea fuit compositus ocul9 ex corporibus peruijs: ꝛ quia iste sensus non potest apprehendere similitudinem oculorū nisi postquam sunt impressi in corpore medio. Sed accidētia que ponunt extraneitatem i visu sunt multa: ꝛ ipsa sunt declarata in arte radiorum ꝛ nominatur almendahar ꝛ que dicentur hic sunt creata ab egritudinibus. Hec sunt q̄ veniūt a mala complexione vel positione: qr apparebit quod vnum sit duo: et hec causa attributa est doctrina radiorum. Iterum accidit vt videatur oculus videre omnes colores secundum vnum modū vz. rubeos: aut citrinos: aut aliter dispositos ꝛ causa hui9 sunt vapores qui eueniunt ad humiditatem peruiam in qua est visus: quod est: quia quando illi vapores prouenient a citrinitate omnes res vise tales ostendētur: et sic de alijs. Et aliquibus apparent sicut cimices aut musce volare ante oculos: ꝛ hoc prouenit propter vapores mixtos qui ascendunt superius. Et aliqui vident res visibiles quasi fenestratas: ꝛ hoc accidit propter quendam vaporez nigrum qui accidit vel qui transit per cristallinum: sed ipsum non cooperit totum. Item accidit habenti cogitationes corruptas propter aliquaz causaz intrinsecam vel extrinsecam vt sentiat malo sensu: quod est quia quāuis sensatorum motus ad sensum veniat ab extra: non est impossibile vt fiat simile etiam per contrariū: quia propter hanc corruptionē cogitabit vnum ꝛ confirmabitur: ita quod forma illius mouebit a laterie interiori spiritum istius sensus: et tunc videbitur oculo vt istud sit deforis. Et est istud invigilādo simul vni somno: quia declaratum est in tractatu de somno et vigilia: quod somnia attributa sunt virtuti imaginatiue: sed ipsa facit in somno contrarium ei9 quod facit in vigilia: quia in vigilia primo mouet sensatum sensum cōmunem: et postea illud mouet imaginationem: ꝛ secūdū qꝺ dictum est ordinatim superius. Sed in in somno fit modo contrario: quia motus incipit a virtute imaginatiua propter for=

mam receptam de foris in vigilia quoquo tempore: et illa est remota: et ideo prio monet sensum communem: et communis monet particulares sensus et tunc sentientur res quasi sicut essent extra: et sicut hoc fit i somno sic fit in vigilia propter multam sollicitudinez circa aliquā rem. Et propter hoc confirmantur virtutes anime: aut propter aliquam egritudinem fixam in corpore: aut propter timorem: aut propter tristitiam: quia tūc soluitur quidam vapor et ascendit cerebrum: et imprimitur in ipsum forma rei excogitate: et ascendendo superi⁹ monet spiritum animalem et reducit iste motus vsqȝ ad virtutem imaginatiuam: et ipsa spiritu mediāte mouet sensum communem: et ille mouet particulares: et sentitur res sicut esset extra: et populi credunt quod hoc fiat ab angelis: aut a demonib⁹: et demōstrationes huiusmodi declarate sunt ordinatim ibi. Ista sunt accidētia que superueniūt omnibus quinqȝ sensibus.

¶ Cap. xxxix. Quod est de accidētibus anhelitus.



Deinceps volumus loq de accidentib⁹ anhelitus et ab illis transibimus ad accidentia ꝟtutȝ imaginatiue et cogitatiue et memoratiue: et accidētia somni et vigiliarū. Et postea loqmur breuiter de egritudinib⁹ i qb⁹ apparet maior pars horum accidentiū: aut oia accidētia q̄ veniunt super hanc virtutem: et cum cōpleuerimus hec cōpleta erit intentio nostra. Et ex accidentib⁹ superuenientibus huic virtuti sunt ex genere augmenti et diminutionis illi⁹. Sed priuatio huius operationis est mors q̄uis prima fronte appareat priuatio anhelitus in multis egritudinibus: sicut in suffocatione matricis et similibus: non tamen est priuatus: sed solum occultatus. Et propterea quia hec operatio fit a duobus motibus inspirando et respirando: et inter quemlibet duorum motuum est vna quies sicut probatum est necessarium fuit vt augmentum et diminutio essent i his quatuor rebus hoc est in duobus motibus et duabus quietibus. Et diminutio duarum quietum nominatur thoaar: et augmentatio nominatur thephanes. Et augmentum et diminutio adueniunt istis duobus motibus secundum duos modos. Unus est velocitas et tarditas: et alter est fortitudo in tribus dimensionibus que sunt: longitudo: latitudo: et profunditas: et debilitas in ipsis vt in dilatatione et constrictione: et augmentatio in hoc appellatur fortitudo aut magnitudo: et diminutio appellatur paruitas aut debilitas. Iste sunt species simplices mali anhelitus. Sed cōposite sunt multe: sed hic volumus tractare nisi de causis facientib⁹ has simplices species: quia homo discretus sciet cōpositas per simplices. Et dicimus quod causa fortitudinis est fortis necessitas anhelandi: et hoc fit cum sanitate virtutis efficientis: et propter bonam dispo

stitionem instrumentorum. Et inspiratio aeris est propter fortem necessitatem refrigerandi: et respiratio est propter fortem necessitatem expellendi corpus fumosuz: propterea fortificatur aliquando vnum istorum: et tamen non est necesse vt aliud fortificetur: et velocitas est similiter propter fortem necessitatem anhelandi. Sed non est necessarium penitus vt sit velocitas cũ sanitate virtutis et bona dispositione instrumentorum: quod est: quia virtus iuuat se cum velocitate quando deficit fortitudo: quia forte facit hoc vt restauret per hoc qđ deficit a fortitudine: et propterea accidit hoc quando virtus est fortis et instrumenta non sunt conueniẽtia. Sed thoar etiaz fit propter paucam necessitatem anhelandi: sed non est necessarium: vt sit cum sanitate virtutis et bona dispositione instrumentorũ quia pro maiori parte cum natura iuuatur in hoc facit illud quando perdidit fortitudinem: ⁊ accidit quod natura iuuetur cum hoc quando perdidit velocitatem propter penuriam virtutis. Et si ita est sicut diximus. ergo quando erit conueniẽs vt sit anhelitus velocior et fortior thoar: tunc erit magis necessaria sanitas virtutis et bona dispositio instrumentorum. ¶ Et cause diminutionis sunt opposite in his rebus causis augmẽtationis. Sed paruitas fit aut propter debilitatem virtutis: aut propter inobedientiam instrumentorum. Et constrictio fit propter opilationem que fit in concauitate canaliũ pulmonis: et hec opilatio fit ab humoribus grossis, flegmaticis qui a capite descendunt: et fit etiam propter apostemata: et propter omnes alias causas: ex quibus possit fieri opilatio. Et aliquando accidit propter stricturã concauitatis pectoris in quo mouetur pulmo que strictura fiet propter aliquod apostema quod illi generatur aut propter malaz complexionem sicut accidit in apostematibus stomaci et epatis: et sicut accidit propter magnam satietatez. Et aliquando est causa male pulsatiõis anhelitus in aliquibus hominibus naturalis: eo quod pectus non erit proportionatum pulmoni. Et aliquando erit strictura pectoris ex culpa male falsationis Et ex causis paruitatis est dolor qui fit in dyafragmate: aut in pectore et in membris cõmunicantibus cũ eo. Et causa tarditatis accidit ꝑpter duas res: aut propter debilitatẽ virtutis: aut propter paucam necessitatẽ spirandi et respirandi: sed quãdo erit causa propter aliquam paucam necessitatem non erit ibi thoar. Sed quando erit causa propter debilitatem virtutis solũ poterit esse thoar. Iste sunt species omnes male pulsatiõis simplices anhelitus et cause earum. Et tu scis quia promisi tibi in multis locis abbreuiare ⁊ non prolongare: quia res particulares tu inuenies in libris spicatorum: scilicet practicoruz vel colstorum: sed ego non sum de ipsis: et adhuc ego idem tibi particularius dicam cum loquar de simplicibus in libro signorum: et hoc sufficit quod dictum est de simplici: quia ab illo poteris scire compositum.

Lib: spicatoruz.

et dabo tibi vnū exemplum de anhelitu qui dicitur anhelitus erectionis:et est anhelitus paruus velocior thoar. Et causa huius est propter fortitudinē virtutis et magnitudinē necessitatis:et inobedientiam instrumēti:qd est:quia ipsa pulsatio non fit nisi propter forte apostema sicut in pulmone:aut ꝑpter opilationem fortē:et nominat anhelitus erectus propter similitudinē eius qd habet:q2 non potest iacere supinus: eo ꝙ pars pulmonis cadit super partē et partes pectoris cadunt vel premūt super eas:et ꝑpterea necesse est vt sint sic disposite: et anhelit⁹ talis fit. Et debes scire ꝙ tēpus motus anhelit⁹ qui fit propter inspirationem aeris in anhelitu naturali est breuis tpe mot⁹ quem facit propter respirationem: et ꝙ motus respirationis hora somni est longior motu inspirationis propter necessitatē quam habet vt expellat corpus fumosum. Sufficit quod dictum est in accidentibus anhelitus.

¶ Cap. xl. Qd est de accidentibus trium virtutum:scilicet imaginatiue:cogitatiue: et memoratiue.



Apparet ab his ꝟtutibus vt nō cōpleantur sue operatiōes nisi in cerebro:et propterea quia cerebrum aptū est pati:eo ꝙ est frigidū et hu. ob hoc maior pars causarū accidentium istarum virtutum prouenit a passionibus cerebri aut quod sit primum in hac causa: aut vt hoc sit propter cōmunitatem illorū membrorum. Et si causa erit in toto cerebro erūt tunc lese omnes virtutes: et si fuerint in loco proprio:erit tūc lesa virtus illius loci proprij: et quando fuerit causa in prora cerebri:tunc erit lesa imaginatio: et quādo fuerit in parte media tunc erit lesa ratio et cogitatio: et quando fuerit in parte posteriori:tunc erit lesa memoria et cōseruatio. Et istis virtutibus adueniunt accidentia ſm modum ſm quem adueniūt alijs:hoc est vt corrumpantur: aut diminuātur:aut permutentur ad malas operationes:et corruptio et diminutio fit a mala complexiōe frigida et humida: aut frigida solum. Ex his quedā est materialis:et quedā non materialis: et materialis non est inuēta nisi sociata duabus qualitatib⁹: sicut est in apostemate.al'.et apoplexia et egritudine que dicitur subet: et quedā est a complexione materiali apostemosa que in arabico nominatur asirsen ab berit:idest frigus:et aliquando accidit hec egritudo cerebro mediāte ore stomaci. Et causa propter quā permutantur iste virtutes ad malam operationem est mala cōplexio que ꝑuenit a colera aut melencolia. Et quando domiatur super cerebrū mala complexio calida:tūc fiēt imaginationes corrupte:et ositationes:et ructus:et aliqñ corruptiones cogitationis et memorie. Et est possibile esse malam complexionem hanc in cerebro solū sine apostemate:et est possibile ipsam esse propter colligationē alterius mēbri: sicut accidit in febribus quando ascendit fumus a stomaco ad cerebrum: et facit apostema aut non facit:et potest esse ex apostematib⁹ que fiunt

Di
nut

fiūt in substantia cerebri: et pōt
esse vt sint in panniculo: et po-
test esse vt sint ex apostematibꝰ
que fiūt in ore stomaci: et signa
discretiua horum dicentur in li
bro de signis. Sed corruptio q̄
accidit his virtutibus propter
complexionem melencolicā est
cum timore qui fit sine causa: et
cum malis cogitatiōibꝰ ⁊ tristi-
tia et timore rerum impossibi-
lium. Et quando vritur melēco
lia et fiunt accidentia colere in
ipsa: tunc conuertitur homo ad
ferinos mores: ⁊ oēs motꝰ ipsiꝰ
sunt praui ⁊ timorosi: ⁊ hec im-
pressio fit in anima propter cō-
plexionem obscuritatis melēco
lie. Sed nigredo eiꝰ nō est causa
huius sicut dicūt medici: qꝛ co-
lor nō est cā substātialis ad cor-
rūpendas virtutes aīe: sed hec
cā prouenit ab vna specie male
cōplexionis sicut alie egri tudi-
nes. Et tu scis quia habitꝰ ani-
me sequūtur cōplexionē corpo-
ream in hac cōiunctione: et qui
dicūt ꝙ aīa terretur propter hu
morē melencolicū nigruʒ sicut
terretur hō in obscuro: dicūt ver
ba cantionuʒ: quia aliqua lesio
non aduenit aīe in obscuro nisi
priuatio sensati sensui visibili:
qꝛ non videt aīa in corpe vt pos
sit dici qꝛ sentiat terrorē nigre-
dinis: ⁊ magis fedum est dicere
vt videat extra: qꝛ anima nō est
extra nec intus. Sed est sciēduʒ
ꝙ de natura istius humoris me
lencolici est vt ipsum sequātur
hec accidentia: sicut de natura
sanguinis est vt ipsuʒ sequatur
gaudiū ⁊ letitia: ⁊ dicemus pro
pter hoc ꝙ sanguis det lumen
aīe: ⁊ hec res est manifesta illi q̇
aliquātulū de natura gustauit.
Et in hac egritu[...]e que dicitur
melēcolia cadit magna diuisio
inter medicos de eiꝰ causa. qui
dam dicunt ꝙ possibile est vt in
ipsomet cerebro fiat: aut ꝑpter
adustionem sanguinis cordis:
aut propter os stomaci. Et qui-
dam dicunt ꝙ fit ab apostema-
te quod generatur in fundo sto
maci: et quidam dicūt ꝙ fit pro
pter apostema factum in mesa-
raicis: et quidā dicunt ꝙ fit pro
pter humoreʒ melencolicū quē
spargit splen ad stomacuʒ: qui Splē.
est extra naturaʒ sua qualitate.
Et isti respondēt primis vel ver
bis priorum et dicūt ꝙ sunt im
possibilia ꝙ cause istius egritu-
dinis sint calide: eo ꝙ acciden-
tia istius egritudinis sunt ma-
nifeste frigida: quia eorum ru-
ctus est acetosus: ⁊ plures ipso-
rū habent ventositatem frigidā
nō cum multa siti. Et adhuc di-
cūt si esset causa propter aposte
ma calidū in his mēbris seque-
ref ex hoc ex necessitate febris: ⁊
nos videmus ꝙ in hac egritu-
dine nulla est febris. Et ego di-
co ꝙ reprehēsio istorum qui di-
cunt quod si ista egritudo esset
propter apostemata calida seq̄-
rentur accidentia calida: sicut
fortis sitis et ꝑmutatio cibi ad
fumositatem et paucitatem in-
flammationis non est necessa-
rium penitus: quia iam dictuʒ
est quod calor extraneus: pro-
pterea quia facit caloreʒ intrin
secum exalare: et ipsum debili-
tat: non est impossibile vt sequā-
tur: ipsum accidentia frigida: et
faciant similia accidētia supra-
dicta: et maxime quando calor
extraneus ledet formam natu-
ralem caloris intrinseci: aut cor
rumpet ipsum: et propterea fit
acetositas ſm Alexandrum per

calidū sicut per frigidū: q: calor intrinsecus non fortificatur nisi per calorē qui ei formaliter nō repugnat. Et qđ dictū est ꝙ sequtur necessario febris: quia omne apostema calidum qđ fit in his duobus membris sicut experiētia testificatur hoc bene asserendū est: quia impossibile est hāc egritudinē esse sine febre: si propter talē fieret causam: excepto vno modo ꝙ hoc apostema fieret post declinationem apostematis. Quia tunc dicenduz est quod non remansit ex calore extraneo tantum: vt sit sufficiens ad febrem faciendā: sed est tantus ꝙ sufficit ad lesionem faciēdam stomaco ꝛ cerebro solum: ꝛ hanc mouere passionem. Et potest esse ꝙ hec egritudo proueniat solum a splene: ꝛ videtur ꝙ hec sit vna ex maioribus causis speciei istius egritudinis.

¶Cap̄. xlj. Quod est de accidētibus somni et vigiliarum.



Einceps volum⁹ loqui de accidentibus somni ꝛ vigiliarum: ꝛ in primis volumus dicere diffinitionez ipsorū. Et dicimus ꝙ somn⁹ est ꝓfundatio sensus cōis ex cerebro ad cor: et propterea tunc ligātur sensus particulares ꝛ cōstringuntur in eorū instrumentis: eo ꝙ non est necesse vt moueant ad eoꝝ seruitia: ꝛ vigilia ꝛ cōtrariū hui⁹ hoc est ascensus istius sensus ad cerebrum in locum suum: ꝛ propterea tunc dissoluuntur omnes sensus particulares in eorum instrumentis vt operentur actiones ipsoruz: ergo descriptio somni est priuatio motus et vigilie descriptio est continuatio motus: ꝛ potest dici quod hic motus istius sensus est formalis causa somni et vigilie: et subiectum somni ꝛ vigilie est sensus communis: ꝛ cor est radix: ꝛ cerebrū est ipsius primum instrumentū cū quo operatur. Et accidentia que superueniūt somno est fortis ipsius ꝓfunditas: ꝛ hoc fit propter dominationez multe frigiditatis cum humiditate super cerebrū aut super mēbrū cōicans secuz: ex accidentib⁹ que superueniūt huic operationi: per cōtrarium est vigilia. et cā eius opposita est cause frigiditatis: hoc est q: fit propter dominiū caloris ꝛ siccitatis. Et aliqñ est hec res cōposita a duabus causis: hec egritudo est egritudo vocata nabur quia tunc iacet sicut dormiēs ꝛ oculos tenet apertos: q: dormire est propter frigiditatē: ꝛ tenere oculos apertos est propter siccitatem. Et aliqñ fiūt egritudines in cerebro in quib⁹ fit pars horū accidentiū aut omnia. ꝛ illi qui scient ꝙ diximus dabunt causas vniculꝗ accidentiū aut si sint presentes aut p̄terite. Et volumus dicere de quibusdam eorum que sunt manifestiora: ꝛ perfecti⁹ sciet per hec que dicentur postea alia que non dicent. Et dicimus ꝙ quedā eorū vocātur eldaar et quedam nominātur elgabus: idest incubus. et quedam nominantur elzara. i. epilētia. et quedam nominantur lecta: idest apoplexia. Sed primuz est super humorē super quem dominatur fumus: et iste fumus ascendet ad cerebrum ꝛ mouebitur: et tunc sentiet patiēs hunc motum sicut esset extra: quia quamuis sensata ha=

deant, quod moueant sensus de foris iam diximus quod nõ est impossibile vt moueantur ab in trinsecis humoribꝰ: ⁊ si cerebrũ acquirit multã malam cõplexio nem ꝑpter perseuerãtiã harum rerũ: tũc cadet patiens in terra sicut cadit epilẽticus. Et iste fu mus aliqñ fiet in ipsomet cere bro: ⁊ ꝓprie in suis arterijs: ⁊ ali qñ ascẽdet a stomaco vel ab alijs mẽbris. ¶ Sed olcab. i. incubus est qñ sentit homo cũ dormit ac si ꝑmeretur ⁊ aggrauaretur a re quã abijcere nõ potest. Et mani festum est: q: hoc nõ est nisi pro pter aliquã priuationem ꝟtutis motiue ꝑpter aliquã malam cõ plexionem materialem. Et q: ci to dissoluuntur opinãtur vt fiat ab humoribꝰ fumosis qui ascen dunt cerebrũ: ⁊ ledũt ipsum sua qualitate. ¶ Epilentia est egri tudo q̃ facit cadere in terraȝ pa tientem in primis tũc mouent oia mẽbra motu malo extraneo. deinde sic mouentur donec hõ cadit: ⁊ priuãtur omnes sui sen sus ⁊ virtutes animales: aut di minuũtur ⁊ cõtrahuntur ⁊ colli guntur oia ipsius membra: ⁊ cõ trahũtur sicut spasmata. Et hoc est signum manifestũ: ꝙ passio est in cerebro: ⁊ collectio: ⁊ cõtra ctio membroꝝ ꝑpter motum ex traneum significat ꝙ hec spẽs est vna ex speciebus contractio nis que fit a virtute expulsiua: quia colliguntur ⁊ cõtrahuntur membra in seipsis ꝑpter expul sionem rei ledẽtis ⁊ maxime in cerebro: ⁊ ꝓpterea iste humor est cõtrariꝰ in fine cõplexioni cere bri: ⁊ hoc facit: aut sua qualitate aut sua forma: ⁊ illud qđ signifi cat nobis ꝙ non fit ꝑpter humi ditatem nerui: nec ꝑpter ipsius infusionem: est propter subitam ipsius dissolutionem: ⁊ de neces sitate est ꝙ humor faciẽs hoc sit subtilis: eo ꝙ paroxismus ipsiꝰ cito transit sicut fit in egritudi nibus acutis. Sed nos vide mus pro maiori parte quod illi qui hanc patiuntur egritudinẽ sunt frigidi ⁊ humi. sicut pueri: aut frigidi et sicci sicut senes: et vniuersaliter quia hec acciden tia apparent super frigidos pro maiori parte significat quod cã huius egritudinis est humor grossus. Sed contradicit nobis hoc quod humor grossus non ci to dissoluitur siue discurrat per strictos meatus siue per latos: sicut dicit Gale. quia dissolutio non est aliud quam dominatio nature super humorem ipsum decoquendo: vt retineat quod est conueniens nutrimento: et aliud expellat: et hoc non fit in humore grosso in eo quod est grossus nisi in longo tempore: sicut testificatur experientia in egritudinibus. Et nos videmꝰ quod cito dissoluitur hic humor Et ob hoc dicendum est qđ hec egritudo non fit nisi propter fu mum qui generatur in ipsomet cerebro vel in alio membro: quod ipsum ei transmittit: si cut dicit Galenus de iuuene qui sentiebat quod quasi qui dam fumus frigidus ascende ret ab vno membro ad cere brum et quando perueniebat il luc cadebat epilenticus. Et hoc accidens est sufficiens ad probandum quod causa huius egritudinis est vẽtositas fumo sa: sed ista ventositas necessario communicat humoribus fri gidis et humidis: aut frigi dis ⁊ siccis: ⁊ isti humores sunt Gal.

isti vento vt materia. Et ppterea curatur hec egritudo euacuando illos humores. Et quamuis dicatur p nomen alicui⁹ hois: vt hoc accidens fiat a colera: non dico hoc impossibile: sed cadit in hoc ammiratio: nam breuitas paroxismi hoc adiuuat: & veniente accidente hoc aliquib⁹ ppter stomacum videm⁹ q hoc fit eis vt plurimum ppter famem: aut ppter iram: & hoc ostendit vt fiat a colera. Et Gal. curat hanc egritudinem cū yerapigra in qua dñatur aloes. Et manifestum est qd aloes nō purgat nisi vnam duarum rerū aut coleraz: aut humorem colericum. Et quidā dicūt q hec egritudo fit a cōplexione mala nō materiali frigida & sic. et hoc est a ratione remotuz: qd est: qz hec egritudo vt p⁹rimuz hz paroxismos: & adhuc si fieret ppter malā cōplexionez nō materialem nō fieret nisi a reb⁹ extrinsecis: qd est: quia mala cōplexio nō materialis creata a mala cōplexione materiali est difficilis curationis: & a tali causa qualis hec est impossibile est fieri paroxismum epilenticum: et scdm hoc nō fieret hec species nisi propter res extrinsecas: hoc est ab aere frigido: qd est: quia mala cōplexio que fit a talibus reb⁹ extrinsecis est facilis dissolutiōis. Sed remotum est q res extrinsece hoc est aer frigidus possit inducere malam complexionez cerebro sufficientē inducere epilēttam: sed si experientia hoc testificatur tarde hoc esse non debet. Et tu debes scire q propter hanc scientiam non potest finaliter scire rationabiliter de oib⁹ egritudinibus que sint possibiles: & que non: quia egritudines certificantur per sensum: & post ea adueniūt testimonia experiētie propter plurimos sentire: et post hoc fit cognitio causarum. Et causa huius data est in loco alio nobiliori isto: et nos etiam ipsam narrabim⁹ in alijs libris.

Et apoplexia est qñ homo cadit ad terram & cessat eius vox: & priuantur omnes operationes et motus toti⁹ corporis excepto anhelitu: naz priuato anhelitu moritur patiens. Et ppter hoc anhelitus est manifestū signuz super fortitudinem vel debilitatem istius virtutis: qd est: quia qñ anhelitus fuerit grossus et malus significat super fortitudinem: & qñ fuerit quietus significat debilitatez. Et. Y. dicit quod quādo apoplexia est debilis nō curatur de facili: sed qñ est fortis curam non recipit. Et cā huius egritudinis est d necessitate priuatio motus vniuersalis et particularis. Et quia declaratū est q motus vniuersalis habet duo principia: primum quorum est in corde: aliud est in cerebro: et cerebrum non facit suas operationes nisi ppter cor: ergo est necesse vt cerebro veniat vna egritudo vniuersalis cōmunicans toti corpori. Et hoc fiet necessario ppter oppilationem viarum spiritus: qui puenit a corde ad cerebrum: & iste sunt arterie: aut ppter fortem oppilationem ventriculorum cerebri: propterea qz quando illi clauduntur impeditur via spiritui animali qui dat membris omnib⁹ sensum & motuz: si ita est vt dicit. G. qui dicit q mittitur a cerebro spirit⁹ animalis sicut mittitur a corde spiritus vitalis intrinsecus: aut fit quia corrumpitur complexio ce

rebri: qd est: quia qñ illa corrum pitur: corrũpitur temperantia cum qua reperitur calor intrinsecus cordis: ad hoc vt possit operari sensum ꝛ motum: sicut declaratum est in naturali phia. Sed in cameris cordis nõ potest euenire hoc accidens: qd hanc egritudinem faciat: qd est: qꝛ prius perueniretur ad mortẽ. Et postꝗ̃ ꝓbatum est ꝙ causa egritudinis in his duob⁹ locis est: ergo causa quã dat. Y. est verax: ꝛ etiã illa quam dat Ga. Et. Y. dicit qd quando homo subito sine voce fit ꝛ cadit in terram: tunc facte sunt oppilationes in viijs q̃ sunt inter cor et cerebrum: hoc est in arterijs. Et. G. hoc confitetur in libro de accidenti et morbo: ꝛ in libro de membris dolorosis dicit ꝙ hec egritudo fit ꝑpter oppilationem in ventriculis cerebri: ergo intẽdit. G. vt fiat a duabus causis. Et signum est vt fiat ex oppilatione arteriarum cum apparent signa dominationis sanguinis super patientem: et hec curatur cuꝫ flebotomia. Et signum oppilationis fortis ventriculorum cerebri est quãdo apparent signa dominationis humorum frigidorum in corpore. Et curatio huius fit cũ permutatione cõplexiõis illi⁹ mali humoris cum euacuatione cũ medicinis purgantib⁹ humores illos frigidos: ꝛ cum clisterijs cõuenientibus: quia illa sunt mirabilia in hac cura. Et hec egritudo que dicitur ꝓfundatio somni est ꝓpinquior vt sit ꝑpter opilationem arteriarum ꝗ̃ vt sit ꝑpter opilationem neruorum: ꝓpterea nõ est in hac passiõe difficultas anhelitus: nec etiã conuertitur ad paralisim sicut apoplexia: et illa que fit ab humoribus siccis facit stare patientem oculis apertis: et nominatur alcasia: ꝛ si fiat ab humoribus humidis stat oculis clausis: ꝛ hãc speciẽ nominãt medici subeth.

¶ Hucusq; locuti sum⁹ de egritudinibus et accidentibus breuiter ſm quod visum nobis est sufficere: eo quod mea intentio in hoc libro non est nisi in dando regulas que sint ꝑncipia artis medicine omnibus volentibus in hac scientia ire via nobiliori: ꝛ illis qui etiam volũt postea abundare in particularibus istius artis secundum hunc ordinem et diuisionez. Et scias ꝙ comparatio istius libri ad totalitatẽ istius scientie est sicut cõparatio elemẽtorum artificij ad artificium. Et sicut pictores primo depingunt circuitum figure quam facere intendũt: ꝛ postea replent hoc continens particularibus rebus ex diuersis coloribus donec sit figura illa conuenienter impleta. sic et nos intendimus facere in nostro libro Et si deus nobis longitudinez concesserit vite et nos precauerit ab accidentibus temporis: alium faciemus librum in practica huic nobili ordini respondentem secundum quod factus est iste liber colliget: qui omnia continentia istius scientie replebit. Pictores.

¶ Explicit liber tertius: qui fuit de egritudinibus.

¶ Incipit liber quartus: qui est de signis ꝛ pronosticis sanitatũ et egritudinum: ꝛ continet capitula sexaginta.

¶ Cap. j. Quod est de signis sa-

nitatis et egritudinibus in generali.

Diuisio.



Ista pars diuiditur in duas ptes. Pria narrat signa significātia sanitatē actualem in qualibet operatiōe corporis in quolibet membro. Scōa narrat signa significantia sup egritudines et causas ipsarum. Et hec pars iterū partitur in duas partes: eo quod hec signa aut significant super egritudines presentes que plurimum inueniūtur in hac arte: aut significant tempore sanitatis ꝛ egritudinis super egritudinem futuram. Sed signa que significāt super egritudines preteritas parum sunt in hac arte vtilia. Et incipiemus narrare signa significātia egritudinem presentem in toto corpore et in quolibet membro. Et postea dicemus signa significantia egritudines futuras. Et postea dicemus signa significantia super egritudines presentes. Sed signa significantia in egritudinibus presentibus super egritudines futuras adiungam istis signis egritudinum presentium. Et similiter videtur vt ponam signa significantia sanitatem futuram in egritudinib⁹ in hac eadem parte: quamuis pertineant sanitatis parti. Propterea q: sunt vna ex rebus quib⁹ procedit ꝛ trāsit medicus ad medicinā: sicut in rebusque artificialiter fiunt: qđ est: quia nomē maioris potestatis earum deriuatur egressa que

Ad medicinā transit medicus.

fiunt artificialiter in permutatione ipsarū a re a qua fit pmutatio: ꝛ non attribuit rei ad quā permutatur: ꝛ hoc est cōtrarium rebus naturalibus: hoc est quia soluꝫ fiunt p naturam: ꝛ causam hmōi ostendi in nobiliori loco isto: qđ est: quia permutatio est genus rei ad quā permutat virtus: ꝛ hec est cōtrariuꝫ pluſꝗ genus rei ad quā permutatur: virtus aūt est in eis manifesta magis ꝗ in ea a qua fit permutatio. Et ppterea cōuenientius est signa cōiungere sanitatis future cū signis egritudinis p̄sentis q: medicus transit ab illis ad sanitatem: ꝛ appellātur illi trāsit⁹ medicia ꝛ nō sanitas. Et adhuc ꝗuis ipsa sint sanitatis signa sunt aliquo mō partes egritudinis: eo ꝙ significāt sup remotionem egritudinis. Et ego icipio narrare signa significātia super sanitateꝫ: ꝛ dico q: sanitas sicut dictū est in diffinitione ipsi⁹: est bona habitudo in mēbro p quā hꝫ pati aut agere suā actionem aut passionem naturalē. Et hec bōa habitudo diuisa est i duas partes: quarum vna est appropriata membris cōsimilibus in quib⁹ sunt nouem cōplexiones: alia officialib⁹ membris que est quatuor generum que superius dicta sunt. Et quia pars maior isti⁹ dispositionis in mēbris nō est manifesta prima fronte: ꝛ maxime in membris nō apparentibus: ob hoc necesse fuit narrare signa significātia super quamlibet dispositioneꝫ cuiuslibet mēbri. vcꝫ. ix. cōplexiones: q̄ primo sint in cōsimilib⁹ ꝛ scōe in cōpositis. Et silr narrabimus signa que significant sup temperataꝫ cōplexionē ꝛ nō tēperatam: ꝛ sa-

nitatem appropriatam mēbris officialibꝰ:et via qua poterimꝰ omnia hec cognoscere prio non est nisi ab actione et passione horum membrorum aut rebus que ꝓueniunt a virtutibus ipsorum:qḋ est:qꝛ actiones ⁊ passiones ipsorū:et res q̄ ab eis ꝓueniunt sunt apud nos notiores:et a rebꝰ notioribꝰ ꝓcedere debemꝰ ad minus notas:⁊ res prouenientes ab opibꝰ sunt sicut calor:macies: pinguedo:et accidentia q̄ apparēt ab exeūtibus a corpore:et debes scire qḋ medici ꝑ maiori pte nō sunt vsi loqui nisi de signis significātibus sup sanitatē mēbrorū consimiliū:ſ3 de signis significātibꝰ sup sanitatē mēbroꝝ officialiū3 nō sunt locuti nisi ꝑ accidens. Sed talis quales sumus cōsueuit loq̄ de vtrisq3:et incipiemꝰ loqui a signis significantibus sup cōplexionē eq̄lē.i.tēperatā: qꝛ poꝛ est natura:⁊ etiā qꝛ extrema nō cognoscunt̄ nisi ꝑ cōparationē eoꝝ ad media.Et dicimus ꝙ ex.ix.cōplexionibꝰ q̄da3 appropriant̄ vnicuiq3 mēbro:⁊ quedā sunt q̄ appropriant̄ vni corpori cōpositione mēbrorum adinuicē.Et est sciēdum primo signa significātia cōplexionem vniuscuiusq3 mēbri in.ix.cōplexionibꝰ:⁊ cognitis illis poterimus indicare sup cōplexione3 totius corporis:et maxime mēbrorum principaliū:⁊ icipiemꝰ narrare complexionem cordis: quia cor est membrum:cuiꝰ cōplexio cōmunicat membris omnibus:qꝛ qn̄ hoc membrum est temperatum sunt membra pro maiori parte temperata in caliditate:qꝛ est dator oibꝰ mēbris complexionem qua agunt ⁊ patiuntur.Et adhuc quando erit complexio aliorum membrorū distemperata sicut ꝯplexio epatis possibile est cōplexionē cordis nō esse tēperatā ꝓpter colligantiā ipsius ad mēbra:et propter hoc narrabimus signa cordis quando sunt temperata et intēperata:eo ꝙ illa sunt signa omnium membrorum.

¶Capitulu3.ij.Quod est de signis sanitatis cordis et eius discrasie.



Et iter signa significantia super complexionē cordis signū quod propriū est in significando super complexionem cordis est pulsus ⁊ post illum anhelitus:ergo qn̄ pulsus non est magnus:neq3 paruus: neq3 tardus neq3 velox:neq3 rarus:neq3 spissus: necessario significat temperantiam complexionis cordis inter calidum et frigidum:et siccum et humidū: et talis pulsus qualis est iste reperitur in his qui nascuntur: et stant in climate temperato vt plurimum:sicut in terra.y.⁊ in pluribꝰ terris grecie:nisi eueniant accidentia extrinseca: et propterea dicit Gal.quod homines terrarum calidaru3 non possunt dare nobis temperatā complexionem.Et non est dicēdum quod pulsus fortis sit naturalis:eo quod in alijs q̄bus non sint temperata plurimum inueniatur in climatibꝰ nō tēperatis:sicut non dicēdū ꝙ color niger ī hoie sit naturalis q̄bus nō inueniatur in ethiopia etiā albus.Et tēperātia anhelitus similiter significat sup tpatā complexionem cordis:saluo Gal.

ut comparatio anhelit⁹ ad cor nō sit maior debito quod si hoc esset non solum esset tunc anhelitus temperatus proportionādo cordi solum. Sed esset adhuc maior: quia non est impossibile complexionez cordis esse calidam ꝛ pectus et pulmo sint maiores debito comparatione ad ipsum cor. ut faciat tunc anhelitus qui nō est magnus nisi propter largitatem viarum pectoris et pulmonis: et illud idē quod facit anhelitus magnus per se: eo quod si pulmo et pectus essent secundum comparationem creationis cordis: tunc pulmo et pectus multiplicarentur in caliditate cordis. Sed signum quod significat super cōplexionem cordis ꝓpter dispositionem aliorum membrorum est ut sit pectus mediocre inter magnitudinem et paruitatem. Et similiter temperantiam sue complexionis significant significantia signa temperātiam cōplexionis epatis: aut temperantiam cerebri aut vtrāq;. Et hoc ideo quia in epate ꝛ cerebro nō est calor qui sit proprius in eorum esse: nisi calor partium consimilium in quibus sunt composita. Sed calor cuz quo vnusquisq; operatur artes suas. est de necessitate. calor qui trāsmittitur eis a corde: et iste calor est in eis sicut forma. Sz calor qui est in eis proprie est sicut materia. Et quia temperantia rei et perfectio sue operationis non stat nisi propter formam est necessarium: vt quando ista duo membra sunt temperata sit eorum temperātia propter formā ipsorum: et tēperantia suarum formaꝝ est necessario ꝓpter tēperātiā datoris istarū formaꝝ: et istud est cor. Et non est dicēdū q̄ poss̄e sit q̄ calor cordis qui mittitur mittat eis caliditatez superfluā: ꝛ quod sit complexio istorum duorū mēbrorū veniēs ad eam a partibus consimilib⁹ epati et cerebro resistat calori q̄ ꝓueniret a tēperātia cordis vt ꝑ istā cōtrarietatē resultet in cerebro ꝛ epate tēperātia complexiōis: q: talis tēperātia qualis est hic dicitur equinoce: ꝛ nō veraciter vt faciat opationes. Itē sigñat sup cōplexionem cordis tact⁹: ꝛ carnositas pectoris: naz si tēperata est sigñat temperantiā cōplexionis cordis. Sed tēperātia carnis ꝓ maiori parte sequit temperantiā cōplexiōis cordis: ꝛ ꝓpria caro existens in hoc loco: ꝛ propter hoc caro habēs tēperatā cōplexionē cordis non erit macilēta nec pinguis suꝑflue. Item significat sup tēperātiā cordis tēperātia ꝟtutū anime: sicut ira planicies: manifesta ea confidētia et pusillanimitas: et sīlia his. Itē sup tēperātia sigñat compositio ipsi⁹ hoc est in positiōe sua: ꝛ sua mēsura ꝛ figura: qđ est: q: qñ sua cōplexio erit tēperata sunt res p̄dicte: vt plurimū ſm viam naturatulē: ꝛ sīlr qñ sue opationes sunt cōueniētes sue cōplexioni significāt sup suā temperātiaz: qđ est: q: nō est ipossibile eē aliquē pulsum velocem ꝓpter stricturā suarū arteriarū: cuz nō sit hoc ꝓpter calorē ipsi⁹: sicut accidit hominib⁹ pinguib⁹. Et vlr difficile est dare signa significātia sup cōpositionē mēbrorū intrinsecoꝝ ꝛ sup spēs eoꝝ: et sup colligātiā eorū: ꝓpterea relique rūt medici hāc speciem sanita-

tis:⁊ nō sunt locuti de ea:⁊ pro=
cesserūt solū de signis comple=
xionalib⁹.Sed medico nō sunt
hic min⁹ necessaria illis:et pro=
pterea volumus loqͥ de hac spē
breuiter sicut sumus consueti:⁊
dicimus ꝙ ex reb⁹ significātib⁹
sup temperatā cōplexionē cor=
dis et equalē est tēperantia cō=
positionis membrorum extrin=
secorū:⁊ maxime pectoris ⁊ mē=
brorū ꝓpinquorū eidez:⁊ bona
proportio cuiuslibet istorū mē=
broꝝ ad alia:⁊ hec vocat pl̄chri
tudo qꝛ pl̄chritudo magis attri
buit ꝯpositioni:sicut virt⁹ ⁊ for
titudo magis attribuit ꝯplexio
ni.Et nos nō dicimus quod tē
perantia cōpositionis istoꝝ mē
brorum significet super tēperā=
tiam cordis nisi ꝓpterea:qꝛ vir
tus iformatiua nō format alia
mēbra nisi mediante calore cor
dis:sicut virtus nutritiua non
facit suas operationes nisi me
diāte cōplexione sua.Et tu de=
bes scire quod hec significatio
non conuertit:qꝛ possibile esset
cor esse temperate complexiōis
et bone compositionis:et tamē
cōpositio aliquorum membroꝝ
esset lesa:⁊ hoc prouenit a mate
ria:⁊ hoc raro contigit sicut ra=
ro contingit ex aliȷ̄s rebus no=
ciuis que proueniunt ab aliȷ̄s
mēbris:⁊ ille conuertunt ⁊ cor=
rumpunt complexione cordis
propter aliquā colligātiā.Sed
signa significantia super distē=
perantiā cordis in.4.qualita=
tibus sunt contraria istis.Hoc
est quando pulsus fuerit fortis
velox:aut spissus signāt excessū
caloris nisi contingeret ꝓpter
stricturam naturalem in viȷ̄s
arteriarum ꝙ̄uis hoc raro acci=
dāt in complexiōe ca.ꝓpterea:
quia natura caloris est aperire
et extendere partes nisi forent
sicce:eo quod resistit egressioni:
et si cuz siccitate fuerit duricies
tactus signāt vltimitatem sicci
tatis:⁊ similiter anhelitus con
trarius naturali sigāt sup idez:
dummodo non sint pectus:pul
mo:aut eorum vie minores cō=
petentibus.Item ortus pillorū
et tactus calidus habent super
eandem complexionem signifi
care.Et vniuersaliter scias ꝙ ad
calorē cordis sequitur calor om
nium membrorum : excepto qđ
non sit resistentia accidentalis
a membris habentibus dn̄an=
tiam in corpore:sicut sunt epar
et cerebrum:quia posse est quod
complexio istorum duorū mem
brorum ex parte membrorū cōsi
miliū ex quib⁹ sunt composita
sint frigidiora debito:⁊ tūc erit
cor calidū:⁊ cerebrū dicet frigi=
dum.Sed in homine habente
talem complexionem refrigera
bitur in fine cor:⁊ maxime quā
do dominatur frigiditas:quia
hoc membrum non est datum
nisi ad temperandum calidita
tem cordis.Item significant su
per caliditatem et sic.cordis ac
cidentia anime sicut ira:ita qđ
qui cito irascitur habet comple
xionem calidam cordis:et si ser
uauerit habet etiam siccam.Et
similiter signāt siccitatem cor=
dis macies pectoris et siccitas
corporis.Sz complexio cordis
dominans in caliditate et hu.
significatur a fortitudine cor=
dis et mollicie pulsus . Et si
habuerit molliciez cum sua for=
titudine significat solam humi
ditatem.Et similiter signa cali
ditatis et hu.cordis sunt ma=
gnitudo pectoris et aliorū mē=

brorum: et ideo animalia q̄ sunt calida et hu. sunt maioris cordis ceterorum: velut aialia nascētia in locis humidis. Sed signa frigiditatis et sic. cordis sūt cōposita ex oppositis signorum caliditatis: tamen seruāt signa siccitatis. Et ꝓpterea pulsus taliū est paruꝰ: rarꝰ: tardꝰ: et durꝰ: et anhelitꝰ eorū est silr̄s et tactꝰ pectorū eorū est frigidꝰ. Et silr̄ est in cōplexione alioꝝ mēbroꝝ ipsorū: nisi sit in eis resistentia accidētalis. Et pectus istoꝝ est nudum pilis. Et isti sunt in vltima timiditate. Et vlr̄ ipsorū iuuentꝰ assilāt ſm plus senectuti: et si peruenient ad senectutem: senectus eorū assimilatur morti.

Capi. iij. Quod est de signis cerebri et ipsius complexionum sanarum et egrarum.

De signis cerebri.



T postq̄ locuti sumꝰ sup sanitatē cordis appropriatā mēbris cō similibꝰ: et sup sanitatē appropriatam membris officialibus: deinceps volumus loq̄ de signis significātibꝰ sup tēperantiā et sanitatē cerebri. Et dicemus ꝙ tēperātia dz recipi i cerebro: sicut in aliis mēbris: hoc est vt sit appropriata suis mēbris ꝯsimilibus aut sue compositioni. Et incipiemus a temperantia et dicemus ꝙ signoꝝ q̄ significāt sup tēperatā cōplōnē cerebri q̄dā sumunt ab opatiōibꝰ et opatiōes ipsiꝰ aut appropriate sunt sensui cōi: aut imaginatiōi: aut cogitatiōi: aut memorie: aut virtuti nutritiue: hoc est qđ appet ex superfluitatibꝰ que egrediūtur a naribus: palato: oculis: et similibus. Et, quedam sumunt ab aliis sicut a tactu et ortu capillorum et ab eorum forma et superfluitatibꝰ que ab ipo egrediuntur: ita quod si sint temperate in quātitate et qualitate significant super temperantiam ipsius. Et similiter quando operationes somni et vigiliarū sunt temperate: et quod sit mediocritas inter pigritiam et velocitatem et iudicia sua sint recta et sensus sint clari et boni: et tactus sit temperatus ita vt non sit calidus vel frigidus. Et capilli qui oriuntur non sint omnino extensi seu plani vel tortuosi seu crispi albi vel nigri: et demonstratio sue forme est, vt sit figura eius similis figure cerebri temperati: et tunc significatur super remperantiam complexionis: et significatio temperantie sue figure est sicut dicit Ga. quod sit sicut figura sperica cerea leuiter ab vtraq; parte pressa: et vt non sit magnū vel paruum: et quod superfluitates discurrentes a cerebro sint pauce et competenter digeste. Et si fuerit cum hoc aliqua spissitudo signum est siccitatis: et si fuerint multe et digeste significāt super caliditatem et humiditatem: et si cum hoc fuerint crude et in quantitate multa significant super frigiditatem. Et si cum hoc fuerint aquose significant super frigiditatem et humiditatem. Et dicit. Y. de hac complexione quod eius sanitas est propinquior egritudini q̄ sanitati. Sed operationes cerebri calidi sunt vigilie et breuitas somni. Sz si caliditati associabitur aliquātula humiditas tunc tales i somno aliquātulū

Ga.

augmentabuntur: ꝛ si siccitas dominabitur dominabunturvigilie. Et qui hanc hñt cōplexionem veloces erunt ad actiones. Et actiones suas faciūt sine discretione: et accipiunt ex membris solum similitudinem ꝛ nō diuisionē: et errores eorum sunt multi: ꝛ cogitationes eorum male. Et q̄ hñt signa cōtraria istis sunt dormitores ꝛ pigri ꝛ tardi intellectus: ꝛ non possunt recipere diuisiones rerum: necessario tales frigide complexionis sunt tamen ꝛ ipsi assumunt predictas res confuse. Sed cōplexio cerebri frigida ꝛ sicca abundat minus in somno quā frigida sola. Et frigida sola minoris ē somni q̄ꝫ frigida ꝛ hūida: et tactus ēt significat super istas cōplexiones. Et capilli etiam hñt significationes eo quod capilli sunt ex supfluitate fumosa quare capilli nigri significāt super adustionem: eo quod igneitas habet albuꝫ denigrare. Et si cū hoc sunt tortuosi significant super hoc siccitatem sicut accidit eis quado tanguntur ab igne. Et capilli albi significant super materiam crudam ꝛ indigestā: ꝛ si cuꝫ hoc fuerint extensi ꝛ plani significant super superfluitateꝫ humiditatis. Et eodem modo capilli qui cito oriuntur sigificāt sup caliditatē: et q̄ tarde ecōtra. Et q̄ sunt mediocres in colore ꝛ tortuositate, ꝛ iplanicie ꝛ i ortu veloci ꝛ tardo significant super complexionem temperatam ꝛ forma tortuosa etiam habet significare super malam complexionem. Et etiam caput magnum vel paruum habet sisnificare hoc. Et ista sepe inueniuntur in libris spicatorum. Et ego non recordor omnia eorum verba nisi quorundam ad hocvt noster intellectus non sit diminutus in radicibus rerū: ꝛ illi qui solum sunt medici indigēt illis: ꝛ ego non sum ex illis. Item oculus significat forti significatione super complexionem cerebri: quia ocul⁹ rubeus habens venas rubeas significat super complexioneꝫ cerebri calidam: ꝛ signa contraria istis significant super complexioneꝫ frigidam cerebri. Et velocitas motus oculorum significat super caliditateꝫ cerebri: sicut tarditas super frigiditatem: ꝛ mediocritas in istis significat super temperantiam. Et subalbedo oculi significat frigiditatem cerebri: sicut nigredo significat caliditatem: et color medius inter subalbedinem ꝛ nigredinē: qui dicitur varius significat tēperantiam: ꝛ hoc est quia subalbedo fit propter paucitatem digestionis: ob hoc iste calor est propinquus colori aque simpl'r. Et nigredo fit propter excessuꝫ decoctionis: ꝛ ꝓpter hoc dominaẗ in ipso nigredo: q꞉ nigredo significat adustionē ptiū terrestriuꝫ dn̄antiū in re. Et qđ facit varietatem que est color mediocris est vltima temperātia decoctiōis: qđ ē q꞉ ē minor quā illa q̄ facit nigredinem: et est maior quam illa que facit subalbedinem. Et scias qđ non solū cause qualitatiue faciunt nigredineꝫ aut subalbedinē. Sed ꝛ alie res sunt multe q̄ adiuuant ad hos colores faciēdos que nō sunt q̄litates vel complexiōes: ſꝫ sunt res quātitatiue vel locales. Qđ

est quia nigredo plurices fit propter multam quantitatem humiditatis oculi: aut quia posita est in profundo multũ: sicut tu vides in riuis profundis: quia propter profunditatem apparent velut nigri: eo qđ non recipiunt tantũ splẽdorem sicut si essent largi et pauci. Et oculus subalbidus est ẜm contrarium: Et Gal. dicit quod multa humiditas glacialis adiuuat ad faciendum subalbedinẽ: eo qđ color isti⁹ humoris est sicut color glaciei: et multitudo ipsius adiuuat ad faciendũ subalbedinẽ sicut paucitas adiuuat ad faciẽdum nigredinem: ⁊ hoc est contrarium nostre opinioni: ⁊ mediocritas omnium significat tẽperantiã. Ista sunt signa significãtia super complexionem cerebri. Sed signa significantia super ipsius compositionem similiter sumuntur a complexione ⁊ operationib⁹ ipsius. Etiaʒ diximus de figura naturali quã habere debet: ⁊ colligantia sua apparet visui: quia quedam capita habent collum conueniẽs eideʒ: ⁊ quedam non: sicut dicit Gal. Sʒ largitas ⁊ strictura suarum viarum ⁊ suarum concauitatum sumuntur ab ipsius complexione quod est: quia vie cerebri calidi ⁊ humidi sunt in vltimitate largitatis: frigidi vero ⁊ sicci ẜm cõtrarium ipsius: ⁊ mediocres istarum significãt super calidum ⁊ sic. vel super frigiduʒ ⁊ hu. ⁊ sua temperata compositio cognoscitur quando sue vie ⁊ sue concauitates sunt in vltima temperãtia. Et quando vie ⁊ concauitates cerebri sunt nimis stricte: tũc habens eas paratus est vertigini: ⁊ scotomie: ⁊ epilentie: ⁊ aliis egritudinibus similibus. Item quando substãtia cerebri est minor debita: tũc accidet intellectui corruptio intellectus ⁊ stultitia: sicut decrepitis: ⁊ vniuersaliter quãdo corrumpitur olla cerebri exterius corrumpitur cerebrum interi⁹.

Gal.

¶ Capitu. iiij. Qđ est de signis significantibus super sanitatẽ epatis ⁊ eius egritudinem.



Deinceps volum⁹ loqui de signis significantibus tẽperantiam et sanitatem epatis. Et dicemus quod quedam eorum significant sup temperantia sue complexionis ⁊ quedam super temperãtiã sue compositionis: et ego incipio a signis complexionis: et dico qđ quedam ipsorum sumuntur ab operationibus: ⁊ quedam sumũtur a quãtitate venarum: ⁊ a tactu. Et scias quod epar temperatum generat sanguinem purpureum ⁊ dat colorẽ albedinis mixtum cum rubedine: ⁊ corp⁹ debet esse medium inter maciẽ ⁊ crassitiem. Et vene debẽt esse mediocres inter largitatem et stricturam. Sed complexio calida epatis cognoscitur per hoc quod generat multam coleram rubeam: et maxime in etate iuuẽtutis: ⁊ color talium declinat ad citrinitatem: ⁊ ideo cum augmentatur calor ⁊ siccitas multum. generatur colera adusta: ⁊ tunc declinabit color ad fuscedinem ⁊ quibusdam denigrantur palpebre inferiores oculorum ⁊ labia etiam inferiora. Sed epar frigidum cognoscitur: quia ge-

nerat multum flegma: et sanguinem crudum: ⁊ aliquãdo ex fortitudine albedinis converti tur in calcem: ⁊ si cum hoc coniungitur siccitas: tunc generabitur colera nigra non naturalis: ⁊ complexio humida epatis cognoscitur a multa preparatione putrefactionis ⁊ dominatione humiditatis ⁊ sanguinis: et si multũ excedit transit ad yposarcam. Item vene large significant super epatis caliditatem: ⁊ magis si cum hoc adiungitur humiditas: et stricte significat contrarium. in calido vero⁹ et sicco epate est mediocris. Item significat pilositas sup complexionem epatis: quod est quando ypocõdria sunt multũ pilosa caliditatem significant. Adhuc diversificatur hec significatio ſm diversitatez pilorũ: q2 si sũt grossi, tortuosi, ⁊ nigri significant super caliditatem ⁊ sic. et si sunt subtiles et plani significant super humiditatem. Et si vẽter sit nudus pilis significat frigiditatem: ⁊ si sit mollis venter significat humiditatem. ⁊ si sit durus significat super siccitatem. Et signa significantia sup suam compositionem similiter sumuntur a complexione ⁊ operationibus: quia quando erunt temperate erit epar temperatũ in figura ⁊ positione: ⁊ quantitate magnitudinis ⁊ parvitatis ⁊ strictura ⁊ largitate venarum ⁊ complexio calida ⁊ hu. significat fortitudinem epatis ⁊ largitatem venarum: sicut frigiditas ⁊ sic. significat contrarium. ⁊ mediocritas eorum significat mediocritatẽ inter calidaz ⁊ humidam frigidam ⁊ siccam. Et debes scire quod complexiones significãtes super complexiones istorum membrorum sunt complexiões innate que fiunt a prima essentia. Et hoc dico: quia inveniũtur complexiones acquisite calide et frigide a cõsuetudine: ⁊ universaliter a reb⁹ extrinsecis. Et simile est huic quia invenitur aliquis habens colorẽ significantem super frigiditatez. ¶ Et signa significantia cõplexionez sui epatis significabũt caliditatem hoc est quia habebit venas latas. Tunc debem⁹ indicare quod cõplexio sua naturalis est diversa ab accidentali: ⁊ quãdo erit contrarium debemus indicare contrariũ: hoc est quia coplexio sui epatis erit frigida et sicca: et habitudo sua erit grossa ⁊ pinguis: ⁊ grossicies significat caliditatem ⁊ humiditatem. ⁊ strictura venarum frigiditatem. Sed significatio compositionis sumpta ab operationibus est hec: quia epati illius q̃ habet venas strictas eveniet oppilatio ipso non utente cibis oppilativis. Itez quando epar erit parvum comparatum stomacho et non supervenerit aliquod accidens necessarium erit ut habeat mollem ventrem: naz hec est perfecta significatio super parvitatez epatis: quod est: quia quando epar est parvum non potest attrahere chilum a stomacho: ⁊ tunc oportet ut exeant superfluitates molles. Et homo quem tu scis dicit quod brevitas digitorum significat parvitatem epatis: ⁊ hic apparet quod nescivit bene ubi esset virtus informativa: ⁊ non consideravit nisi in materiebus: et

Cõplexio diversa.

dimittamus istum cum aliis. Ari. Dicit Ari. quod epar in quibusdam hominibus inuenitur in latere sinistro et splen in latere dextro: et quando superueniunt illis egritudines epatis apparent signa in latere sinistro. Ista sunt signa significantia sup cōplexionem et sanitatē membrorum principalium.

¶Capitulum .v. Quod est de pulmone.



Eiceps volumus loq de signis significantibus super complexionem et sanitatem mēbrorum seruientium illis. Et incipiemus a pulmone et dicemus quod cōplextio pulmonis erit temperata tunc quando erit anhelitus temperatus in magnitudine et paruitate: et non recipiet lesionē ab aere calido aut frigido: et vox sit temperata inter fortitudinez et debilitatem. Sed quando pulmo erit calidus, anhelitus erit magnus et ledetur ab aere calido et iuuabitur a frigido: et habens talem pulmonem habebit vocem fortem: et contrarium operabitur cōtrarium: et pulmo siccus cognoscitur ex parte vocis claritatis: et paruitate sputi. Et pulmo humidus contraria habet signa pulmoni sicco. s. grossitudinem vocis et sputi multitudinez. Sed compositio habetur a complexione et operationibus similiter: eo quod complexio temperata de necessitate habet compositionem temperatā scilicet inter paruitatē et magnitudinem: et inter amplitudinē et stricturam viarū: et qñ erit calida erunt vie large. Et latitudo pectoris significat super latitudinem viarum: sicut dictū est in aliis: q: diximus φ fortitudo vocis sequitur largitatē viarū: et largitas significat caliditatem complexionis: et cū est: q: fortitudo vocis necessario significat caliditatem. Sed cōplexio frigida significat stricturā viarū et debilitatē: et maxie si huic cōiūgat siccitas. Velocitas vero anhelitus significat paruitatem pulmōis et stricturam suarū viarū nisi cōplexio cordis sit in cā. pect⁹ aūt sputosuz significat malam pulmonis positionem: et propterea dicunt medici quod plurimi talium veniunt ad vlcerationem pulmonis: et ad ethicam.

¶Ca. vi. Quod est de stomaco.



Einceps: volum⁹ loqui de signis significatibus sup ꝯplexionē stōi. Et dicim⁹ qđ ipa cognoscit a suis opationibus: eo qđ stō tēperato couenit maior ciborum pars: nisi nimis modum excedant nature: et non accidunt eidem accidentia que eueniunt stomaco distempato et su⁹ appetit⁹ est naturalis. Et i stō calido subtiles cibi couertunt in fumū et eidem grossi cōueniūt et suus appetit⁹ est diminutus. Sed in stō frigido signa sunt cōtraria pdictis: eo quia ei conueniunt cibaria subtilia et grossa in acetositatem conuertuntur in eo: et eius appetitus est excedens. Et stomac⁹ siccus cognoscitur propter mul

tam sitim: ⁊ eidem paucus suffi
cit potus: et quando nimiū re-
cipit potum: et tunc in eo fiunt
fluctuationes. Sed humid⁹ si-
gnificatur a pauca siti: ⁊ deside
rat talis stomacus humida si-
cut stomac⁹ siccus desiderat res
siccas: et hoc est quando humi
ditas ⁊ sic. inest per naturā: sed
si inest accidētaliter hoc fit per
contrarium: eo ꝙ qui habet sto
macū siccū appetit humida: et
qui habet humidū appetit sic-
ca. Sed equalis stomac⁹ in par
uitate et magnitudine cogno-
scitur: eo ꝙ tolerat quantitatem
cibi conuenientis: et si paruus
fuerit noscitur ex tolerātia pau-
ci cibi: et si partitur cib⁹ in pau-
cas partes melius tolerat. Et
stomacus magnus tolerat con-
trarium.

¶ Cap. vij. Qd est de cōplexioni
bus testiculorum.

Signa temperan-
tie ⁊ sanitatis te-
sticulorum sumū
tur ab operatiōi-
bus ipsorū ⁊ ab
accidentibus. Et
dicimus ꝙ qui est tēperatus in
coitu naturaliter hꝫ tēperantiā
cōplexionis testiculorum. Et si
multū affectat naturaliter hꝫ ca
lidam cōplexionē testiculorum.
Et si cum hoc desiderio coniun
gitur sufficiētia in faciēdo signi
ficat humiditatem coniunctā
isti caliditati. ⁊ quidā dicunt ꝙ
qñ cōplexio testiculoꝝ est calida
ꝙ tunc est generatrix masculoꝝ
plusꝙ feminarū: ⁊ qñ cōplexio
istorū est frigida tunc operatur
contrariū. s. qꝛ piger erit in coi-
tu et generabit filias: si cū frigi
ditate coniūgatur siccitas: qua
si priuatur ab hac operatione.
Sed qui appetitū hꝫ magnū et
debilis existit in tali opatione:
ei⁹ cōplexio ad siccitatē ptinere
videtur. Sed significatio cōple
xionis horū mēbrorū ex parte
accidentiū apparentiū in sper-
mate est: qꝛ in tēperata cōplexio
ne ipsorū est sperma tempera-
tū in quātitate ⁊ qualitate. Sed
si testiculi sint calidiores debi-
to erit sperma plus in quantita
te ⁊ spissius conuenienti. Et qñ
cōplexio eorū erit frigida erit cō
trariū huius. hoc est qꝛ sperma
erit paucum et nō coctum. Et
humiditas magis cōuenit huic
opationi ꝙ siccitas. Et pili etiā
significāt super cōplexionē hoꝝ
mēbroꝝ ſm ꝙ significant super
alias cōplexiones vt dictum est
supra.

¶ Cap. viij. Qd est de signis cō-
plexionis totius corporis.

Ista sunt signa si
gnificātia sup cō
plexionē vniuscu
iusqꝫ mēbrorū pn
cipaliū ⁊ seruien
tiū eis. Et cogno
scendo istaꝝ cōparationē vnius
ad alterū faciēdo cognoscemus
toti⁹ corporis cōplexionē tēpera-
tā et distēperatā: eo ꝙ corp⁹ cu-
ius cōplo erit tēpata erit de ne-
cessitate mediocre inter maciē ⁊
grossitiē: ⁊ color erit albus mi-
xtus rubedini: ⁊ capilli eoꝝ sunt
flaui tēdentes ad rubedinē in
tpe sue pueritie: et cū sunt facti
iuuenes erūt capilli eorū nigri:
et tactus tēperatus inter calidi
tatē ⁊ frigiditatē: ⁊ inter asperi-
tatē ⁊ lenitatem. Et sensus eo-
rum erit in vltimo tēperantie: ⁊
intellectus eorū mediocris in
ter velocem et tardum: et hec est
via cognoscendi cōplexionē tē-

peratam. Sed cōplexionē que erit a temperātia indicabimus ſm multitudinē ſignorum: qꝛ illa indicabuntur ex aggregatione iſtorum ſignorum: hoc eſt ab accidentibus ⁊ operationibus: ſicut a craſſicie: ⁊ macie: et a calore pilis ⁊ aliis ſimilibus. Sed eſt ſciendum ꝙ ſignificatio coloris pilorum non verifica tur pro maiori parte niſi in temperatis climatibus: quãuis in quolꝫ climate poſſit aliqd cōprehendi comparando homines illius climatis ſibiipſis verbi gratia in theotonicis et ethiopibꝰ quando ethiopes ſunt nigri: et eorum capilli ſunt in tortuoſitate vltima: non propter hoc eorū complexio erit calida immo melius eſt attribuere hec ſigna calori extrinſeco: et dices quaſi ꝙ ſint frigidi. Et theutonici ⁊ ſclaui q̄ ſtant in terris frigidis ſunt albi: et eorum capilli ſunt flaui et plani: nec propter hoc dicendum eſt in iſtis vt eorū complexio ſit frigida: qđ eſt: quia eorū complexio eſt in vltima caliditate: quia calor clauditur in partibus intrinſecis eorum corporū: ſicut accidit in hyeme: ⁊ hoc ſufficit in ſignis ſanitatis ſm intentionem noſtram.

Theutonici Sclaui.

¶ Cap. ix. Quod eſt de ſignis ſignificantibꝰ ſuper egritudines in generali.



¶Sumach est forte in stipticitate ⁊ siccitate frigidũ i secũdo siccũ in tertio gradu:opationes sue sunt manifeste.

¶Aspaltũ:et in arabico cebeoneg:et interpretatur expellens ventositatem:illud gummi calefacit ⁊ subtiliat secundum qꝺ faciunt alia gummi:et est abstersiuum et est ex melioribus medicinis que possint esse ad aquam descendentem ad oculos et ad fuscedinem visus:que fit ab humoribus grossis:et est ex medicinis purgatiuis: que trahunt flegma a neruis et iuncturis sicut bdelium oppoponacum:et anzarat:quia hoc est proprium in gummi:et bdeliũ est in hac re quasi in primo gradu purgationis:et post ipsum est aspaltum et oppoponacum: et post ipsum anzarat:et dosis aspalti est a.ʒ.j.vsꝗ ad mediã. gũmi aspaltũ.

¶Et anzarat desiccat sine mordicatiõe ideo cõsolidat vulnera facta propter percussionẽ.

¶Satirion.i.testiculi vulpis:⁊ in arabico haldaalzahalep.calidum est cum multa humiditate:et propterea mouet coituz:

et nomina sapientium enilsalic: et enosalic iurauerunt in eorum animabus quia curat spasmum postreme partis quando bibitur eius succus cum vino nigro stiptico.

¶ Alcarsfas. i. apium est tante caliditatis quod prouocat menstrua et vrinam: et dissoluit ventositatem et inflationem: et proprie semen eius: huiusmodi est multarum specierum: et fortior omnium est que nominatur becarcalion.

¶ Et endiuia quedam est silnestris et quedam domestica. Silnestris est frigida et sicca in primo gradu: domestica est frigidior et humidior et significat hoc eius stipticitas cum amaritudine: et stipticitas maior est amaritudine. Iuuamen ipsius maximum est: quia cōfert epati a tota substantia quia dictum est quod sanat epar calidum et frigidum equaliter. Sed mihi videtur quod plus conferat calido quam frigido quia amaritudo que est in ea abstergit et aperit sine multa calefactione.

¶ Halanchat. i. cepa squilla calida est in secundo gradu: et virtutem habet incisiuā: sed non minus calefacit: et non vtimur ea nisi assata et cocta.

¶ Halscia. i. abrotanum: est herba multe amaritudinis et nocet stomaco et interficit vermes sua amaritudine et calefacit in fine secundi gradus et desiccat in tertio.

¶ Alscicelios. i. siseleos hec herba et ipsius semē habet proprietatem calefaciendi tantum donec prouocat vrinam valida prouocatione: et cum hoc subtiliat: et propter hoc confert epilenticis et cuidam egritudini nominate ortomie.

¶ Scenscani. i. fisiminū. al'. sissamū calefacit in fine primi gradus: et in principio secūdi et humectat in tertio: et eius oleū eiusdem proprietatis existit.

¶ Halgazar. i. pastinaca ipsius sunt due species. s. domestica et silnestris. Siluestris fortior existit in prouocando menstrua et vrinam. Et folia harū ipsarū pistata et supposita vulneribus corrosinis sanant ipsa.

¶ Harcaf. i. cardus: alchi: est calidum in scdo et sic. in tertio mūdificat putredinem per vrinam si in corpore adsit quādo coquitur in vino et datur ad bibēdū. Et remouet fetorem subascellarū: et quod dissoluit ex toto corpore. Et generaliter habet resistere a tota substantia quasi putrefactioni: et est medicina cibalis que dat saporē carnibus. Et iccirco vtuntur eo nobiles loco melongiarum.

¶ Allium calidum est et siccum in tertio gradu.

¶ Elmaar. ca. est et sic. in tertio gradu: occidit lūbricos in pueris et habet abstersionem: et propterea ponitur in colirijs que habent remouere vngulam et miscetur cum medicinis que dantur contra antiquā tussim et asma: et est medicina manifesta in maturādo. Et potest esse quod bōitas sue maturationis est ideo quia subtiliat materiā eo modo quo non relinquit siccitatem grossiciē nec duriciem parti remanenti. Et hec maturatio est laudabilior ceteris omnibus: quia in hac medicina non potest dici quod maturet opilando poros: eo quod abstergit. Nec potest dici quod matu ratio

hoc faciat per similitudinē cō-plexionis cum corpore huma-no:quia calidum est siccum in tertio gradu.

¶Sticados cōpositū est ex sti-pticitate cū amaritudine et aro maticitate:⁊ ideo debet poni i primo gradu rerum que calefa ciunt. Et in secundo earū que desiccant. Operationes sue se-cunde et tertie sunt aperitiue ⁊ abstersiue et confortatiue om-nium membrorum interiorum et exteriorum:et ideo vtilior me dicina est hec contra lassitudi-nem omnibus aliis medicinis. Iccirco q: lassitudo non est nisi defectus virtutis propter onus humorum.

¶Condisi.i.elleborus alb⁹ ca lidus est in quarto gradu:⁊ sic-cus i eodem:⁊ cōmouet sternu-tationem:⁊ est venenum quare non debet poni in corpore.

¶Storax calamita calida est i secūdo gradu:⁊ sicca in primo: et signum huius est quia mol-lificat ⁊ curat tussim ⁊ valet reu mati ⁊ asperitati gutturis ⁊ pe-ctoris:et prouocat menstrua quā do dibit aut ex ea sit pessariū.

¶Ficus nos fuimus locuti de eis in eo quod sunt cibus. Sed nunc dicemus in eo quod sunt medicine:virtutem habent ma turatiuam quando fit ex eis em plastrum ⁊ proprie sicce. Et sic-ce et virides habent laxare ven trem. Et decoctio ipsarum quā do multum coquunt assimila-tur melli:sed complexio sue ar-boris est calida ⁊ subtilis:⁊ pro prie lac:⁊ ideo dixit quod euel-lit verrucas ⁊ laxat ventrem:et siluestres sunt fortiores in hac re domesticis.

¶Selec.i.bleta habet virtutē bauracham:et decoctio eam re mouet:et est abstersiua et molli ficatiua:et eius succus suppo-situs in naribus dissoluit super fluitates cerebri:et in albis pl⁹ manifestatur hec virtus q̄ i ni-gris:quia nigre habēt aliquā-tulam stipticitatem.

¶Halcuba: idest fenugrecum: et est calidum in secundo et sic-cum in primo. Et propterea hz propriam virtutem mollificādi duritiem vulue.

¶Titimallus est in fine calo-ris et proprie eius lac:⁊ post il-lud semen.⁊ post illud folia:et post illō radix. Radix cocta in aceto remouet incontinenti do lorem dentium:et maxime si est dens corrosus:et quando cadit in aliqua parte oris comburit illam. Et propterea necesse est quando volumus ipsam pone re super dentes aliū dentes cir-cum tegantur quia facit cadere dentem corruptum. Lac inci-dit pilos quando superponitur et si multotiens superponatur euellit et priuat. Ualet etiā con tra omnes verrucas ⁊ oēs fistu las:⁊ hoc totū faciūt semina ⁊ folia:sed debilius.

¶Cathira idest dragagantum virtutem habet conglutinati-uam:frangit acumen rerū acu-tarum : neq̄ desiccat: vt alia gummi.

¶Alchace.i.lactuca:hec herba substantie est humide cum mo-dica frigiditate ⁊ substantie sic ce est siluestris:sz domestica ha bet substantiam aquosam:⁊ p-pter hoc maturat apostemata calida:sed non frangit lapides existentes in renibus:et ob hoc ponimus ipsam in primo gra-du:frigiditatis et temperatam

inter humiditatem ⁊ siccitatē.
¶Hupnephatahalep.idest vua
vulpis que in latino nomina=
tur vua canina vel maruella fri
gida est et sic.in scđo gradu.
¶Haltuelep.i.mulsa:in lingua
hyspana ⁊ est viriditas inuēta
suꝑ aquā:frigida ⁊ humida est
in gradu tertio.
¶Halduchal.i.dactilariū: om=
nes partes ipsius dactilarij sti=
pticitatem habent manifestaʒ:
sed fructꝰ eiꝰ cū est maturus ali
quā habet caliditatem:cortices
vero arboris maiorem habent
stipticitatem alijs partibus ip=
sius.
¶Heufericon idest ypericō neli
fricon.al'.mellisicon: ⁊ quidam
appellant hanc herbam cordia
lem:eo quia assimilatur cordi:
calida est cum subtili substan=
tia:ideo prouocat vrinā:sed de=
bemus vti folijs ⁊ non semine:
facto emplastro; super combu=
stioneʒ ignis sanat. Siccata ve
ro ⁊ puluerizata posita suꝑ sor=
diciem sanat:⁊ q̄dā dant ipsam
contra sciaticam.
¶Halcusa.i.ysopus calida est
⁊ sicca in tertio gradu:cū subtili
substantia:et est ex rebꝰ magis
iuuatiuis ad aperiendas oppi
lationes ⁊ ad subtiliandūʒ hu=
mores.
¶Lens habet frigiditatem nō
fortem:et est temperata inter ca
liditatem et frigiditatem:et est
sicca in secūdo gradu:decoctio
ipsiꝰ laxat ⁊ medulla ipsiꝰ strin
git:⁊ idcirco q̄ vult stringere vē
trem debet coquere lentes plu=
ries in aqua:et proiecta ea post
modum ponere aliam et strin=
gunt.
¶Ualeriana:vel fu.que bñ aro
matica est:equalis est virtuti=
spice. Sed melius valet ea in re
bus pluribus:quia plus ꝓuo=
cat vrinam spica.
¶Halcherina.i. galbanū cali=
dum in principio tertij gradus
est:siccum in principio secūdi:
habet virtutem dissolutiuam ⁊
mollificatiuam.
¶Camedreos ca.est ⁊ sic.in se=
cundo gradu:et significat hoc
amaritudo cum acumine:⁊ pro
uocat mēstrua ⁊ incidit humo=
res grossos ⁊ exopilat mēbra in
teriora.
¶Bescarcoron.i.psiliū frigidū
est in secūdo gradu et medium
inter siccū ⁊ humidum.
¶Camepiteos calidū est in se=
cūdo:⁊ sic.in tertio: dominans
in sapore ipsius est amaritudo
cū acumine:valet ytericie que
fit ex opilatione ⁊ ꝓuocat men=
strua ⁊ vrinam.
¶Cinis rerum cōbustarum est
cōpositus ex 2ͥrijs rebus hoc est
ex partibus terrestribus ⁊ par=
tibus propinquis nature flu=
xus que lotione remouet':et re=
manet pars terrestris desicca=
tiua sine mordicatione et cine=
res diuersificantur secundum
diuersitatem rerum ex quibus
fiunt.
¶Fumꝰ omnis est calidus de=
siccatiuus. Et quamuis fumus
habeat hanc complexionem:ta
men semper ꝑmanet in eo vir=
tus rei ex qua est fumus:ꝓpter=
ea vtimur in medicatiōe palpe
brarum inuersarum fumo thu=
ris ad generandum bonam car
nem et ad faciendum nasci pi=
los palpebrarum:et vtimur in
medicatione oculorum aposte=
matorum propter decursum hu
morum. Et fumꝰ mirre est simi=
lis fumo thuris:sʒ fumꝰ thuris

est aliquantulum fortior. Fum⁹ terbentine est fortior. al'. similis fumo picis.

¶ Capitulum. xliij. Quod est de medicinis que ex mineris sunt.



Ucusq; locuti sumus de vna parte medicinarū terre nascētium que magis vsitate sunt in arte medicine scdm qd testificatū est a G. ⁊ alijs: ⁊ ɔpendiose locuti sumus. ideo quia posuimus ea quasi exempla alijs que assimilātur eis in qualitatib⁹ supradictis: excepto in ꝓprietatib⁹. Deinceps volumus loq̄ de medicinis q̄ appropriant' mineris.

¶ Thitinacruz. i. terra sigillata est frigida ⁊ sicca cū stipticitate temperata valet contra venenū abscindit sputum sanguini et dissinteriam que prouenit ab intestinis ⁊ epate: ⁊ desiccat parua apostemata quādo supponitur eis.

¶ Thitarmin. i. bolus armen⁹ frigidus est ⁊ siccus fortis stipticitatis: valet contra fluxū vētris ⁊ sputū sanguinis desiccat apostemata pulmonis ita qd indurat apostemata: ⁊ sic preseruat i firmū ne moriat': ⁊ maxie qñ incedit ad habitādū regiones calidas: ⁊ valet cōtra egritudines pestilētiales.

¶ Scedeneg. i. lap; emathitis. ⁊ dicit' lapis sanguinis. frigide ⁊ sicce complexionis existit: ⁊ cōfert grossitudini palpebrarū qñ est abluta desiccat vlcerationes oculorū.

¶ Telea stelle. i. tarch. frigida ē ⁊ sicca tēperate ⁊ est minoris stipticitatis aliarū thit. terrarꝫ seu lutorum.

¶ Thalmogra. i. bolus ecū quo tinguntur muri seu parietes frigide ⁊ sicce ɔplexiōis existit: necat lumbricos seu vermes intestinorum.

¶ Algetin. i. gipsum: desiccat et cōsolidat: ⁊ confert incisioni arteriarum quando miscetur cum albugine oui: ⁊ puluere molendini: ⁊ cū pilis leporis minutissime incisis: et ponit' sup incisionem.

¶ Harsiregalroscar. i. calx plumbi ⁊ in latino cerussa noiat'. frigida ē ⁊ sicca. desiccat vlcera absq; mordicatione.

¶ Almura. i. calx viua dicitur ⁊ ē calx lapidis fortis: existit multe calefactionis: ⁊ mortificat carnem ⁊ quando abluitur plurib⁹ vicibus cū aqua desiccat vlcera sine mordicatione: sed hec terra hic apud nos non inuenit'. Sz tamen illa cum qua nos sigillamus cartas nostras quādo abluimus ipsam nō est longinqua ab operationibus dictarum terrarum.

¶ Sangnis draconis frigidus est ⁊ sicc⁹: valet contra grossiciē palpebrarū: ⁊ lotus remouet maculā oculi.

¶ Lapis lazuli purgat melēcoliam: ⁊ valet melencolicis: et est vehemētis purgationis ⁊ timorose: ⁊ dosis est a. ʒ. 5. vsq; ad vnā cū multis refrenantibus: ⁊ puluerizatus super palpebras facit nasci pilos: quia minuit humores calidos: eo quia abstergit: et cum eadem habet stipticitatē: ⁊ ideo facit oriri pilos quia remouet humores calidos: et reddit membrum ad pristinam cōplexionē.

¶ Lapis spōgie frāgit lapidem solū in renibus.
¶ Antimonium frigiditatē habet cum stipticitate: ꝛ cōfert caliditati ꝛ humiditati: que existit in oculo: ꝛ desiccat lachrymas: ꝛ mundificat vlceratiōes oculoꝝ: ꝛ est habēs ꝓprietatē cōfortādi oculum in omnibus suis qualitatibus.
¶ Litargiriū: ꝛ in arabico dicit merdasengni temperatū est inter caliditatē ꝛ frigiditatē ꝛ desiccat: ꝛ est in eo aliqua corrosio: ꝛ facit in eo generare carnē i vlcerib⁹ humidis.
¶ Tutia fit in fornace i qua depurat es: desiccat sine mordicatione: ꝛ maxime qñ abluit ꝛ desiccat lachrymas: ꝛ abscidit materias que discurrūt ad oculos.
¶ C limia auri ꝛ argenti ambe sunt frigide ꝛ sicce. Sed auri siccior est ꝛ magis abstersiua: ꝛ qñ comburitur et extringuitur, est sine mordicatione: et generat carnem immaculatam oculorū ꝛ illa generaliter est laudabilis que ascendit ex fumo quando dissoluitur aurum vel argentū.
¶ Ueffar. i. ferrum est vehementis siccitatis quādo multū terit ꝛ īfunditur in aceto pluries vel in lacte caprino aceto sovalet cōtra limositatem stomaci: ꝛ cōtra dolorē splenis ꝛ passionē ani. et facit nasci carnē in aurib⁹ vlceratis.
¶ Sal scdm oēm spēm cal. et sic. stipticitatē hꝫ cū abstersione: et baurac maiorē habet abstersionē propterea plus laxat ventrē.
¶ Carnid. i. arsenicū vel auripigmētū vstinū est: ꝛ qñ cōburitur est subtilius. Et ex eo fit cōpositio que remouet pilos.
¶ Albufat. i. sulfur. hꝫ virtutē attractiuā cū cōplexione calida ꝛ substātia ꝛ subtili ꝛ eo resistit venenis animaliū quādo pulverizatur ꝛ spargitur loco morso aut incorporatur cū sputo oleo melle aut visco ꝛ curat scabiem.
¶ Alceg. i. vitriolū omnes tres sue species hñt virtutem cōstrictiuā cum stipticitate ꝛ diuersificantur in subtilitate ꝛ grossicie: quia grossius est rubeū: post illud cholcotar ꝛ post illud viride: ꝛ rubeū ꝛ viride est quasi materia cholcotar: ꝛ talis comparatio cholcotar ad viride. Et dicit Gal. quod quando iuit ad insulam cādie. i. romanorum intrauit quādam minerā et inuenit tresvenas: in infima vena inuenit vitriolū rubeū: et post illam cholcotar: ꝛ post illam erat viride: ꝛ hec ordidnatio locorum significat super hoc quod dixim⁹, ꝛ rubeum est minoris mordicationis viridi ꝓpter grossiciem sue substantie: et rubeum et viride non dissoluūtur: quia rubeum est induratum induratione lapidea: ꝛ viride est nimis coctum. Sed cholcotar liquefit. Gal.
¶ Plumbum quod dominatur in suis partibus est substantia frigida ꝛ humida: propterea qꝛ frigiditas est que ipsum congelauit: ꝛ ideo quando pistatur in mortario cum aliquibus liquoribus vel aliquib⁹ oleis vt oleo rosato refrigerat: et valet cōtra apostemata testiculorꝫ et ani et contra cancrum: et facit cessare materias discurrentes ad aures et pedes. Et quādo fit ex eo lamen et ponitur super femur priuat coitum: sed multū ledūtur instrumēta spermatis: et laminatum subtiliter et superpositū neruo torto et grosso dissol

nit et rectificat: et hoc qd dissol-
uit sigt q habet virtutem disso-
lutiuā cōparādo ipsuz carni ho
minis: quamuis dominetur su
per ipsius complexionem frigi-
ditas.

¶ Testa virtutem habet abster
siuam et desiccatiuam et proprie
testa furni.

¶ Arsenicū rubeum vel auripi
gmētū rubeū est eiusdem virtu
tis alteri⁹ auripigmēti: eo q hz
virtutē mollificandi.

¶ Alseep. i. alumē: hec medici
na est maxie stipticitatis: et pro
pter hoc denominata est in lin
gua greca abhoc: et sunt ipsius
multe species: et oēs sunt mlte
grossitudinis: et qd subtili⁹ est:
est illud de turchia.

¶ Calcucecaumenon. i. es vstū
habet intensum acumen cū sti-
pticitate: iō qz lauatur p remo-
tionē partis fumose: tunc fiunt
medicine cicatrizatiue i corpo-
rib⁹ et mēbris duris: non est ne-
cessaria lotio.

¶ Tubel. i. lamen eris subtilis
est subtilioris substātie ereusto:
et propter hoc ipsum in colirijs
ponimus: quia habet maiorem
abstersionem et siccitatem quā
galla.

¶ Lazacalaap. i. consolidatura
auri: et i arabico dicitur cūbar:
et sunt duarum specierum: vna
est ipsi⁹ vene: vel minere: et alia
fit in mortario eris: et pistello
eris cum vrina pueri: tempore
caloris terendo vel conquassan
do: et illud est melius quod fit
in mortario eris rubei: et eius
virtus est dissolutiua absque
graui mordificatione: et desic-
cat: et quod factum est maioris
est desiccationis illo: quod est
ex vena: et minoris mordicatio

nis: et quando comburitur qd
est ex minera est subtilius.

¶ Zimar. i. viride eris magnuz
habet acumen: et corrodit carnē
ppterea non debem⁹ vti eo nisi
in indigentia diminutiōis car-
nis. Sed in vulneribus simpli-
cibus non est vtendum eo: quia
non consolidat: nec carnem ge-
nerat. ¶ Hucusqz diximus de mi-
neris compendiose. Sed dein-
ceps volumus dicere de carne et
eius humiditate.

¶ Cap. xliiij. Quod est de diuer
sis operationibus lactis ſm ei⁹ De la
diuersitatem: et de eis. cte.



Ac dulce quod est
boni saporis inqz
tum est medicina
valet cōtra discur
sum humorꝝ acu-
torꝝ mordētiū: qz
lauando membra et adherendo
eis prohibet malorum humorū
contagium: sicut facit etiam al-
bumen oui: et non valet lac in
his que diximus nisi recēter tra
hatur ex mamillis si esse potest.
Ideo quia recipit citius immu-
tationem omnibus alijs rebus
ab aere: similiter permutatur in
distemperatis corporib⁹ ex ma-
lis humoribus: et acescit vel ca-
seatur in stomacho frigido: aut
fit fumosum in stomaco calido
et replet cerebrum. Sed si cor-
pus est mundum nihil est con-
uenientius eo ad restaurandū:
quod dissolutum est ex mēbris
radicalibus: et proprie lac mu-
lierum. Secundo lac asinarum:
et post lac caprarum: et ideo est
lac magis iuuatiuum omnibus
alijs rebus ethicis: et hoc est pro
pter ea: quia est materia similis
prime materie ex qua est humi-
ditas radicalis: et ideo nutrimē

tum bonū corpore existit: et melius est illud quod est ꝓpe partum.i.post duos menses: et non habet in se operationem nutriendi: humectandi: et abstergendi: nisi qꝫ est cōpositum ex diversis substātijs: hoc est subā terrestri caseata: et propter hanc stat: et substantia aerea propter quam humectat et nutrit: et substantia aquea declināte aliquantulum ad subtilitatem propter quam abstergit naturam: et non solum abstergit: verum etiam laxat vētrem bona laxatione: quia mundificat lauando superfluitates putridas: et apostemata interiora que sunt saniosa. Et quando extinguitur ferrū cādēs mūdū ab erugine vel lapides marmorei in ipsum multotiens. valet contra fluxum ventris. sed ferrum est melius propter suam stipticitatem. Et in summa omnes species lactis valent obtalmie oculorum que accidit ex reumate calido: et confert etiam apostematibus matricis et ani que generātur ab humoribus calidis mordentibus. Et quādo miscemus ipsum cum medicinis mitigatiuis sicut est medicina que recepta est a fornace vbi effunditur es: confert vlceribus cancrosis. Et nocet lac vlcerationi vel cancerationi oris. Et gargarizatum et retentum in ore confert: et mitigat dolores ibi existentes: quia dolorem mitigat: et valet passioni amigdalarum et vulue. al'. vuule: qꝫ eius substantia est munda ab oī acumine et mordicatione: et est supremum iuuamentum ei qui bibit cantarides.

¶ Cap. xlv. Quod est de opatio nibus casei.



Aseus vetꝰ est ca. et sic. ꝓpter salē et coagulū et multū valet ꝯtra dolorē iūcturarū. Et emplastrum ex eo factū mirabilē hꝫ virtutē maturādi apata dura.

¶ Cap. xlvj. Quod est de virtutibus butiri.



Utirū hꝫ ꝟtutem maturādi: et qđ est coctū hꝫ maiorez ꝟtutē ſm maturitatē et caliditatē i corporibꝰ duris: et hoc ē ꝓp salē q̄ ponit̄ i eo qn̄ coquit̄. Et qđ nō ē coctū plus maturat apata q̄ sunt in radicibꝰ auriū et i locis mollibꝰ. Et qn̄ miscet̄ cū melle fit ide lohoc: et ꝯfert screatibus existētibꝰ in pectore et pulmone.

¶ Cap. xlvij. Qđ est de opatiōibus coaguli.

Oagulū vlr̄ ē ca. et sic. et subtile: dissoluit sāguinē et pinguedinē q̄ coagulata i stōc bibitū cōstipat vētrē: et dꝫ dari i fluxu ꝓp suā ꝓpetatē cui sūt occlte sut cāe iō qꝫ hec ꝓprietas ē certificata si supponat̄ coagulū calidū super ventrē puerorum sanat: et potest eē qđ hec opatio fit ꝓp ea: qꝫ coagulat humores et indurat.

¶ Cap. xlviij. Qđ est de opatiōibus ouorum.

Uia locuti sumꝰ đ his inqꝫtū sunt cibi: loqui volumꝰ modo de his inquātū sunt medicine. Et dicimus qđ albugo oui galline est magis mitigās aliare in mordicationibus: et ideo vtimur ea i doloribꝯ oculorū: in apatibꝰ ani: i apatibꝰ inguinū: et De ouis

z admiscet cū medicis q̄ abscindūt sāguinē q̄ supfluit a pānicu lis cerebri. Et vitellū ē substātie albuginis silr. Et iō facimus ex toto ouo medicinā postq̄ admiscet oleū rosatū ad medicationē rerū supradictarū: z maxime in medicatione mēbrorū neruosorū et musculosorū sicut cubitorꝫ et iūcturarū digitorū: manuū et pedū z apātib⁹ auriū. Et noni ponūt in hac medicatione vitellū sine albugine: q: nō intendūt mitigare dolorē nisi cū aliquantula maturatione. Et oleū vitelli est supremū iuuamē sup pinguedinē anseris et galline i mitigatiōe dolorū neruorū et similiū. Et qñ coquit ouū ₰m sui totalitatē cōfert multū cōtra materias putridas que discurrūt ad stomacū z ad intestina. Et si coquit ouū cū aliijs medicinis cōstrictiuis vētris multū fortificat eas. Et ouū positū sup locū cōbustū ab aq̄ feruēti multū vꝫ. Et oua recētia cocta i aq̄ valēt asperitati pectoris z pulmōis. Et cortex oui trit⁹ z cōbust⁹ subtiliter pulerizat⁹ z sup sparsus vꝫ cōtra albuginem oculi.

¶ Cap. xlix. Qđ est de fellibus.



Omnia fella calida sunt et sicca z eorum magnitudo sequitur colorem et siccitatez: et eorum paucitas sequitur bonam temperantiam: et longitudinem vite. Et ponuntur in collirijs que faciūt abstersionem. Et proprie volucrum fella. Et est necesse eligere fella animalium que non sunt infirma. Et fella mariū et quod plus queritur in medicinis est fel galli veteris.

¶ Capit. l. Quod est de vrinis.



Vrine omnes habent acumē bauracinum cum abstersiōe: et ideo soluūt sordicies antiquas.

¶ Cap. li. Qđ est de proprietatibus stercorū.



Stercus albū canis hꝫ proprietatē in squinantia. Stercorū. ¶ Sterc⁹ muris i strat in suppositorijs que mouēt vētrem puerorum.

¶ Stercus bouinū cōfert ydropicis in modū emplastri.

¶ Stercus gallinaceū valet ad suffocationē que ꝓuenit a malis fungis comestis: iō q: facit eos euomi: a dꝫ propinari distēperatū cū aceto z aqua.

¶ Sterc⁹ lupi valet z cōfert passioni colice bibitum aut emplastratū: vel susp ensum testiculis.

¶ Stercus colūbinū valet frigidis passionib⁹ mēbrorꝫ: sicut podagre z dolori emigraneo z dolori oui: z dolori laterū: z ypocūdriorū: z spatularū: z iūcturarū.

¶ Cap. lij. Qđ est de carne tyri.



Testificatur Gal. et alij: quod caro tyri curat lepram z ideo ponitur in tyriaca: et prima virtus istius carnis est calefacere et desiccare: et curat hanc egritudinem: propterea quia pellit hanc materiā venenosam ad cutem corporis: et propterea bibentes cadūt in passionem tyrie: hoc est excoriationē cutis primo postea solidantur.

¶ Ca. liij. Qđ ē de pinguedine.


Uod manifestius est in ipsa est calor cum multa humiditate: quãuis diuersificetur ?m diuersitatem aiã liũ. Et calidior et siccior est pinguedo leonis. Et post illã in siccitate est pinguedo bouis. Et pinguedo vituli est temperata. Et pinguedo capre bona est: et est humidior bouina. Et pigue do anseris: et gallie est subtilior aliis pinguedinib⁹ ꝛ propterea magis mitigatiua.

¶Cap. liiij. Quod est de medullis.

de medullis


Mnes habẽt virtutem mollificãdi et dissoluendi duriciẽ lapideaꝫ que fit in mẽbris duris: et melior omnibus est medulla ossis azal: et post illam medulla vituli.

¶Capitulũ. lv. Quod est de proprietatibus plurium aliarũ medicinarum.


Rodium gallorũ veterum ventreꝫ laxat: ꝛ brodium iuuenis galline tẽperat cõplexionem.

¶Cancri vsti valẽt morsui rabidi canis propter eorum proprietatem.

¶Usus carniũ passerũ frangit lapidem.

¶Spuma marina habet virtutẽ abstersiuã ꝛ mundificatiuaꝫ cũ qualitate calida.

¶Iste sunt medicine testificate a Gal. dicẽte ꝙ expert⁹ fuit ipsarũ ?tutes. Sꝫ inueniunt manifeste alie medicie apd medicos q̃ nõ sunt testificate a Gal. sicut sunt mirobalanorꝫ. v. species: vt sunt citrini: chebuli: indi: belirici: et emblici. Eorum prime virtutes sunt frigide in pmo gradu ꝛ sic. i tertio: qꝛ cõpositi sunt ex suba terrestri frigida: et suba terrestri adusta. Sꝫ plus attinẽt terrestreitati ꝛ adustiõi q̃ꝫ terrestreitati ꝛ frigiditati: ꝛ sigt hoc stipticitas quã habẽt cũ amaritudine. Proprietates kebulorũ est purgare melencoliam suauiter et desiccare flegma sui qualitate: ꝛ sunt in principio medicinarũ que purgãt hos humores Et talis proprietas est indorꝫ sꝫ dicit ꝙ sunt magis ppꝛij in purgãdo melẽcoliã adustã: ꝛ ppter ea ponunt in passiõib⁹ capitis q̃ veniũt a stomaco: ꝛ ideo qñ ꝓpinant vsu lõgo bonificant sensus ꝛ clarificãt cogitationẽ: ꝛ tardãt caniciẽ. Et ꝓprietas citrinorũ est purgare colerã suauiter. ꝛ dosis vniuscuiusqꝫ sube illorꝫ est a. ʒ. iiij. vsqꝫ ad. vj. ꝛ in decoctiõibus a. vij. vsqꝫ ad. x. Et medici miscẽt eos cũ cassia fistula ꝛ turbith: sed nesciũt modũ medẽdi. Sꝫ dicit ꝙ belirici suauiter purgãt colerã: sꝫ nõ d: ab aliquo ꝙ purgẽt emblici. Sꝫ verũ est ꝙ cõfortãt appetitũ: ꝛ sedãt cõsuetudinẽ sputi: ꝛ valẽt vomitui: ꝛ bonificãt mentẽ ꝛ curant emorroydas: et auferunt sitim: ꝛ augmẽtãt coitũ. ergo videtur ꝙ habeãt aliquãtulã humiditatẽ.

¶Cheisir. i. absinthiũ minus: vel abscinthiolũ: hec est de genere virtutis absinthij: ꝛ est cõpositũ ex substãtia stiptica ꝛ amara. valet in fe. post digestionẽ factã sicut valet absinthium.

¶Balador. i. anachardi calidi sunt in fine quarti gradus: ꝛ sic. in fine tertij: ꝛ valent cõtra epilentiã

Gal.

lentiā:et apoplexiam.restaurāt virtutem conseruatiuā ꝛ memo ratiuam cerebri: etiam quando prostrate sunt propter multam humiditatem.

¶Behenlum.i. been calidū est et humidū:stomacū calefacit: ꝛ instrumenta spermatis tempe- rat:et fortificat virtutē concupi scibilem coitus : et prestat sper- ma:ꝛ valēt contra humores me lencolicos.

¶Terregebim.i . manna est ex speciebus antique māne q̄ pro- uenit a partibus superioribus syrie vel indie:et est similis zuc caro in suis virtutibus calida ꝛ humida in primo gradu:ꝛ eius proprietas est purgare suauiter colerā:ꝛ est debilior aliis purga tiuis : ideo datur in passionib⁹ calidis: anteq̄ etiā appareāt si gna digestionis.

¶Tamarindi frigidi sunt i ter tio:ꝛ sicci in secūdo gradu:q: cō positi sunt ex substantia aquea mixta cum aliquātulo calore:et tāto q̄ subtiliat partē aqueā: et est sicut instrumentuz vt ipsam penetrare faciat:propterea sunt in fine acetositatis. purgāt sua uiter colerā.Dosis ei⁹ est a dra- gmis decē vsq̄ ad quindecim:ꝛ icirco q: habent aliquantuluz stipticitatis:valent stomaco co- lerico.

¶Georhoa.i.nux muscata cali. est et sic.in scōo gradu mundifi cat stomacū ab humorib⁹ putri dis et fortificat ipsum et valet contra frigiditatē epatis et sple nis.

¶Lapis de becahant estvalde manifesti iuuamenti oib⁹ spe- ciebus venenorū:ꝛ proprie mor sui scorpiōis:ꝛ ei⁹dosis est quar ta pars aurei vnius.

¶Lapis de zadnagar cōfert ol fluxui sanguinis vndecūq̄ ꝑce dat:ꝛ q̄ncunq̄ propinatur vene natis ad bibendū anteq̄ vene- nū veniat ad cor liberat. Et ei⁹ dosis est exagium vnum.

¶Smaragdus d: q̄ valet con- tra oīa venena:ꝛ specialiter con tra venenū serpentū:ꝛ ei⁹ dosis est pōdus nouē granorū ordei: tritū super lapidē ꝛ mixtū cū la- cte amigdalino et aqua violarū ꝛ modico aceto. Et scias q̄ illis qui biberint in principio super ueniunt multa mala accidētia nō minora accidentibus vene- ni: sed subito sanabūtur postea taliter q̄ in eis non remanebit aliqua debilitas nec aliqua di- scrasia. Et abscindit fluxum an tiquum cuius causa est occulta: Et non facit tunc tam fortia ac cidentia sicut facit venenatis:ꝛ etiā suspensum supra stomacuz valet.

¶Lapis bacthic.i.corniola tē- peratus est.abscindit sanguinē mēstruū: ꝛ facit redire dētes ad propria loca in ore retēt⁹ : ꝛ hoc totū est a proprietate.

¶Margarite frigide sunt ꝛ sic- ce:ꝛ valēt multū cōtra passionē cordis remouent tristitiā ꝛ recti ficāt visum impeditū ꝑpter hu miditatem.

¶Chiarzabar.i.cassiafistula vł karabe de india : purgat colerā adustā: extinguit acumen san- guinis dissoluit apata : et sper- ma purgat suauiter sicut tama rindi aut parū fortius.dosis ei⁹ est sicut de tamarindis.

¶Auis que dicitur in arabico canabir.et est laudula capellu- ta quando coquitur et comedi- tur continue cōfert passioni co- lice.

¶ Uermis nominatus bratim et quidã noiantutartama pista-tus et positꝰ neruo inciso cõfert illi mirabili iuuamento.

¶ Cap. lvj. Quod est de rebus marinis.



De rebus nascen-tibꝰ in mari: qua-rũ iuuamẽta sũt manifesta: sunt hec. s. cãphora in-dica que ĩ arabi-co noiatur colforalgent calefa-cit ⁊ desiccat in secũdo gradu: ⁊ cõsolidat vulnera ignita.

¶ Spongia marina in ea inue-nitur virtus desiccatiua: et ipsa est medicina bona humiditati-bus exterius extractis.

¶ Benlenizam. i. belenzan vel petrozam calida est et sic. in se-cũdo gradu: valet stõ hũido aro-matizat odorẽ oris confortat di-gestionẽ: fortificat neruos: inge-rit coitum.

¶ Lapis de bezedar qñ de ipso fit coliriũ cõfortat visum et con-seruat ipsum: ⁊ remouet offusca-tionem vel tenebrositatem ocu-lorum.

¶ Caniabar: calidũ est in secũ-do gradu: ⁊ sic. in primo abster-siuum existit: et resoluit grossas ventositates: et confert morsui animaliũ venenosorũ: ⁊ eiꝰ pro-prietas est resoluere vẽtositates matricis: ⁊ abscindit vomitũ: et folia ipsius aromatica existũt: ⁊ ponitur loco dedarseni.

¶ Sebestẽ calidũ est in p̄io gra-du ⁊ humidũ ĩ scđo: purgat sua-uiter superfluitates colericas: ⁊ mitigat acumẽ sanguinis lenit asperitatem pulmonis: confert stricture anhelitus ⁊ qñ coquit donec inspissetur: ⁊ ex aq̃ decoctio-nis fiat embrocatio super tyriã et alopiciã facit nasci pilos.

¶ Sarudotes: ca. et sic. est ĩ scđo gradu recepto fumo suo dissol-uit supfluitates cerebri: ⁊ vz ĩ reumata frigida: appositũ sup obtalmiã: oculũ abstergit mira-bili abstersione: ⁊ valet cõtra do-lorẽ dentiũ: ⁊ cõtra corrosionem gingiuarũ.

¶ Sene calidũ est ⁊ siccũ in se-cũdo gradu: eius virtus est pur-gatiua: purgat em̃ hũores adu-stos ⁊ etiã humidos suauiter: ⁊ non est potẽs trahere humores viscosos: et eius virtus est ꝓpin-qua virtuti agarici: hoc est in at-tractiõe. Sed agaricũ hꝫ ꝓprie-tatẽ trahendi humores grossos et sene hu. adustos. dosis eiꝰ est a. ʒ. j. vsqꝫ ad. ij. in decoctiõe a. v. vsqꝫ ad. vij.

¶ Scealmese. i. gallia muscata calida est et sicca stiptica: et con-fortat mẽbra: ⁊ stringit ventrẽ: ⁊ curat vomitũ.

¶ Secacul. i. iringi calidi sunt ⁊ humidi: augẽt sperma: ⁊ prouo-cant coitum.

¶ Sandali qđ est frigidioris cõ-plexiõis oim̃ specierũ est rubeũ: eo ꝙ frigidũ est in tertio gradu et siccũ in scđo: sed maioris aro-maticitatis est citrinũ: ⁊ est fri-gidũ in scđo gradu ⁊ siccũ ĩ pri-mo: ⁊ ꝯfert bibitũ magne calidi-tati ⁊ cardiace calide: ⁊ prodest emplastratũ stomaco calido: et apostematibus calidis.

¶ Tabaisis. i. spodiũ: carbo est nodorũ arundinũ adustarũ in-die frigidũ est ⁊ siccũ in tertio gradu: ⁊ eiꝰ ꝓprietas est remo-uere caliditatẽ ⁊ inflãmationeꝫ colere: ⁊ cõfortat stomacũ: ⁊ con-fert cardiace calide.

¶ Lignũ aloes calidũ est ⁊ sic. in scđo gradu. Gal. dixit in li-

bris expertis: q: hz virtutē darse nicā: sed aliquantulum plus q: hz ꝓprietatem exiccādi humiditatem stomachi: ꝛ ꝓpter amaritudinem ꝛ stipticitatem cū ipsi⁹ magna aromaticitate valet sup oēs medicinas alias membris pncipalib⁹ remouet tristitiā: ꝛ cardiacam humidā: ꝛ valet contra oīa venena: eo ꝙ cōfortat oēs ꝟtutes: ꝛ valet cōtra omnia reumata frigida.

¶Ambra est vna ex specieb⁹ cāfore que oritur in fontib⁹ maris et natat super aquā maris: ꝛ melior omniū est illa que in arabico dr ascap. calida est et sicca in scdo gradu: cōfortat cerebrū ꝛ stomacū ꝛ cor ꝛ oēs sensus: valet senibus ꝛ in frigiditatib⁹: valet ꝯ ventositatem intestinoꝝ: supposita neruis eos fortificat: resistit magne pestilentie aeris bibita: et etiam odorata.

¶Iuiube ꝛ in arabico noiatur anep. hāc medicinā noiat Gal. tñ de ea nullā sciuit ꝓprietatem sed medici de baldac dicūt ꝙ reprimūt acuitatem sanguinis et colere: ꝛ cōferunt asperitati pectoris ꝛ pulmonis a tota suba: cōplexio ipsaꝝ est frigida in primo ꝛ humida in scdo: ꝛ propter hoc reprimunt acuitatem.

¶Cauffer eius virtus est virtus sandaloꝝ: excepto quia qñ de eo potatur ab. j. aureo vsq ad ij. laxat.

¶Gariofili calidi sunt ꝛ sicci in scdo gradu: ꝛ attingunt tertiū: ꝛ isti cōfortant omnia mēbra principalia: valent contra passiones frigidas: ꝛ constipant ventrem. Et dicit Gal. ꝙ eorum proprietas est confortare virtutem digestinam.

¶Halhabat. i. basilicon gariofilatum: ca. est ꝛ sic. in scdo gradu: aperit opilationem cerebri: valet contra cardiacam humidam et contra melencoliam: ꝛ contra emorroydas.

¶Cardamomum ca. est ꝛ sic. in scdo gradu: valet ꝯ opilationes epatis: ꝯ lapides renū: ꝛ lassitudinem membroꝝ: ꝛ contra frigidos dolores: ꝛ cōfortat stomacū multū: ꝛ remouet sincopim ꝛ vomitū qñ bibitur cū vino maloꝝ granatorum.

¶Camphora frigida est ꝛ sicca in tertio gradu: ꝛ est subtilis substantie: ꝛ resistit putrefactioni q̄ fit ex materia calida: stringit fluxum colericum: priuat coitū potenter: ledit stomacum non calidum multum. Cāfora strigit fluxū colericū

¶Lacca ca. est et sic. in principio secundi gradus: valde est manifestum ipsius iuuamentum in confortatione epatis: et in apertione suarū opilationū: et valet contra dolorem renum et vesice: ꝛ augmentat coitū: dosis eius est dragma media vsq ad vnam.

¶Muscus ca. est ꝛ sic. in fine secundi gradus mirabilem hz ꝓprietatem in confortando cor: et valet cōtra surditatem auriū et stupefactionem corporis: ꝛ contra oēs egritudines sincopis et cōfert grosse ventositati intestinorum: et suffocationi matricis: et contra melencoliā: et auget coitum.

¶Linzehalafor. i. lingua auis cōfert cardiace ꝛ mouet coitū.

¶Gesemini. i. viola vltramarina calida est ꝛ sicca in fine secūdi: prodest senibus et refrigeratis: valet cōtra dolorem capitis qui fit ex humoribus frigidis ꝛ grossis.

¶ Cap. lviij. Quod est de mō cōpositionis medicinarum.

Ucusq̄ locuti sumus breuiter de cibis ⁊ medicinis simplr̄ manifestis. Deinceps volumus narrare modos cōpositionis. Et dicim⁹ q̄ necessitas que nos inducit ad cōpositionē medicinarū simpliciū pueniit a tribus rebus. Una est quia multotiens nō inueniūtur in vna medicina simplici omnia q̄ nobis sunt necessaria a virtutib⁹ pp̄ter quas cōpletur medicina aut dieta. al's cōseruatio. Scd̄a est quia q̄uis nos inueniremus ipsam forte nō indigemus ea scd̄m eādem virtutem: sed scd̄m pl⁹ aut minus. Tertia est q̄z erunt in illa simplici virtutes q̄ non sunt nobis necessarie scd̄m intentionem nostrā: neq̄ per medicinaz neq̄ p dietam alias cōseruationem: vel forte erūt virtutes q̄ nō intrant aliquam medicinā vel cōseruationem. Prima istarum trium cōsideranda est in illis locis q̄ nō possent curari nisi qualitatibus cōtrarijs vel diuersis: et hoc accidit aut pp̄ter diuersitatez cause ab egritudine: aut pp̄ter diuersitatē nature egritudinis ab accidente: aut pp̄ter diuersitatem egritudinū inter se: aut pp̄ter diuersitatem cōplexionis causarū cōpositarū: aut propter diuersitatem egritudinis a natura mēbri pp̄ter suam cōplexionem: aut pp̄ter suū principatum: aut pp̄ter suū locū: aut propter suā colligantiā. Exemplū diuersitatis cause ab egritudine est sicut fe. putrida ex humorib⁹ grossis: q̄z illa ex parte male qualitatis calide: ⁊ sic indiget medicina infrigidatiua ⁊ humectatiua: ⁊ ex parte humoris putridi grossi indiget re subtiliāte vt exiccet et maturet. Et in hoc eodem gn̄e ingreditur repercussio ⁊ dissolutio q̄ necessaria est tēpore augmēti in apatibus: et pp̄terea indiget medicus in talibus locis: vt sciat vti istis medicinis mixtis ⁊ repercussiuis: et resolutiuis. Et cadit dubium in operationibus medicinarū cōpositarū ex diuersis v̄tutibus: hoc est quō possunt inueniri iste due operationes cōtrarie simul in corpore humano: q̄z si iste virtutes sint in eis equales: tūc nō vincet vna alterā: sed equaliter erūt temperate: ⁊ nō faciēt actionem quesitā in corpore humano. Et si vna erit fortior altera fortior faciet actionem: ⁊ actio illi dz attribui: ⁊ alia erit frustra. Et hoc dubiū nō senserūt medici nisi in scd̄is virtutib⁹ nō in primis: q̄z ipi opinātur q̄ si misceatur. ℥. j. camomille cū. ℥. j. rosarū: q̄ medicina que erit cōposita ex his erit tēperata in primis qualitatib⁹: ⁊ cū eo toto opinātur q̄ habeat v̄tutem repercussiuaz ⁊ dissolutiuā. Et nō opinantur verum: q̄z necesse est vt v̄tutes ambarū sint vna sicut dictū est: q̄z si diceret q̄ medicina esset temperata in primis qualitatib⁹: hoc est q̄z facit in corpore vnū calorem temperatū qui erit medius inter calorem ⁊ frigiditatem primi gradus. Similiter dz intelligi in scd̄is virtutib⁹ hoc est vt. ℥. j. camomille. ⁊. ℥. j. rosarum habeāt v̄tutē vnā mediā inter repercussionē ⁊ dissolutionē. Et nō errauerūt in hoc medici: nisi quia nō posuerūt gradus scd̄is virtutib⁹: q̄z si fecissent tūc sciuissent que esset temperata ⁊ nō tempe

Exemplum.

rata . Et debes scire ꝙ operatio
quam medicina hꝫ cōposita est
vnū in cōmixtione artificiali:si=
cut in cōmixtione naturali:⁊ nō
est pura:ita vt sit tibi necesse di=
cere qn̄ quesitū fuerit a te quō fa
cit vna medicina duas opatio=
nes contrarias in vno subiecto.
Rn̄deas ꝙ hec res est sicut sen=
sus ⁊ sensata eoꝝ qui patiunt a
duob⁹ ꝯrijs simul in eodē subie
cto. Vbi gratia:sicut apprehēdi=
mus albū ⁊ nigrū simul ⁊ semel
in humiditate cristallina:⁊ sicut
sentimus calidū ⁊ frigidū simul
et semel ex cōmixtione aque fer=
uentis ⁊ frigide:sicut dicit Gal.
q: hoc nō esset sufficiens in solu
tione hui⁹ dubij nobis ponenti
bus ꝙ medicine cōposite habēt
duas operationes:quarū vna es
set opposita alteri:q: hoc nō ac=
cidit virtutib⁹ sensibilib⁹ cū sen
satis:nisi ppterea:q: nō sunt ma
teriales permutabiles alterabi=
les passibiles in seipsis a sensa=
tis passione manifesta: eo ꝙ ille
nō sunt cōiuncte cū materia for
ti cōiunctione. Et cā huius red=
ditur in alia scientia nobiliori
ista:hoc est in tertio de anima.
Sed passiones quas recipit cor
pusa medicinis sunt necessario
passiones materiales pmutabi
les in seipsis pmutatione mani
festa . Et ideo nō est cōueniens
vt inueniātur eoꝝ ꝯtraria simul
et semel in istis vno tpe in vno
subiecto sicut inueniūtur in sen
sibus ⁊ sensatis. Sed si dꝫ dari
exemplū ppter aliquā similitu=
dinem nō multū ppinquā non
dꝫ dari nisi ꝯm ꝙ inuenitur me
dium inter extremitates:hoc est
ꝯm ꝙ inuenitur album ⁊ nigrū
in colore citrino:⁊ si aliter dicere
tur vnū vinceret alterū. necessa
rio si duo essent: aut dominans
faceret suā opationem:⁊ ei attri
bueretur:⁊ quidā dicūt ꝙ natu=
ra cognoscit ⁊ trahit ad se illam
partem q̄ est in eis magis neces
saria. Sciastn̄ ꝙ impossibile est
trahere qđ inueniri nō potest:et
forte hoc secretū eidem in som=
nio fuit reuelatū:ideo nō sum il
le qui cū eis litigare velim. De=
inceps volum⁹ reuerti ad illud
a quo separati fuimus:vt dem⁹
exemplū membroꝝ diuisionis
quā pmisimus ⁊ dicam⁹ ꝙ exē=
plū diuersitatis egritudinis ab
accidente est sicut fe. acuta cum
sincopi:q: putrida indiget eua=
atione:⁊ refrigeratione:⁊ sinco=
pis indiget ecōuerso . Exemplū
diuersitatis egritudinū est sicut Exemplum.
fe. diuersarū specierū ⁊ diuersa=
rum materierū:⁊ diuersoꝝ loco
rū:sicut est fe. que dr̄ emitriteus:
q: est cōposita ex colera ⁊ flegma
te diuersitate cōpositionis. Cau
sa harum est qn̄ sunt cōposita in
vna et eadem egritudine: sicut
sunt egritudines que fiūt ex plu
ribus humorib⁹. Et ideo neces=
se fuit componere medicinā ex
rebus que respondeant plurib⁹
humoribus . Et hec fuit prima
necessitas cōpositionis medici=
narum cōpositarū purgantiū:
alijs duab⁹. videlicet composita
rum egritudinū ⁊ ipsarum egri
tudinum correspondet composi
tio tyriace:quia intentio in illa
fuit curare multas egritudines
et preseruare ab eis: ⁊ ideo fuit
composita ex medicinis que ha
bent multas virtutes ramifica=
tas diuersas:⁊ vt a multis par=
tibus possent vincere venenum.
Exemplum necessitatis compo
sitionis propter diuersitatē na=
ture egritudinis ⁊ nature mem

dꝛi ꝓpter suā cōplexionem: est si
cut stomacus ethicus: qꝛ a parte
qua est fe. ethica indiget frigidi
tate ⁊ humiditate: ⁊ a parte qua
est stomacus indiget caliditate
et siccitate: ⁊ est siłr in tussi q̄ fit
ex materia viscosa in fistulis pul
monis: qꝛ a parte q̄ est materia
grossa ⁊ viscosa indiget subtilia
tiuis ⁊ icisiuis: ⁊ a parte qua est
pulmo indiget rebus lenitiuis.
Exemplum. Exemplū necessitatis cōpositio
nis medicinarū ꝓpter diuersita
tem nature egritudinis a mem
bꝛo ꝓpter pꝛincipalitatē mēbꝛi
est sicut egritudo calida q̄ fit in
aliquo membꝛo pꝛincipali sicut
in cerebꝛo: ꝙ necesse est vt non
multiplicem⁹ multū medicinas
frigidas: iō vt nō extinguamus
calorē naturalem: ⁊ vt nō priuet
a sensib⁹ ⁊ motibus. Et ꝓpterea
est necesse miscere cū illis medi
cinis res q̄ ad aromaticitatem
sint declinātes: ⁊ ad calorē ⁊ cō=
fortent. Et in passione frigida q̄
accidit epati necesse est euacua=
re: sicut declaratū est in libꝛo in=
genij sanitatis: ⁊ possibile est vt
sit hoc cōtrariū: eo ꝙ sicut est no
bis necesse cognoscere virtutes
medicinarū necessariarū tpe ne
cessitatis: eodē mō indigem⁹ co
gnoscere modū cōpositionis: et
si nō est possibile nobis medici
nari nisi veniam⁹ ad partem in
genij sanitatis. ḡ incipiam⁹ hoc
scire primo a libꝛo ingenij sani=
tatis postq̄ ibi declaratū est. Et
qꝛ hucusq̄ exiuim⁹ ab intentio=
ne nostra: redeam⁹ nūc ad ipsaʒ
et dicamus ꝙ qn̄ apostema est ī
membꝛo pꝛincipali ⁊ maximi iu
uamenti necesse est vt sue medi
cine misceamus que fortificent
virtutem ⁊ substātiam ipsius: et
caueamus ne virtutes sue dis=
soluātur sicut sunt sandali ⁊ ro=
se. Et siłr qn̄ erit membꝛū maxi=
mi iuuamenti: tūc necesse est no
bis cōseruare ipsuʒ cū medicina
stiptica. Et exēpluʒ necessitatis
ꝓpter locū mēbꝛi est qn̄ volum⁹
ꝙ medicina stiptica vadat ad ꝓ
funditatem corporis debemus
secū admiscere rem que habeat
subtilem substantiam propter
longitudinem sui loci: ad hoc vt
sit vehiculum stipticitatis: quā=
uis sit contra quesitum nostruʒ
in aliquo. Sicut admiscemus
cantarides in medicinis vesi=
ce: et crocum in medicinis cor=
dis calidis. Et simili modo nos
miscemus ceram in emplastris:
propterea vt sit materia faciens
ea melius applicari membꝛo.
Sed exemplum necessitatis cō=
positionis medicinarum ex par
te colligantie est sicut egritudo
ca. que fit in ore stomachi: quia
in ea non debemus multiplica
re medicinas frigidas: eo quod
communicat cum membꝛo fri=
gido. ¶ Ista sunt quinq̄ mem=
bꝛa necessitatis compositionis:
propter que componuntur me=
dicine que sunt ex diuersis vir=
tutibus quando non inueni=
mus in vna simplici quo ex vir=
tutibus indigemus. ¶ Sed se=
cunda particula necessitatis cō=
positionis est: quia aliquando
nos inuenimus vnam simpli=
cem medicinam que habet for=
tiorem virtutem: aut debiliorem
eo quod querimus. Et hec par=
ticula diuiditur in plura mem=
bꝛa. Unum est quia erit nobis Diuisio.
necessaria vna ex pꝛimis opera=
tionibus medicine: et hec sim=
plex quidem habet plus aut mi

nus q̄ queramus: q̄re tunc necesse est nobis habere aliā medicinā vt debilitemꝰ suā operationē aut vt eā fortificemꝰ. Et si tu vis eā debilitare hoc fit duobus modis. Unus est vt misceamus cū forti medicina aliā que sit contraria sue virtuti. Uerbi gratia: quando habemus vnā medicinam que sit ca. in tertio gradu: ⁊ nō indigemus nisi ea que sit ca. in secundo: miscebimus cum ea illam que sit frigida in primo. Alter modus debilitandi est vt misceamus cū forti medicina aliā que nō sit contraria in qualitatibꝰ ⁊ virtutibꝰ sed similis in virtutibꝰ: sed minus habeat altera ex eis. Uerbi gratia: si habuerimꝰ medicinā calidam in tertio gradu: et nos velimus declinare ab illo miscebimus cū ea vnā que sit calida in primo gradu solū: ⁊ habeat preparationem quā dicimꝰ vt debilitetur medicina cum suo simili in qualitate. Et quod sit minoris virtutis probat. G. p commixtionem aque tepide cū aqua bulliēti: q: necessario videmus feruentis calorem declinare. Et hic est contra dicendū: quia si videmꝰ quod homo habeat egritudinem calidā in q̄rto gradu, vel etiā in tertio: ⁊ dederimꝰ rem calidā in secundo gradu multotiens ledet ip̄m. Et ꝓpterea ꝟba. G. debent refragari ex dieta tali minꝰ calā supra. Dicas si dederimus mel habenti causonē nōne ledet in cōtinenti magna lesione? Et similiter si quis haberet magnā lesionē frigidissimam in capite si tu inungas ipsum oleo rosato nōne multum ledet? Et si sustinent Gal. prouideant super hoc. Sz dicimus quod si ita est sicut dicit. G. erit per hanc viā: quia medicina quā dicimꝰ calidiorem esse est illa q̄ habet maiorē comparationem caloris ad frigiditatem q̄ illa q̄ est minus calida: ergo erit frigiditas i ambabus per contrariū: hoc est q: in calidiori erit frigiditas minoris comparationis: ⁊ in frigidiori erit maioris comparationis: verbi gratia: q: cōparatio caloris ad frigus in. ʒ. j. piperis est maior q̄ in. ʒ. j. spice: ⁊ si i. ʒ. j. piperis sint. v. partes caliditatis ⁊ vna frigiditatis: ⁊ i. ʒ. vna spice sint due partes caliditatis: ⁊ vna frigiditatis mixtis duabus. ʒ. simul erit ꝯparato caliditatis ad frigiditatem i hoc mixto maior q̄ esset i pipere solo. Et qn̄ eris bene speculatꝰ i hoc videbis hoc fieri per hanc viā. Et iste partes medicine q̄s diximus calidas aut frigidas: q̄uis non sint in actu nō nocent in hoc documēto: q: sunt quasi medie inter illā rē que est inter actū ⁊ potentiā. Et ideo est possibile in multis corporibꝰ consimilibꝰ: vt dissoluant artificialr ꝑtes ex quibus cōponunt sicut est lac. Et fortificat hec opinio: eo q̄d medicina que h3 plures ꝑtes caliditatis i se sine dubio est ꝑparata vt inflāmet a calore naturali plus q̄ medicina q̄ tm̄ nō h3. Sed accidit aliq̄bus corporibus ꝓpter fortitudinē caloris illorū: ⁊ ꝓpter ꝑparationē corporum ipsorum vt cōuertant oīa que eis adueniunt ad substātiā igneā: etiā si esset minoris caliditatis q̄ illa: et pōt esse quod hec est occasio lesiōis mellis in causone: ⁊ quō nō debet hoc facere: quia videmus

quod aqua etiã cucumerum cõuertitur in his febribus ad colerã. Iste est modus debilitãdi vtutes medicinarũ per cõparationẽ. Sed qñ volumus fortificare nõ fiet hoc nisi vna via: hoc est vt misceat cuz ea medicina sue speciei et sit fortior ea: et adhuc loqmur de his: z de reb⁹ q̃ itrãt in secũda particula partiũ primarũ sunt qñ volum⁹ silr fortificare scđas virtutes z tertias medicinaꝝ simpliciũ: aut debilitare: z hoc etiaz fit duob⁹ modis.

Prio modo Unus est vt misceatur cuz forti medicina vna que habeat cõriã virtutẽ: verbi gratia: qñ habebimus medicimã aperitiuã z icisiuã in tertio gradu: z volumus declinare ab illo miscebim⁹ cũ ista medicinã opilatiuã ingrossatiuã in prio gradu: z tũc redibit prima ad aperiẽduz i scđo

Scđo modo gradu. Alter modus est vt misceam⁹ cũ ea similẽ: sz minoris virtutis: qz etiã ex ea deueniet prime diminutio actionis sicut dictum est in primis qualitatibus: qz cõparatio opilatiõis ad subtilitatẽ in hoc est maior q̃z i prima. Sed scđa via fortificãdi virtutes scđas et tertias est vt misceat cũ ea silis et sit fortior. Et quidam dicunt qđ virtutes scđe fortificant miscẽdo medicinã cũ medicina alia simili i eodẽ gradu: ita vt non sit fortior: z dicũt q experiẽtia testificat qđ due medicine eq̃les in virtute cõiũcte habebunt fortiorẽ operationẽ q̃z vna illaꝝ singularis et p se: z hoc accidit: qñ erit quãtitas vnius equalis quantitati alterius. Et potest esse qđ causa hui⁹ est ideo quia he due medicine coniuncte: q̃uis videat ab eis vt sint equales in virtutibus secundis et tertiis nõ potest esse vt sint equales penit⁹ veraciter: nisi largo arbitrio: eo qz ipossibile est vt nõ diuersificent in subtilitate substantie et grossicie: z spissitudine z raritate: z similibus: ergo nec erit difficile eas inequaliter permutare propter insertionẽ earũ substantiarum: quia ipsa in quib⁹ recipient permutationẽ nõ erũt equalia: z ꝓpterea manifestabitur permutatio earum corpori plus q̃z manifestetur permutatio corporis in eis: hoc est qz corpus erit ab eis magis ꝑmutatum: et idcirco istud qđ tardat permutari exire a corpore retinet illud qđ est velox ad exeundum: vnde fortius operant in corpore: z per hãc viã põt esse q similia adinuicem fortificant: z similiter dicimus in primis virtutibus. Et propterea vides qđ antiqui ponũt in eorum confectionibus medicinas equales omnibus virtutibus trib⁹. Isti duo sunt modi primarũ partiũ que fuerunt cause compositionis. Et in secũda particula ingreditur adhuc alia res; hoc est quia potest esse vt non indigeamus omnibus virtutibus medicine numero; sed quibusdaz: et hoc est duobus modis. Un⁹ est quia non indigebimus omnibus qualitatib⁹ primis medicine nisi vna: verbi gratia: habebimus vnã medicinã calidã et humidam simplicem: et non indigemus ea nisi ꝓpter humiditatẽ quare tũc debem⁹ miscere cũ ea medicinã frigidã z humidã: tamẽ necesse est vt sit frigiditas illius equalis in comparatione caloris alterius: ad hoc vt sint temperate in calidi-

Prio mod

rate et frigiditate: ꝛ vt humidi-
tas sola dominet: ꝛ sic debes in
telligere vnāquāq; istarū quali
tatum. Alter est vt ponam⁹ qđ
indigeamus ex vna medicina
secūdis virtutibus aut tertijs ꝛ
non primis: verbi gratia: sicut
necessarium est semen apij i fe-
bribus que fiunt propter opila
tionem solum: aut aperiant opi
lationes ꝛ vt subtilietur humo-
res grossi ꝛ prouocetur vrina: ꝛ
non est necessarius suus calor:
nec sua siccitas: quare tunc cū
eo debem⁹ miscere rem frigidā
ꝛ humidā que remittat suū ca-
lorē ꝛ suā siccitatē semper consi
derando: vt secunda virt⁹ ipsi⁹
nō resistat secūde virtuti prime:
quia indigemus: hoc est aper-
tione: verbi gratia: si necesse est
nobis miscere nenufar cū semi
ne apij: aut suum: simile debem⁹
ponere loco nenufaris semē me
lonis aut citrulorum: ad hoc vt
secunda virtus illorum fortifi-
cet secundam virtutem apij: qꝛ
q̄uis ista duo semina sint frigi
da habent tamen virtutem diu
reticam: q̄uis. G. dicat ꝙ si mi-
sceatur res debilioris virtutis
cum re que est fortis virtutis: et
est vnius generis: ꝙ ipsa eā de
bilitat: nec est impossibile vt
quando coniunguntur due res
q̄ sūt vni⁹ virtutis: quāuis vna
sit debilior altera: ꝙ coniunctū
istarum non sit fortius singula
ri. Sicut tu vides quod nos mi
scem⁹ medicinis calidis ace-
tum propter iuuamentū aper-
tionis q̄uis videatur esse frigi
dum: qꝛ si nos separamus par-
tem calidam ab aceto non face
ret id quod facit in frangendo
lapidē: ꝛ est remotum vt faceret
hoc propter partem frigidā so-
lum: sed facit hoc ꝑpter calidā
partem que est in tali substan-
tia. Et ideo miscemus ipsū cū
medicinis calidis: q̄uis sit de-
bilioris caloris istis. Sed cum
hoc toto est aliquid in aceto: qđ
hanc operationem adiuuat: si-
cut stipticitas sua. Et idcirco
dicim⁹ ꝙ medicina debilis mi
xta cum forti ꝓdest fortificatiōi
fortioris: qꝛ operationes medi-
cinarum in corporibus huma-
nis non sunt nisi per viam com
parationis ꝛ assimilationis cor
porib⁹ humanis: ꝛ nō sunt nisi
ex parte ipsiusmet medicine: qꝛ
tu vides multas medicinas in
quibus est pauca caliditas ꝛ cō
parate humanis corporib⁹ in-
ueniuntur calidiores illis q̄ vi-
dētur illis calidiores. Et sic po-
test esse semen apij coniunctū
cum semine melonis: et sit for-
tius in operatione q̄ apium so
lum in corpore humano: ꝛ quā-
do medicus subtiliter conside-
rauerit hoc nō medicabitur cū
simplici medicina. Et hec pre-
paratio inuenitur in composi-
tionibus antiquorum: sicut in
oximelle seminum: quia consi-
derauerunt cum aceto fortifica
re secūdam operationē mellis:
idcirco laudauerunt illas me-
dicinas simplices: quarum se-
cunde virtutes adiuuant se ad
inuicem: quāuis in primis sunt
ꝯtrarie sicut de yreos: ꝛ de alijs
simplicibus medicinis. Et in
summa iuuamentum isti⁹ ꝑpa
rationis: nō est nisi in secundis
virtutibus et tertijs. Et quāuis
inueniat̃ scriptū in dictis an-
tiquorum: nō tñ ostēderunt rōnē.
Sed nobiles viri filij Auēzoar Auē-
testificati sunt hoc: ꝛ illi sunt q̄- zoar
bus debet attribui scīa medici- filij.

ne. Tertia necessitas compositionis est vt ponatur in medicinis purgatiuis aliquid ad refrenandũ: vt nõ ledãt membra principalia. Sed aliqñ ponunt medicine ad dulcorandum medicinam que habet malum saporem: et ad hoc vt sit amicabilior nature: sicut sunt confectiones que fiunt cum melle et zuccaro: quãuis in multis locis sint contrarie nostre intẽtioni: sicut in medicina a qua querimus frigiditatẽ et stipticitatez. ¶ Hucusq diximus modos necessitatis compositionis simplicium medicinarum.

¶ Capi. lviij. Quod est de mensura et proportione medicinarum simpliciuz compositas ingredientium.



Einceps volum⁹ dicere pparationẽ qũtitatis simplicis medicine q̃ ponit in cõpõne medicĩe. Et hoc duobus modis fit. Unus est, propterea: qr nos nõ dam⁹ ex medicina simplici quãcũq qũtitatẽ: sed qũtitatẽ determinatã: qd facim⁹ pp̃ter fortitudinẽ medicine aut eius debilitatem. Et debemus hãc eãdez viã inspicere et in cõpositis: hoc est qr debemus ponere ex forti paucã quãtitatẽ: et ex debili multã quãtitatez fm qd ordinatum fuit in tyriaca. Alter est qñ in vna medicina cõposita simplex medicina hz vltimũ iuuamẽ qsitũ et alie q̃ ponunt nõ ponunt nisi pp̃t ipsaz: sicut sunt trocisci de lacca et alia cõposita q̃ ab vna rerũ intrãtiũ nominant: et ponit plus de illa. Et põt eẽ vt nõ ponat in vna cõpositiõe alicui⁹ medicine simplicis mltã quãtitas nisi propter iuuamẽtũ multũ: quod est in ea. Et põt eẽ vt nos ponam⁹ multũ ex medicina cõposita propter remotionẽ membri. Et hoc fit pp̃ter debilitatẽ medicine cõparatiõe illi mẽbro: et põt esse vt iste cause fortificent adinuicẽ et põt eẽ vt vna resistat alteri: sic qñ cõiũgũt i vna medicina res mlti iuuamẽti cũ dbilitate earũ et remotiõe loci: ppterea si sũt ex illis q̃ sũt mlti iuuamẽti debem⁹ ponere mltã quatitatẽ: et si sint pauci iuuamẽti debem⁹ ponere exiguã qũtitatẽ: et maxie qñ cõiũgit cũ pauco iuuamẽto mltũ nocumẽtũ: et qñ est medis inter paucũ iuuamẽtũ et mltũ erit media iter mltũ et paucũ. Sz iõ qr quãtitas medicinarũ laxatinarũ nõ põt ferre mltã quãtitatez augmẽti et diminutiõis: sicut ferũt alie: est nobis necesse i cõpositiõib⁹ eaz vti duab⁹ reb⁹. Una: qr debes accipe de vnaquaq illarũ vnam dosim. Et postea dabis ex illo opationẽ vni⁹ illarũ ad totũ: hoc est si erũt q̃tuor medicine dabis q̃rtã partẽ. Altera est qr tu debes accipe ex dosi integra vniuscuiusq medicie aliq̃d fm opationẽ vni⁹ medicinarũ cõpositarũ. Et iõ qr vna ex rebus/q̃ magis necessaria est medico i cõpositiõe medicinarũ est vt sciat in quo gra. est medicina cõposita in primis ṽtutib⁹ secũdis et tertijs si sciri posset: de hoc volum⁹ loqui: et dicimus q qñ hõ vult scire gradum medicine cõposite ex q̃litatib⁹ medicinarũ simplicium: primo debet facere hanc distinctionem: hoc est qr impossibile est vt euadet medicina cõposita ab vna duarum rerũ: aut vt sint medicine sim-

Scdo modo

Pri

Sc

plices ex quib⁹ est cõposita vni⁹ generis.i.vt sint oẽs calide aut frigide: aut humide: aut sicce: aut sint ex ꝟtutib⁹ cõtrariis.hoc est vt quedã sint calide: quedaꝫ frigide: quedã humide: q̃dã sicce. Et etiã ꝑma particula nõ euadit ab vna duarũ rerũ: hoc ẽ aut vt sint ille medicine q̃s diximꝰ esse vni⁹ generis in vno gra. virtutis: que est sub vno gñe verbi grã: ⁊ vt sint vno gra. calidi ⁊ sicci: aut vna hẽat egressum sup alterã: ita vt vna sit tẽperata: ⁊ altera sit calida i prio gradu ⁊ alia in scd̃o: ⁊ alia in tertio: ⁊ alia in q̃rto. Et ps scd̃a etiã non euadit ab vna duarũ rerum: aut vt ille medicine que sunt cõtrarie sint in vno gradu cõtrarietatis: aut vna habeat egressum sup aliaꝫ in illa cõtrarietate. verbi grã: q̧ vna sit calida in tertio gradu: ⁊ alia frigida in primo: ⁊ alia sicca in scd̃o: ⁊ alia humida in primo. Et aliq̃n accidit vt cõiungãtur oĩa hec quatuor in vna medicina. ⁊ cognitio simplicis dabit tibi cognitionẽ cõpositi. Et via speculationis in pria pticula quã diximꝰ q̃d virtutes medicinarũ sunt in ea. in vno gñe ⁊ i vno gradu est: vt apparet vt esse debeat gradus ꝯiuncti totius i vno ⁊ eodem gradu quo est vna singularium per se: saluo vt non acquirat ammixtionem: ⁊ vnam formam que esset ꝯparatiõe corporis humani calidior aut frigidior vniuscuiusq̧ simplicium ꝑ se: et maxime in medicinis que diustant cõfecte anteq̃ eis vtamur: ⁊ forte ero cõtentus in fine q̃d hoc accidat in pluribus compositionibꝰ. Sed q̃n erunt medicine cõtrarie in vno gradu cõtrarietatis: tũc d̃ necessitate vna vincet alterã: ⁊ erit medicina tẽperata: saluo q̧ earũ quãtitates sint illa quantitas in qua possit esse ille gradꝰ virtutis: q: nulla medicina que est calida i primo gradu: aut scd̃o nõ est sicut in oĩ quãtitate accidenti: quod est: q: cum mel sit calidum in scd̃o gradu: ⁊ sandali sint frigidi in scd̃o mel vincet sandalum si ex melle comedant due vncie: ⁊ ex sandalis. ʒ.ij. sed due. ʒ. mellis nõ vincent duas. ʒ. sandalorum. Sed si medicine nõ sunt contrarie in eodẽ gradu contrarietatis. sed erit. grã exẽpli. vna frigida i primo gradu: altera calida in tertio: ⁊ alia frigida in secundo: et alia calida in quarto manifestũ est q̃d frigida remittet ex calida ꝟꝫ quod est in gradu frigiditatis in vno gradu: aut in duobꝰ: hoc est: quia res que est frigida inꝰ primo deducet calidum in tertio ad calidum in secundo: ⁊ eodem modo que est frigida in secũdo reducet calidam in quarto ad calidam in secundo: ⁊ semper erit victoria ꝟm vnũ gradũ quia illa que est frigida in secũdo reducet illam que est calida in tertio ad illam que est calida in primo: ⁊ totum hoc est quãdo quãtitas medicinaruꝫ est equalis: ⁊ non intẽdas equale in põdere: sed equalis in virtutibus. Et hec quãtitas est in prio gradu graduũ in quibus manifestant operationes medicinarũ in corpore humano. Et si diuersificant virtutes contrarie secundum magis ⁊ minus. Et diuersificantur quantitates etiã ꝟm plus ⁊ minus: hoc est si quantitas medicine debilis erit multa: hoc est duplum quantitatis fortis: tunc remouebit ex forti

gradum vnũ vltra gradum quẽ
remisit:ꝓpter qualitatem:verbi
gratia.si habuerimꝰ vnam me=
dicinam calidam in tertio gra=
du:⁊ aliam frigidam in primo:
⁊que erit frigida in p̄io erit du
plũ quãtitatis eius que est cali
da in tertio gradu:ex gradibus
in quibus manifestaꝛ operatio
illius medicine in corpore:tunc
remittet scd̄m qđ dictũ est. Sed
si erit tripla in quãtitate gradꝰ
operationis reducet ipsaꝫ ad tẽ
perantiam .Et si medicina cali
da aut frigida erit minoris quã
titatis quãtitate prima non cu
ramus de ea.Et si fuerit cõtra=
rium:hoc est si medicina fortis
erit ipsa que multa est in quãti
tate:plus quã sua quãtitas pri=
ma in gradu operationis: ⁊ de=
bilis remanebit in sua quãtita=
te prima:tunc debilis nõ remit
tet ex forti nisi scd̄m cõparatio=
nẽ illiꝰ quãtitatis verbi gratia.
si erit q̄ntitas ex forti dupla sue
quãtitatis prime in gradu ope
rationis:⁊debilis remanebit in
sua prima quantitate:hoc est q̄꞉
debilis erit calida in primo gra
du:⁊fortis erit frigida in tertio:
tunc calida nõ reducet: frigidã
in tertio vsq̄ ad secundum: sed
reducet a tertio media mẽsura
a tertia ad secundam. Et causa
huius est:quia quãdo duplicaꝛ
prima quãtitas medicine: tunc
duplicatur etiam qualitas : et
egredietur ex gradu suo in cali
ditate aut frigiditate ad alium
gradum. Ideo quando tu inue
nis vnam medicinã que erit fri
gida aut calida:in tertio gradu
erit duplicata eius prima quã=
titas in gradu operationis ipsa
interficiet de necessitate sicut in
terficit venenum. Sed medici=

ne que sunt in vno gradu : siue
vno genere virtutum:⁊ illarum
gradus diuersificanꝛ hac re illa
rum preparatio iteruꝫ est vt me
dicina que est debilis virtutis
remittat ex forti:⁊iam dedimus
causam huius. Sed adhuc ne=
cesse est vt intelligas hoc secun=
dum viaꝫ quã dicemꝰ:hoc est:q̄꞉
medicinarum que sunt contra=
riarum virtutũ vna non remit=
tit vel alterat aliam nisi ſm qđ
habet de qualitate cõtrarietatũ
qđ est:q̄꞉ medicina que est frigi
da in primo non remittit eam q̄
est calida in scd̄o nisi scd̄m sup=
fluitatem quã hꝫ hoc est vnum
gradum.Et idcirco de necessita
te est qđ ex medicinis que sunt ĩ
vno genere virtutũ debilis re=
mittat ex forti scd̄ꝫ cõparationẽ
in medicina debili ad suum cõ=
trarium de maiore illa que est
medicina forti.verbi gratia:fri=
giditas que est in medicina ca=
lida in primo gradu ẽ maior cõ
parata calori q̄ est in ea : quam
illa que est calida ĩ scd̄o gradu.
Et frigiditas que est in medici=
na que est calida ĩ tertio gradu
est minoris comparationis suo
calori q̄ frigiditas q̄ est in cali=
da in scd̄o gradu , ergo medici=
na tẽperata in medicinis q̄ sunt
in vno gñe virtutum est propin
quior ad remittẽdũ eã que ẽ fri=
gidior ea.propterea q̄꞉ ꝯpositio
contrarietatum in ea est propin
quior compositioni tẽperãtie: ⁊
post illam illa que est in primo
gradu:ideo q̄꞉ vnũ ꝯtrariorũ est
debilis ĩ illa.⁊ post illã illa que
est in secundo: eo quod vnũ cõ=
trariorũ est debilius eo qđ est in
illa que est in primo gradu:⁊mi
noris compositionis:⁊ post illã
illa que est in tertio gradu , pro

ꝓterea qꝛ cõtrariũ qđ est in illa ẽ minoris compositionis ceteris aliis. verbi grã: si miscuerimus medicinam temperatam cum alia que sit calida in scđo gradu non habet virtutẽ ẜm verũ. aꝫ. ẜm naturã reducẽdi ipsam ad ꝑmũ gradũ: ideo qꝛ illa q̃ hoc debet facere necessario erit frigida in primo gradu: sed hoc reducit eã ad rem que non attingit hũc gradum. Et si miscuerimus cũ illa que est calida in secũdo gradu medicinam calidam in primo gradu. remittet etiã ipsam: sed minus etiã q̃ tẽperata. propterea qꝛ cõpositio frigiditatis ad caliditatem calide in primo gradu est minor ꝯpositione que est ad temperatam: sicut est in temperata minor compositio q̃ in illa que est frigida in primo gradu. ꝓpterea impossibile est medicine temperate vt remittat ex ea que est calida in scđo gradu tantum quãtũ remittit illa que est frigida in primo gradu. Et etiam est impossibile calide in primo gradu: vt remittat ex calida in scđo tantum quãtum remittit tẽꝑata. Et sic ẽ impoꝛe vt remittat in secũdo. gradu ex calida in tertio gradu tãtũ quã tũ calida ĩ prĩo. Et adhuc plus tẽꝑata aut frigida ĩ prĩo gradu. Sed quia medici non viderunt neq̧ consideraverunt in his dicunt: qđ qñ nos miscemus vnã medicinã calidã in primo gradu cũ alia calida in tertio gradu ipsa reducit ipsam ad caliditatem in scđo. ¶ O vtinam ego scirẽ de ista que est calida in tertio gradu vnam que esset frigida in primo ad quẽ gradum reduceret. Si diceret qđ reducat ad scđm gradũ. Respõde. ergo calida in primo: ꝛ frida in pmo reducẽt calidã in tertio ad vnũ gradũ: ꝛ hoc est vanũ. Et si dixerint qđ frigida in primo gradu reducet calidã in tertio ad calidã in prĩo. ergo respondemꝰ qđ frigida in scđo reducet calidã ĩ tertio ad tẽperatã. ꝛ hoc est ita ĩpossibile sicut aliud: ꝛ iste error ꝓuenit a privatione scientie. Et posuit hunc errorẽ hõ qui dicit alkindus: quia ipse fecit vnã cõpilationẽ tractatuũ: ꝛ in illis credidit dare cognosci naturã medicinarũ cõpositarũ. Et voluit hoc demonstrare per partẽ alaachi vel algorismi: ꝛ musice: sicut fecit ille qui speculatur res per accidens. Et dicit qđ cõpositio quatuor graduum medicinarũ est cõpositio duplex: ita q̧ quartus gradꝰ deveniet quadruplicatꝰ. propterea: qꝛ ponit primũ gradũ duplũ temperantie: ꝛ secũdum duplũ: ꝛ primũ ꝛ tertiũ duplum secũdi: ꝛ quartũ duplũ tertii. Et erat ei sufficiens dicere qđ secũdus esset duplũ primi ꝛ tertius triplum ꝛ quartus quadruplũ. Et sic intellexerũt medici in ordine graduum ad hoc vt essent equales: qꝛ caliditatẽ sensibilẽ corpori posuerũt in primo gradu. ꝛ ab hac devenerũt a medicina que est remota ab illa: tãtum quantum fuit remota illa a temperata: ꝛ posuerunt illam in secundo gradu. Et istud sine dubio est duplũ primi. Et post hunc devenerunt a medicina q̃ est remota a secunda tantũ quãtum est remota secunda a pria: ꝛ hanc posuerunt in tertio gradu. quia triplicata est: ꝛ sic fecerũt in quarto gradu: sed ẜm Alexãdrũ est necesse vt ponãt scđm gradum in excessu super primũ

duplum excessus quam hz primus super temperatū:⁊ tertius super secundu3 duplū excessus quem habet secūdus super primum:ergo medicine que erunt in tertio gradu caliditatis necessario interficient:et magis q̄ erūt in quarto.Et quō possunt tolerare corpora medicinas q̄ sunt i.xvj.gradu. Et adhuc ponamus ꝙ ita sit latitudo quarti ad tertium non est proportionalis latitudini secundi ad tēperātiā:⁊ tales latitudines deberent poni in gradu Et similiter latitudo que est a secūdo ad tertiū:et secundū illos ordines gradūū nō sunt equales.Et nō posset esse maior error in hac arte ꝙ̄ iste:ideo quia res in q̄ intelleximus in primis conseruare ordinem excessuum virtutis vnius super alteram esset occulta nobis:nec ipsam cognoscere mus.Et error alchindi fuit quādo posuit rem que est in primo gradu duplam tēperata in qualitate calida aut frigida:et hec fuit causa:quia secutus fuit cōparationem dupli.Et est dicendum quod illud quod intellexit Galenus in primo gradu est ꝙ habet excessum super temperamento in vna pte vltra ipsum: et secundum hoc quando componetur compositio dupli in excessum graduum nō erit necessariu3 ꝙ medicina que est in q̄rto gradu sit dupla super medicinam que est temperata sexdecim duplis vicibus. Et quod dictum Galeni; significat hoc quando dixi:⁊ mea intentio est in primo gradu:illa res q̄ manifestatur sensui et permutatione corporis:quia esset intentio Galeni quod primus gradus esset duplum temperati:permutatio que manifestatur in corpore a medicina non esset principium permutationis.Et cōtemplare bene hec verba si sunt veracia:⁊ non consequeris consuetudinem populorum qui sequūtur consuetudines medicoꝝ nouorum.Hucusq3 diximꝰ pparationes quibꝰ hō pōt cognoscere naturā medicinarū cōpositarū⁊ cōponere eas per viā cognitionis primarū virtutū: qua etiam scđas ⁊ tertias gradauimus ꝙ non fecerunt alij medici: et est querendum.

Gal.

Cap.lix. Qđ est de cognitione medicinarum compositarum p experientiam.

Postquam compositio medicinarū est inuenta secundum rationē:. virtus prima secunda ⁊ tertia medicine cōposite scitur. secūdum rationem..:Querimus. Qđ si experientia habet aliquā inuentionem in virtutibus medicinarum compositaru3:sicut hz in virtutibus medicinarum simplicium. Et dicimꝰ ꝙ prime virtutes secunde ⁊ tertie non indigent experientia in composito: eo ꝙ sunt inuēte ratione demōstratiua. Sed si possibile est in medicina composita facere aliquam proprietatem:ppter commixtione3 in hoc habet experiētia magnam inuentionem:propterea quia queda3 proprietas est que habet conuenientiam cum compositione medicine: et quedam non: et illa que non habet conuenientiam inuenitur in maiori parte in complexione naturali non artificiali:quāuis non sit remotum inuenire proprietates in medicinis:qua-

Qđ

Rñ

rū cōplexio facta fuit tpe longo: propterea q: cōplexio magis est in illis cōfirmata. Et ideo dicit hō quē tu scis ꝙ maior ps opātionis tyriace prouenit a ꝓprietate cōsequente totā substātiā: & dicit ꝙ nos nō debem⁹ mutare aliqd ex receptiōe quā facit andromachus. Sed nolo ei credere: sed volo addere ad tyriacam multas medicinas: que nō erāt note illo tpe: & de vnaquaqꝫ faciam probationē: quare ipsam addidero sicut est lignū aloes & ambra et gariofili. Et postq̄ bñ declarauim⁹ preparationes cōpositionis: loquēdū erit de manifestioribus medicinis cōpositis: & ponenda est cā illarū compositionū: & hoc faciem⁹ in libro futuro. Et quāuis hoc nō sit nobis multū necessariū: nascit tñ inde aliqua pfectio: & quēadmodū musici qn̄ dederint pncipia vocū & tonorū: & species cōpositionis illorꝫ: loqnūtur postea de instrumētis musice magis manifestis: ad hoc vt eorū scientia sit magis manifesta: ita & nos faciemus. Et deus nobis consentiat peruenire ad perfectionem vltimā: que beatitudo sempiterna appellatur.

¶ Explicit liber quint⁹ qui fuit de cibis et medicinis.

¶ Incipit liber sextus qui est de regimine sanitatis. & est continens capitula decē & octo.

¶ Cap.j. Quod est de fine artis medicine.



Scias qd̄ finis penes philosophuꝫ dr trib⁹ modis. Unus est ad quē res necessario tēdit: & hoc absolute dr finis. Scd̄s est sicut forma dicit esse finis materie: & hic appellatur finis pfectionis entis inseparabilis. Terti⁹ est vt eo existēte stāt res per ipsum ordinate. Et hic finis causarū appellat: sicut dr exēplariter ꝙ serra est finis valorū que per eā fiūt. Et finis artis medicine veraciter in primo mō & tertio dr, in scd̄o ꝟo largo dr mō. Sꝫ hec pticula quā incipim⁹ mō est nobilior duorū finiū q̄ iterū in hac arte reqruntur. Et hec adhuc in duas diuidit partes vna est qualr sanitas dꝫ cōseruari: scd̄a est qualiter remoueātur preparatōes que inducūt in corporib⁹ egritudines futuras: & hec est pars media iter cōseruationē sanitatis & egritudinis remotionē. Et scias ꝙ hac sententia non valēt nostra corpora tueri: nisi a corruptiōe que eis per accidens fit. Et hoc plurimuꝫ accidit propter superfluitates ciborꝫ que in nostris corporibus aggregātur: qd̄ est: quia manifestum est ꝙ nō, al'. si quolibet regimine: aut cibo quilibet hō vtatur: corpus sanū remanebit semp. Et hoc est vnuꝫ electuariū qd̄ in hac reperit arte et si hoc nō esset hec ars sufficiēs nō diceret. Et iccirco bene diffiniuit ille qui ipsam ingressam diffiniuit. Dicens ꝙ medicina est ars operatrix: que inuēta est experimento: et ratione cōseruans quidem sanitatem: & remouens egritudinem. & hec est veracior diffinitio que in aliquo libro alicuius auctoris sit inuenta. Et quamuis diffinitio Gal. sit completa: non tamē est declarata: & est quasi diminuta: quia ille non manifestauit ex Gal.

quo genere esset: qr omnes artes ministrantes que super naturã dominant: aut que ipsam manifestant tribus sunt modis: aut erũt sicut supersistẽtes absolute qui formã vel materiã nõ faciũt sed precipiũt: aut efficiẽtes absolute qui non precipiunt sed faciũt formã in materia existente pparata: aut sunt medij: hoc est vt sint in parte efficiẽtes: ꝛ in pte supersistẽtes efficiẽtes in eo ꝙ faciũt formã: supersistẽtes in eo ꝙ manifestãt materiã: ꝛ pcipiũt super illã. Exẽplũ horꝝ triũ. primus est patronus qui regit nauim: ꝛ magister qui lignamina incidit: et nauim facit. ꝛ secũdus est et tertius qui construit ipsam: ꝛ ordinat: et precipit. Et hec verba optime declaraui mõ in cõmẽto super secũdo physicorũ. Et scias ꝙ ars medicine est de genere earũ que sunt efficientes absolute: qꝺ est: qr dat formã qua cõplent nostre operatiões naturales. materia existẽte ppa rata: ꝛ hec formã dare nõ põt nisi ſm aptitudinem materie: aut nature: ꝛ hic est finis quesitus q est ad vocandũ artẽ vt plurimũ loco cõuenibili suo subiecto. Et hic assimilat regimẽto Gal. quo regi hꝫ hõ. tẽperate cõplexiõis: quo hõ peruenit ad finẽ naturalẽ sue vite: ꝛ ad sanitatẽ peruenit naturalẽ que propter dominationẽ sit frigiditatis ꝛ siccitatis sup mẽbra pncipalia. Sed hec ars nõ dꝫ hũc finẽ trãsire: ꝙ si hunc finẽ doceret trãsire possibile esset hoibus viuere semp: ꝛ hui⁹ impossibilitas est manifesta. Et cã que ꝓhibet vt hec ars circa suũ subiectũ sanabilẽ finẽ non cõsequatur est similis cause. quare etiã alie artes circa sua subiecta aliqñ finẽ laudabilem non habent: sicut in regimine exercitantiũ et transferentium: ꝛ agriculture. Et Rasis assignat causam in vno librorũ suorꝫ ꝛ est ꝙ iste res supradicte multis indigent medijs ad hunc finez: quẽ nobis impossibile dare existit. ꝛ bene dixit: tamen dictum ipsius fuit diminutũ: ꝛ indiget additiõe vt melius declaretur. Et est hoc verũ ꝙ hec ars aliqñ deficit in indiuiduis ꝓpter materiales preparatiões que sunt in ipsis: qꝺ est: qr nõ est impossibile: vt sint duo hoies vn⁹ eiusdẽ tẽperate cõplexionis equaliter: ꝛ vtent vno regimine: et vn⁹ istorũ deueniet ad meliorẽ finẽ quem consequi poterit per ipsi⁹ naturam. in alio vero in eodem regimine existẽte mali generabunt humores qui mortẽ inducẽt. Et causa huius est: qr in ei⁹ cõplexione est mala preparatio fixa que est causa vt in ipso hec malitia generet: cuius hãc preparationẽ ignoremus. Et causa huius ignorantie est: quia in naturis tot sunt preparationes fixe: vt eas per signa cognoscere nequeamus: et hoc accidit propter preparationum infinitatẽ: sicut i naturali philosophia est declaratum: quia ibi dicitur. qꝺ quelibet materia habet accidentia propria et fixa in ipsa sine accidentib⁹ que manant a forma. Et hec accidentia q̃ sunt in materia sunt cãe multitudinis varietatum que in naturis indiuiduorũ inueniuntur queadmodum accidentia propria forme sunt cause multitudinis ꝛ varietatum que in moralitatib⁹ indiuiduorum hominum cognoscũtur. Et totum hoc est: quia in homine

Exemplum.

homine multe species indiuiduorū vel cōpositionū inueniūtur: quia est vltimū compositū: ꝛ ob hoc prouenit occultatio varietatis proprietatū que in naturis et moralitatibus indiuiduorum inueniūtur: quāuis in sensibilibus particularibꝰ indiuiduorꝫ manifestis quo ad nos cōmunicēt. Ecce aliquantulū egressi sumꝰ ordinē libri nostri: nō tñ propter hoc minus sequetur iuuamentum: qꝛ hic remouimus vnum dubiū qd multi sapiētes scire affectāt. Deinceps ad nostrū reuertemur propositū. Et dicemus ꝙ illi qui dicūt ꝙ illi qui regūtur ſm ꝙ G. dicit in regimine sanitatis: penitus ad bonum finem terminantur: nesciūt qūo cognoscit finis huius artis a parte suorū passiuorū. Et isti viā medicorū ignorātiū sequunt. Sicut illi qui dicūt ꝙ dies hoim sunt numerati: qꝛ non est impossibile vt homo tēperate cōplexiōis bono regimine regatur: ꝛ propter hoc diutiꝰ non viuet alio qui malo regimine potietur. Tamen hoc rarissime accidit ꝛ ab accidenti remoto hanc artē incorruptionē non adducet: nec ipsius nobilitatē aliquo modo prosternit: qꝛ hoc accidēs propter sui raritatē fere annihilatur. Et qui appropriat egritudines rebus volūtarijs ꝛ rebus extrinsecis solū ipsas appropriat medietati suarū causarū: ꝛ etiā minori parti: quod est: qꝛ gradus harū rerum nō est nisi gradus causarū efficientiū solum. Sed qꝛ iste cause manifestius cernuntur: ꝛ medici quasi oēs egritudines ipsis adaptāt. Et si aliq̄ accidat egritudo quā nō precesserint he cause dicunt ꝙ hec a diuina voluntate procedat. Et qꝛ hec verba vulgaribꝰ placēt nolumus ea vituperare. Et postq̄ sufficienter locuti sumus de iuuamēto huius artis: deinceps volumꝰ loqui de causis que nobis per accidens corruptionē adducunt. quibus repugnare possumus per hāc artē: ꝛ solū sunt cause efficientes. Sed istarum quedā tales sunt ꝙ ipsarum custodiendi modus per se manifeste pꝫ: sicut combustio: incisio: percussio et similia: qꝛ ab istis vtplurimū possumꝰ abstinere. Sed de illis que de necessitate nos immutāt ꝛ sine nostro velle de his est dicendū. Et dicimus ꝙ cause que accidē taliter corrūpūt sunt aeris permutatio: ꝛ inconueniens exercitiū: sicut artium laboriosarū ꝛ cibi ꝛ potꝰ: ꝛ accidētia aie: ꝛ vlr oia q̄ adducunt malā cōplexionē materialē vel nō materialē. Et qꝛ ab his p dictā cauere possumꝰ aut mediū eorū tenēdo sicut in cōseruatiōe sanitatis medium reperit. Ob hoc dicimꝰ ꝙ impossibile est sanitatē aliquo mō cōseruari nisi per cibos temperati chimi ꝛ q̄titatis et scdm tēpus receptos ꝛ per motū ꝛ q̄etē ꝛ per superfluitatum euacuationē ꝛ per aptū aerē cū accidentium remotiōe que ad malā cōplexionē adueniunt. Et melior modus cibor est vt comedatur ſm modū medicinalē. Et scias ꝙ superfluitates per modū fricationis exercitij: balnei: ꝛ medicine euacuantur. Que oīa ingrediuntur in genere differētie preseruatiue ab egritudinibus futuris. Et quamuis hoc mirabile videatur: incipiamus a fricationis specie: et ipsius iuua-

menta dicemus.Et de specieb⁹ exercitij ⁊ eius iuuamētis ⁊ alioꝝ.Et postea reuertemur ⁊ dicemus qualr vnaquecꝫ maneries cōplexionū debeat cōseruari.Et satis in eo qđ preterijt de ꝩtutibus ciboꝝ sum⁹ locuti. Sed in hoc libro dicem⁹ qualiter cū eis debem⁹ vti:et qualiter cū eis dꝫ sanitas ꝯseruari. ¶Et similiter etiam de virtutibus medicinarū sumus locuti.Et deinceps dicemus qualiter cum ipsis sanitas debeat effici et conseruari.

¶Cap̄.ij. Qđ est de exercitio et modis eius.



T ab exercitio incipiemus et dicemus ꝙ exercitium est vl'r mēbroꝝ motus aliqua volūtate: et hoc fit ꝓprie in mēbris motū volūtariū habētibus:⁊ scđario in mēbris aīalibus habētibus motū:sicut sunt vene ⁊ instrumēta nutrimenti. ¶Et qꝛ exercitiū est mēbrorum motus.ergo exercitiū quoddaꝫ est ꝓpriū:qđdā est cōe. Cōe quidē est illud qđ totū ꝯtinet corp⁹ ⁊ iste est mot⁹ vl'is abstractiōis. cui oīa cōicant aīalia.Et exercitiū propriū est qđ certis appropriat̄ mēbris:quēadmodū vox.q̄ exercitiū est pulmōis:⁊ sedere ⁊ super pedes stare est dorsi exercitiū.¶Et docetur in motu mēbroꝝ nouiter quod exercitiū sit propriū oī mēbro.Hec est diuisio que fit a parte mēbrorum.

Diuisio. Sed alia fit diuisio exercitij i eo ꝙ exercitiū est:q̄ est.qꝛ quoddaꝫ est exercitiū forte:⁊ quoddā debile:⁊ quoddā est tēperatū.Forte ꝩo ⁊ debile quoddā aduenit propter abstractionē illius q̄ ꝗ solū sua mēbra fatigat: ⁊ i hoc ingredit̄ exercitiū velox et tardū. Et aliqñ ex repugnātia: q̄ inter ipm ⁊ aliū motorē fit:vt vn⁹ premat̄ ab alio:aut sicut esset in eleuatiōe magni pōderis lapidet: et in hoc exercitio velocitas vel tarditas nō intrat. Et aliqñ in vno exercitio velocitas ⁊ fortitudo coniungunt̄ sicut in iocantibus cum spatis.Et iuuamentū exercitij tēperati vi'e est.qꝛ spūm intrinsecum augmētat: ⁊ superfluitates mēbroꝝ nutrimēti expellit aut resoluit: ⁊ subām mēbroꝝ mollificat.Et ideo in oīb⁹ alijs reb⁹ corpis est magis iuuatiuum:qđ est.qꝛ calor ⁊ spūs augmētati per ipsuꝫ sunt sil'es naturali calori extrinseco.Sed calor augmētat⁹ ab alijs extrinsecis reb⁹:quēadmodū per medicinas aut per alias res q̄ calefaciūt actu: sicut calor ꝑ accidēs. ¶Et qñ fit exercitiū post digōnē iuuamenta facit supradicta. Sed si ante digestionē inchoet̄ et fiat:credēduꝫ est vt mēbra trahāt ad se cibū indigestum:et ꝙ iste motus ledet retētiuā mēbrorum virtutē:⁊ expellit̄ cib⁹ indigestus.Et vl'r opatio ꝩtutis digestiue nō cōplet̄ nisi per quietē sicut opatio expulsiue non nisi motu completur.Et iccirco hoc qđ dictum est tempus exercitio attribuimus.Et hui⁹ tēporis signum est qñ vrina colorata est colore citrino vel subcitrino. Quātitas vero exercitij est quousqꝫ homo sudare incipiat: et anhelitus augeatur:et color corporis incipiat rubificari ⁊ vene ingrossari: et quando ad hunc peruenerit terminum: tunc debet sedari. quod est:qꝛ forte exercitium corpus nimis euacuat:⁊ debilitatē iducit: ⁊ hoc manife-

ſtatur in forti exercitio exercitã-
tis .·Exercitiũ vere debile quod
euacuandũ eſt nõ euacuat: nec
ꝑ ipm põt cõſumi qđ ab ipſo eſt
diſſolutũ. Sed tẽperatũ ꝓportio
nabiliter diſſoluit ⁊ conſumit: et
ob hoc ſubaꝫ membroꝝ augmẽ
tat: corpus impinguat. Et vni-
uerſaliter tẽperatũ exercitiũ con
ſeruãde ſanitatis mirabilis cau
ſa exiſtit. Et malitia que ꝓpter
priuationẽ exercitij accidit i car
ceratis manifeſtatur: qꝛ illoꝝ fa
cies cazetice fiũt: ⁊ eoꝝ coloꝛ eſt
impurus: ⁊ oẽs ipſꝰ opationes
ſunt leſe: ⁊ hoc nõ ſolũ hoi acci-
dit: verũetiam alijs aialibꝰ calcã
tibus cõtingit: ſicut volucribus
in cauernis detentis: ⁊ hoc ſuffi
ciat de exercitio.

¶Cap̃. iij. Quod eſt de fricatio-
ne ⁊ modis eius.

Fricatio ſiľr hꝫ inuen-
tionẽ in ſupfluitatuꝫ
euacuatione tertie di
gõnis. Et illiꝰ ſpẽs ſim
plices ſunt ſex. vꝫ tres ẜꝫ q̃ntita
tẽ. ⁊ tres ẜm q̃litatẽ ẜm q̃litatẽ vt
ſit aſꝑa lenis aut tẽperata: aut ſi
vis dicere fortis debilis aut me
dia. ẜm ꝟo quãtitatem vt multa
pauca aut media. Sed operatio
fortis in corporibꝰ eſt obturatio
poroꝝ ⁊ duritiee corpoꝝ. Sꝫ de-
bilis opatio eſt poroꝝ apertio: ⁊
mollicies corpoꝝ. Et opatio me
dia inter has duas mediũ obti-
net. Opatio ꝟo multa eſt cã ma
ciei corporis: et tẽperate opatio
eſt tẽperate carnem augmenta-
re. Sed pauca in augmẽto opa
tionẽ nõ hꝫ: niſi qꝛ aliquãtuluꝫ
calefacit. ¶Iſte ſunt opationes
ſpecierũ fricationis ſimpliciũ: ⁊
ꝑ ſciẽtiã ſimpliciũ ſcientiã cõpo
ſitarũ cognoſcemꝰ. ¶Tꝑa vero
fricationi cõuenientia ſunt ea-
dem cum temporibus exercitij.
Et ego in eo qđ futurum eſt ſpe
cies exercitij cum ſpeciebus fri-
cationis ordinabo.

¶Cap̃. iiij. Qđ eſt de iuuamen-
tis balnei.

ET qꝛ balneũ eſt vnũ ex
his ſiľr que ſupfluita-
tes euacuãt: debemus
loqui de ꝟtutibus par
tium balnei. ¶Et dicimꝰ ꝙ bal-
neum in nobis diuerſas impri-
mit opatiões primas. vꝫ ſcđas
et tertias. Nã ipm humectat et
exiccat: infrigidat ⁊ calefacit ſu-
perfluitates q̃ ſunt in poris: et
ſub cute euacuat: ⁊ aliqñ opilat:
ventoſitatẽ diſſoluit inflationẽ
remouet: ⁊ corpora nutrimento
p̃parat: ⁊ aliqñ cõmouet appeti-
tum: ⁊ materiã de vno membro
ad aliud ſpargit: ⁊ humores flu
xibiles facit: ⁊ etiã dolores miti
gat: ⁊ aliqñ ipſos remouet. ¶Et
harũ cõtrarietatũ cauſa vna ex
tribus rebus exiſtit. Una eſt di-
uerſitas partiũ balnei. Alia eſt
diuerſitas corporum patientiũ.
Tertia eſt diuerſitas more i bal
neo. Partes vero balnei ſunt aq̃
frigida: calida: domus balnei: ⁊
aer ipſius: et iſte eedem habent
gradus qđ eſt: qꝛ aqua calida in
ter calidũ ⁊ frigidũ tẽperata cor
pus refrigerat ⁊ humectat: ⁊ pau
cam diſſolutionem operatur: et
in hac pauca diſſolutiõe abſter-
git ſordiciem que in cuti retine
tur: ⁊ aer qui naturaꝫ huiꝰ aque
retinet ad paucum ſudorem cor
pus inducit: ꝓpter quẽ euacuã-
tur a corpore ſuperfluitates ſub
tiles. ¶Et hec eſt natura prime
domus: ⁊ quamuis aer humi-
dior ſit aqua ſicut alibi declara-
tum eſt: tamen non humectat
corpus ſicut aqua: eo ꝙ non ap-

De balneis:

plicatur corpori sicut aqua: immo desiccat corpora: et secundum quod calidior est plus desiccat. ¶ Aqua vero et aer calidissima calefaciunt corpora: et aliquando desiccant: et superfluitates evacuant: et has superfluitates evacuando ventositates dissolvunt: et aer cum his desiccat quemadmodum dictum est. ¶ Et he actiones non fiunt nisi in corporibus mundis: sed in corporibus superfluitatibus plenis poros cutis opilat quod est: quia propter malitiam superfluitatum et multitudinem pori clauduntur: et ob hoc superfluitates egredi non possunt: et tunc fiunt patienti oppilationes: et discurrunt humores: et movetur de uno membro ad aliud membrum. Et propterea non est utile balneum habentibus repletionem corporis aut unius membri. Tertia causa mediana in his rebus adhuc fortior existit. ¶ Et balneum dolores non removet: nisi illos qui sunt aspersione materie causati. sicut apata et hisitia. Et infrigidatio ex balneo aliquando fit per se: aliquando per accidens. Sed quod per accidens fit est cum balneum poros aperit: et cum superfluitatibus calorem et spiritum evacuat: et quod per se infrigidatio fit ipsa propter aquam frigidam quam in balneo est frigiditatem operatur. Et apponitur aqua corpori ut caliditatem calide aque reprimat: et mollificationem membrorum rectificet: et calorem naturalem corripiat secundum modum correctionis fabrorum et coquorum: qui utuntur frigiditate in fine propter intentionem suam. ¶ Sed scias quod non debemus cum aqua frigida balneare nisi post superfluitatum evacuationem. ¶ Et scias quod omnes partes balnei in corporibus puris bonas actiones operantur una alteri non resistente: quia dissolvunt superfluitates: et evacuant sine lesione virtutum: et membra mollificant sine nervorum relaxatione: et humectant sine calefactione: et sine oppilatione refrigerant absque inviscatione. Et hec omnia non nisi cum partibus calidi et frigidi complentur: et si aliquid in eis damni percipitur istud est in corporibus impuris: quia in puris nullum damnum evenire potest.

Aqua Aer.

¶ Cap. v. Quod est de operationibus somni et vigilie.

Operationes somni in corporibus sunt digestio et humectatio. Et vigilie operationes sunt dissolutio: consumptio et attractio caloris intrinseci ad partes extrinsecas. Et causas somni et vigilie dixi secundum modum philosophie in his que precesserunt. Sed quando superfluit somnus calorem extinguit naturalem: et corpus inducit ad tumidam dispositionem. Et quando vigilie exuberant corpus desiccant: et calorem dissolvunt naturalem: et calorem accidentalem incendunt. Sufficit illud quod diximus de rebus: quarum memoria precedere debeat.

De somni et vigilie

¶ Cap. vj. Quod est de regimine corporum: et primo corporis temperati.

Deinceps narrandum est de conservatione sanitatis uniuscuiusque ix. complexionum. Et videtur nobis ut a temperata incipiamus. Et dicamus quod in illa quasi non est necesse nisi arbitrari temperamentum ciborum exercitiorum: fricationum balneorum somni et vigiliarum et accidentium anime et circumstantiarum: vel aerem temperatum. Et hoc in corpore operatio appellatur per modum doctrine et operationis.

Et hic errauerũt illi qui nõ credebãt artem medicine in cõseruatiõe sanitatis cõplexionis tẽperate habere ingressum: eo q credebãt ipsam esse operationem solũ in parte curatiua. Et vere pars curatiua in cõplexione tẽperata necessaria nõ est: & si casu cõtingeret: raro tñ esset. ¶ Et q̃uis dicat Gal. q in cõseruatiõe sanitatis optime cõplexiõis medicinalib⁹ nõ indigeam⁹: tñ in cõseruatione eiusdẽ in lõgo tpe post natiuitatẽ indiuidui talis: ea que fm ipm necessaria sunt. vz exercitiũ balneũ: & alia sitia difficillima esse vident: et etiam apud illũ qui opinatur q finis hois sit sanitas pp̄ter sollicitudinem tp̄alium gerendoꝝ: et penes istuz hoc difficile esse videt: quãto magis erit difficile penes illũ q̃ opinat q hois sanitas est ipsius finis pp̄ter anime perfectionẽ: aut vt aliquã insensibilẽ beatitudinẽ cõsequat: tñ hoc certũ nõ est nisi penes paucos. Sz multi opinant: nõ tñ sunt ex hoc certi: nec curare videntur pp̄ter victoriã ptis materialis. ¶ Sed q̃uis hoc regimẽ difficile inueniat: tñ volumus ab eo separari qm̃ de eo breuiter loquemur. qz Auicẽ. multũ de hoc dixit: & sufficienter determinauit. ¶ Dicim⁹ q Gal. sentire videt in regimine cõplexionis tẽperate qñ indiuidua nascũtur: vt sal tritũ super corpus eoꝝ spargat: vt eoꝝ corpora pp̄ter extrinsecus aduenientia indurentur. ¶ Sed qd mihi meli⁹ videt est q super eoꝝ corpora ponatur res nõ mordicatiua sicut oleum de glãdib⁹: sicut dicit Auenzoar: & q̃si eãdem operationẽ facit quã Gal. dicit facere salem: & etiã melius: qz mordica tionem non hz. Et p̄cipit vt alio nõ cibentur nisi lacte. donec eis dentes oriantur: qz dictũ est qd necesse est cibũ esse sitẽ in cibato et natura lactis nature pueri est sitis: & etiã quia iste est cib⁹ quẽ eidem natura preparauit. ¶ Et post dentiũ ortuz p̄cipit vt grossiori cibo vtantur & humido. Tñ vt nutrix a malis abstineat cibis & vt exercitio vtatur temperato: & a coitu elongetur: qz coit⁹ sanguinem p̄uocat menstruũ: & saporem & odorem lactis p̄mutat: & vt omi die in aqua tepida balneetur: & in aere temperato: vt horripilatio tpe balnei nõ adueniat. Et Gal. sentit: vt hoc in domo balnei fiat: & ego dico q si aer est tẽperatus nõ opz vt hoc in cara balnei fiat: & nõ balneetur nisi cũ venter a lacte vacuus existit ad hoc vt cibus ad membra indigestus non attrahatur. Et fiat post longũ somnum: et tunc motus loco exercitij existit et a reb⁹ eis terrorem & tristitiaz inferentib⁹ cõseruentur: vt eorũ nature ad pigritiam nõ conuertantur. ¶ Et vt calor ipsorũ naturalis in ipsis nõ suffocetur: et dulces cantus: & dulces soni: et omnia que ipsos letificant sunt cõgrua: vt eoꝝ naturalis calor accrescat: et ipsorum animales virtutes ꝯfortentur. Et similiter indigent pulchris formis et figuris. Et maior lesionum pars que pueris accidit est: aut pp̄ter calorem aut frigus aut terrorẽ aut alia extrinseca: et hoc modo pueri regi debent donec deambulare ceperint: hoc est vsqz ad annum tertium. ¶ Et abinde exercitio omni die vtantur: et post exercitiuz fricatione: & post ipsam balneo. Et plus debent

cibari cibo in quantitate et qualitate tẽperato. Et iterũ cũ cibari volnerint ista eadẽ sibi ordinẽtur. Exercitium tñ eorum excessum non dz habere: vt per ipm eorum corpora nõ desiccẽtur: et ne per hoc eis augmentũ prohibeat: et in aq̃ frigida balneari non debent: qz aqua frigida cremẽto resistit. Et hoc regimẽ trib⁹ septimanis annorum seruet. Et scias q vinũ et ceruisia sunt mala: qz eorum capita replent: et malo calore calefaciunt eos: et mentem: ipsorum perturbãt. In tpe vero iuuentutis bonũ eis et vtile existit: eo q tũc in eis due colere manifestãtur. vcz rubea et nigra: vna per naturam: alia vero per accñs: et vinuz atqz ceruisia istis duab⁹ resistũt coleris: et eas a corpore expellũt: melencolie vero a tota specie resistũt. Sed coleraz rubeam per vrinã educũt: et membra humectãt: in quib⁹ siccitas superuenit. ¶ Uniuersaliter cibi iuuenũ subtiles esse nõ debent. Et ex meliorib⁹ carnibus quas comedere debẽt vel possunt sunt carnes perdicũ cũ medulla panis pparate. Et ab herbis oib⁹ et fructibus humidis abstinere debent: et videt mihi q hoiestalis cõplexionis et qui tali regimẽto reguntur sunt parati physicam scientiã recipere per naturam: et vnã ex tribus perfectionib⁹ q̃s

Alex. dixit Alexãder necessarias esse pho videntur habere: post vero tres septimanas eodem regimine regãtur. Sed post digestionẽ panis exuãtur: et cũ oleo fricent dulci: et fricatio sit mollis et lenta vt duriciem nõ opet: et hec fricatio est necessaria vt corp⁹ bono exercitio pparetur. Et si ante fricationem exercitiũ inchoarent: possibile esset vt ex hoc pori oppilarentur pter superfluitates q̃ exitum pparent. ¶ Et oleum oliue calidũ necessariũ est: qz duriciem remollit et superfluitates dissoluit. ¶ Mandilia mollia esse debent: ne cõtagio carni vllaz lesionem possint inferre. Et fricatio quidẽ a superiori debet ad inferius et ab inferiori ad superius: et ex latere ad latus: et ex transuerso ad transuersum. Et hoc agendo ab omni parte pori aperiuntur. Et aer in quo pannos exuet debet esse similis aeri veris: ad hoc vt superfluitatum euacuationes mensurate efficiantur: quod est: quia frigidus aer euacuationi resistit: et calidus superfluam operationem operatur. Et ideo temperatus aer ab omnibus vel a pluribus postulatur. Et post fricationem supradictaz debet aggredi exercitium mediocre inter debile et forte: et velox et tardum: quemadmodum est ludus parue balle. sicut dicit Gal. in libro quem de balla composuit: quod est: quia ludus grosse balle qui cuz pedibus perficitur non laudatur: qz fortis est et efficitur cum timore. Et hoc exercitium perseuerare donec debet anhelitus eleuetur: et corpus rorari incipiat: et tumor ipsius diminui incipiat.

¶ Item dicit Gale. quod hec quantitas exercitij ab exercitantibus non cognoscitur nisi secũdo aut tertio die: ita quod errore cognito ab ipso consentit corrigere si exercitium superfluum fuerit vna die sequenti diminuetur. Post hec vero anhelitus retineatur secũdum quod possibile est: quod est: qz retinẽdo anhelitum naturalis calor fortificatur: et poros aperit: et per eosdez Gal.

supfluitates expellit:queadmodũ illi faciunt qui foramina dilatare intendũt:qꝫ exufflãdo foramẽ apit:et dꝫ constrictio esse cũ extensione musculi pectoris ac dyafragmatis. Sed extensio musculi ventris parua dꝫ esse: qđ est:qꝫ per hãc extensionẽ supfluitates pectoris et pulmonis ad mẽbra nutritiua expellunt: ⁊ propter extensionẽ musculi vẽtris superfluitates que in ipsis sunt:⁊ q̃ ab illis transmisse sunt inferius expellunt:⁊ q̇ hꝫ diafragma debile a constrictiõe anhelut⁹ penit⁹ abstineat:qꝫ tunc supfluitates ad cerebrũ mitterẽtur:sicut videmus i sufflãtibus in instrumentis:qꝫ ipsorũ vene inflantur in facie:et ipse facies rubedinẽ adipiscunt:⁊ hoc accidit propter humorum et spirituum ascẽsuꝫ ad caput. Hoc facto fricatio fieri dꝫ que eidalich dicit. Et hec fricatio multa debet esse:⁊ ad asperitatem declinans propter duas intentiões. Una est vt superfluitates subcutanee emundentur que ab exercitio sunt transmisse: et alia est vt corpus solidetur:et vapores boni retineantur vt ab his que ab exercitio accidunt:non alterent. Iste q̃dẽ operationes q̃ circa corp⁹ exercẽtur interpolationẽ reqrũt et quietẽ. Sꝫ fricatio sit ac velociter fieri dꝫ sicut dicit Gal. qꝫ si totum corpus mandilibus sit ⁊ semel fricari posset vtilius esset vt superfluitates simul et semel a corpore exalarẽt: et hec fricatio vt dictum est cuꝫ oleo dulci debet fieri. ¶ Iuuenes autem qui hanc habent cõplexionem quãdo peruenerint ad quartaꝫ septimanam annorum i aqua frigida balneari debent propter solidationẽ raritatis in eorum membris ab exercitio derelicte: vt calor propter exercitiũ sparsus aggregetur:et ad suũ ꝓpriũ tenorẽ reuertatur operatiões suas integre adimplendo:⁊ eodeꝫ modo hic aqua queritur frigida queadmodum in exeuntibus a balneo postulatur:aqua vero ista nimiã frigiditatẽ nõ habeat:nec etiaꝫ in ipa temperãtia adesse dꝫ quod est:qꝫ frigida vt nix membra ledit:⁊ remisse frigida nostrã intentionem nõ habet:⁊ hec balneatio subita dꝫ esse. Sed i balneatione vel ablutione capitis aqua frigidã indigemus speculatione. Et qñ Gal. fuit de ea locut⁹ nõ posuit sufficiẽtes ꝯditiões:nec ꝺ ea ego dubito:nisi qꝫ caput est membrum frigidũ per naturam:et in summa vtrũ debeat balneari aut non: dico quod nõ. Et post hec omnia cibari debet laudabili cibo sicut carnibus galline:⁊ pane perfecto vt dictũ est p̃parato:⁊ carnibus edinis:⁊ ãnualis agni ⁊ vituli lactẽtis. ¶ Hora ꝟo cibandi erit cũ oẽs digõnes fuerit celebrate. Et ſm sñiaꝫ dicẽtꝭ ꝙ hõbis i die cibet:erit necessariũ:vt bis exercitet ⁊ bis balneet. ⁊ G. dicit ꝙ q̃dã medici dicũt ꝙ hec debẽt ter i die celebrari:⁊ hoc eidẽ placet vr̃ ꝺ q̃ nõ modicũ ãmiror:qđ ẽ:qꝫ si hoc fiat ter:⁊ hore cibi ṫtiã sectionẽ habebũt:ꝙ ẽ: qꝫ cũ corp⁹ iuuenis hoc regimine vtẽtis sit fortis nature:⁊ bõe digõnis nõ idiget vt ipsi⁹ cib⁹ tertia digõne diuidat:⁊ hec ptitio nõ cõuenit nisi senib⁹ ⁊ debilib⁹ nã:vt ideꝫ ipse Gal. refert. Et si aliqs diceret quod huius partitionis necessitas propriã

Gal.

necessitatē sequeret:inde error prouenit:qꝛ contrarium habet verū:qḋ est:qꝛ necessitas partitiōis horaꝝ exercitij ꝛ balneoꝝ sequitur necessitatem ptitionis horarū ciborū. Tū noui medici sentiūt ꝙ cōuenientia tēpora comedēdi tēperatis cōplexionibus sunt vt trib⁹ vicib⁹ duob⁹ celebrēt diebus. Et silr exercitiū ꝛ balneū debēt fieri trib⁹ vicibus duobus diebus et isti mihi videnť veritati magis appropinquare:ꝛ etiā mirabilis Auēzoar huic assentire videť.

Auēzoar.

¶ Capitulum.vij. Quod est de regimine corporis temperati ꝑ coitum.



Et coit⁹ huic moderato vsu cōueniēs existit ita vt per hoc idem nihil accidat ex eis que preter naturam sunt:ꝛ hoc non ꝯcedimus: nisi qꝛ sperma est vna superfluitas preparata a natura:vt expellať sicut alie sup̄fluitates:excepto quod i se bona est:ꝛ ideo propter paruum errorē euacuationis ipsius fit magnū nocumentum:ꝛ plurimi sapientum prohibent vsum coitus in conseruatione sanitatis. Itē si exercitium est aliquo modorum cōueniens post coituȝ illud est nocumentuȝ coitui repugnās. Et qꝛ coitus desiccat corpora ꝛ virtutes debilitat:ꝛ euaporat corpus:necesse est vt fricatio q̄ post coitum fit hec nocumenta coit⁹ recompenset. Et necesse est:vt hec fricatio habeat asperitatem vt poros constipet ꝛ membra confortet:et fiat cum oleo multo.

¶ Capitulum.viij. Quod est de regimine eius per somnum et vigiliam.



Et somn⁹ ipsius necesse est etiā vt sit temperat⁹ ſm exigētiā nature:ꝛ vltra hoc i somno vel vigilia nō cogat naturā. Et hec oia obseruari debēt nisi in ipsi⁹ regimento cōmiserit pctm̄:aut aliud extrinsecuȝ ei nō sup̄uenerit. Sed si in ipsi⁹ regimento peccauerit indiget correctiōe vt repugnet huic ꝑ ꝯ̄riū:vbi gr̄a:si comedat aliqua stiptica:ꝛ ex hoc ventreȝ habeat ꝯstipatuȝ:necesse est vt reb⁹ pinguib⁹ vtať. Et si hoc accidat cibi paucitate:ꝛ temporis longitudine ꝑ ꝯ̄riū corrigať:qꝛ plurimū etiā cā cōstrictiōis sup̄fluitatū est ꝓpter rerū extrinsecarū malā ꝯpōnē:hoc est caliditatis ꝛ frigiditatis:ob hoc:quia ꝯseruari ab istis difficile est:et cū dico hic sup̄fluitatū ꝯstrictionē nō solū stercoris ꝛ vrine intēdo:sȝ totius corporis sup̄fluitates q̄ ex eo manant sicͥ ex meatu qui iter epar ꝛ fel existit:ꝛ inter epar ꝛ splenē:ꝛ q̄ ꝓuenit ad palatū ꝛ nasum:ꝛ vlr q̄n hec membra regimē dimittūt idigēt medicinis has sup̄fluitates euacuātib⁹ Et scias ꝙ exercitiū est vna ex reb⁹ q̄ indigēt correctiōe si in ipso delinq̄tur:ꝛ peccatum qḋ marie i exercitio cōmittiť est illud qḋ noiať labagi.i. sicut pigritia aut lassitudo q̄ post exercitiū accidit. Et iā dixim⁹ i his q̄ p̄terierunt ꝙ labaget qḋ ꝓuenit a reb⁹ extrinsecis sunt tres spēs simplices:vna est vlcerati ua. secunda est extensiua. tertia est apostemosa:et vlceratiua est illa que fit ab humore calido:et

fit etiam propter retentas sup-fluitates non dissolutas:p exer-citium:aut propter humiditates liquefactas ex pinguedine et carne ppter imoderatū exer-citium. Unde necesse est vt me-dicine adhibeantur:vt has su-perfluitates euacuent ꝛ dissol-uant:ꝛ hoc fiat fricatiōe leui et multa:qꝛ hec fricatio ppter sui lenitatem non opilat:immo dis soluit:ꝛ qꝛ multa euacuat:et dꝫ etiā fieri cum oleo calido veteri stipticitate carente. Ex balneo vero magis necessariū est aereū deinde tepidū aqueum:ꝛ cibentur cibis subtilioribus: humi-dioribus atqꝫ frigidioribus soli to:ꝛ paucioribꝰ q̄ntitate. Et cor-rectio extēsiue debet fieri molli-ficatiōe: et idcirco dꝫ fieri frica-tio lenis cum oleo calefacto in sole:cū oleo anetino:ꝛ cum oleo camomellino inutile non est:ꝛ est necesse morari in balneo tē-perato:et moram in ipso trahe-re. ¶Et correctio apose que cū extensione fit:et lesionis sensi-bilitate:ꝛ q̄ntitatis mēbri aug-mentatione tribus efficitur mo dis. Euacuatiōe. vcꝫ repcussiōe infrigidatione et mollificatio-ne:propterea indiget fricatio-ne subtili leui et multa:et debet multam attrahere moraꝫ in aq̄ calida vel tepida:ꝛ inungi multo oleo tepido:sed in estate oleum debefasceg.i.violaceū vtiliꝰ exi stit. Et cibus paucitatis istius speciei paucior debet esse cibo aliarū specierū paucitatis ꝛ fri gidior. Hoc est regimē tempera te ꝯplexiōis in etate iuuētutis vsqꝫ ad.xxxv.annum.

¶Capitulum.ix. Quod est de diminutione cibi.



Ost hec vero exer-citiū diminui ꝛ ci bus subtiliari est necesse:ꝛ cibi sint humidi aliq̄ntulū ad calorē declinā tes:ꝛ in senū etate exercitiū fiat equale sicut itineris suauis:et calidis et humidis indigent ci bis:ꝛ hoc regimē latitudinē ha bet secundum magis et minus in pluralitate et diminutiōe an norꝫ:ꝛ tales in vnoquoqꝫ die ci-bent:ꝛ supradictum exercitium eisdē precipiat:ꝛ balneum ꝛ fri catio. Et qꝛ in corporibus senū vt plurimū supfluitates gene-rant:ꝛ nō sufficit exercitatio il-las supfluitates euacuare potē ter:necessario opꝫ in cōseruatio ne sanitatis vt cibis medicina libꝰ aut medicinis potiant. Et ppter hoc in principio suarum comestionū opꝫ vt rebus humi dis reficiant vt bletis elixis:pa ratis cuꝫ almuri:oleo ꝛ sale:aut in aliis silr preparatis. Clistere volentinū vltimū eis existit:et vti debēt ficubus cū semine vr-tice ꝛ croco:ꝛ silibꝰ añ cibū:ꝛ aq̄ mellis existit vtilis maxie istis qui neqꝫ vinū neqꝫ ceruisiā bi-būt:sed vinū vtiliꝰ pōt existere iter alios potꝰ:ceruisiarū q̄ fiūt ex passulis:meliores ille existūt q̄ ex passulis carētibus nucleis fiunt. Et hoc ideo qꝛ res q̄ nobi liores sunt senibꝰ sunt ille in q̄-bus virtꝰ stiptica nō reperit:eo qꝛ resistūt ambabus suis quali tatibus ei qđ grit i eis:et debet esse vetꝰ ceruisia vsqꝫ ad finem sue pfectiōis:ꝛ color suus sic co lor vini. Et ceruisia que in nr̄a fit terra vetus non appellatur nisi spacio sex mēsiū trāscēdat. Et in minori tpe non est con-

De diminutione cibi.

ueniens conseruationi sanita=tis:et etiam vinū terre nře non appellat vinum vetus nisi cōse quat spatium vnius anni aut mediū. Et si in senib⁹ sunt mem bra lesa p naturā:exercitiū eis conueniēs non erit:qr senex cui exercitiū ordinat:est ille in quo naturalis lesio membrorum nō est. Et senibus necessarium est balneū ter in mēse:aut quater. Et iam diximus quod iuuenes istius complexionis non indi=gent balneo ad regimē sanita=tis:sed senes idigēt eo ꝑpter eo rū exercitiorū paucitatē:qr regi mē senum compositū est ex cō seruatiuo ꝛ preseruatiuo. Et dif ferentia istorum duorū regimi=nū est in hoc ꝙ vnū ꝑ siſe aliud per dissimile fit. Et est necessa=riū senib⁹ vitare cibos grossos inter alias res. Et si contingat eos aliquando comedere asso=cies eos reb⁹ subtiliatiuis. Sꝫ lac bonum est senib⁹ venas ha bentibus largas:sed necessariū est vt cuꝫ melle vtantur. Senes vero frigide complexionis per naturam ꝛ venas habentes stri ctas lacti non approximent.

¶ Hucusqꝫ locuti sumus de re=gimine tēperate ꝯplexiōis q̄li=ter regenda sunt corpora ab in=fantia vsqꝫ ad senectutē:ꝛ ꝙuis ista regimina sint longinq̄ a pos sibilitate isti⁹ cōseruationis:tñ regule sunt ordinate volēti suā sanitatem conseruare:ꝛ si i hoc deficit:corrigere debet cum eua cuātib⁹ supfluitates:ꝛ cum me dicinis opilatiōes aperientib⁹ ꝛ putrefactioni ꝛ apostematib⁹ resistētibus.

¶ Cap.x. Quod est de regimine corporū habentiū distemperan tiam compositam.



De hinc volumus loq̄ de regimine aliorū complexio nū. Et dicim⁹ qd̄ istoruꝫ corporum due sunt species: vna est sup cuius mēbra oīa do minat mala cōplo distēperata ex loco ꝛ ꝯplexionib⁹ distempe=ratis:et alia est sup cui⁹ mēbra mala cōplexio dominat:que in ipsis recipit diuersitateꝫ:verbi gr̄a:sicut cerebrū calidū et sto=macus frigidus:ꝛ hec spēs ſm Gal. est deterior prima:ꝛ maxie qñ talis complexio in membris radicalib⁹ sita est. Et regimen istorum magis est ꝑpinquum ꝑseruatiue ꝙ̄ ꝯseruatiue maxie in illis quibus mēbra principa lia in suis cōplexionibus sunt discrasiata:ꝛ hoc regimē est q̄si mediū iter regimē corpoꝝ q̄ nō sunt lesa:ꝛ ꝯdictionē aptitudi=nis que egritudinē adducit cor porib⁹ in qb⁹ est vnum signum aut plura sanis existētibus que egritudinē ꝑnosticantur:ꝛ ego narrabo in hac parte:in eo qd̄ futurum est.

¶ Capit.xj. Qd̄ est de regimine corporū calidorum.



Deinceps volum⁹ narrare de mala complexione sim plici:ꝛ incipiem⁹ a calida. Et dici=mus ꝙ i comple=xione istorum non apparet in principio multa lesio:sed cū in=ueterat ipsam siccitas comitat: ꝛ sup corpora taliū colera citria dñat:ꝛ iō opꝫ vt eoꝝ exercitiū sit facile ꝛ suaue cū suaui deābula tiōe ꝛ q̄etatōe. sꝫ ꝙ d̄t hyp. ꝙ cor pora calida d̄bēt q̄escere ꝛ ñ exerci tari:nō dꝫ itelligi nisi remisse:ꝙ

est qꝛ oīmoda q̄es corꝑis nō ingredit̃ viā sanitatis. Et ob hoc necesse est vt exercitium sit cum suaui fricatione temperata que quidem fricatio crementuꝫ efficit in carne. ꝛ ipsi fricationi associet̃ aliqua ex oleis innūctio ex oleis frigidis: vt oleo violato: ꝛ similibus. Et balneent̃ in aqua tepida ad hoc vt ex corporibus eorū sup̄fluitates fumose resoluantur. Sed aer balnei eis vtilis nō est: et si postea balneant̃ in aqua frigida prodest vt corrigat̃ damnum si qđ aqua calida facit: ꝛ eorum refectio sit bina i die: et si siccitas in eis multū manifestaret̃ tertia refectione vtātur. Sed sp̄es ciboꝝ ꝑm ꝙ dicūt medici debet esse ꝑm similitudinē in sanitate p̄sentis conseruationis: ꝛ isti cibi debēt esse calidi: aut calidi ꝛ sic. ꝛ si volūt eorū cōplx̄ones alterare dꝫ fieri ꝑ contrariū: tn̄ paulatim ad hoc regimē accedāt. Sed dico qꝛ iste cōplx̄ones que exeūt a tēperameto ad vnā extremitatū ipse sunt ꝓxime illi parti vt incidant egritudines ex genere illius cōplexiōis. ꝛ hoc fit cū superuenit aliqua cā extrinseca: ꝛ propter hāc aptitudinē que in eis est inuenta. dico ꝙ eoꝛuꝫ regimē ꝑ simile ex toto fieri nō debet, ꝓpterea qꝛ tales complexiones quales iste sunt ꝑm vnū modū nō p̄seuerāt immo sunt mobiles versus egritudinem cōplexionalē. Et ꝓpter hāc cām intelligere nō debem⁹ in regimēto suoꝛū ciboꝛū ꝯseruationē: immo ꝛ p̄seruationē ad resistēdū ei qđ accidere eis posset ex parte suarū p̄parationū mālarū. Et ꝓpter hoc totū ē necesse vt i cibis sit aliqđ cōtrariū cōplexionibus eoꝝ: ꝛ hoc est ꝑꝑ timorē occasionū extrinsecarū. Nā ex ꝑte cōplexiōis soli⁹ nō est timēdū vti similib⁹ in toto: ꝛ hec est sn̄ia illoꝝ q̄ sn̄iam istā seruāt ꝗ̄uis ex toto hoc non declarēt. tn̄ istud regimē nō sufficit nisi euacuetur humor qui hāc fouet cōplexionē ꝑ vomitū aut per fluxū vētris: ꝛ debes intēdere euacuare illū humorē per locū cōsuetū a natura. ita qđ si per vomitum per vomitum. ꝛ si per fluxū ventris: per fluxū. ꝛ melius est per fluxū. qꝛ talis euacuatio est magis nature manifesta. Et mihi videt̃ sufficere: vt habēs hāc cōplexionē calidā: vel calidā ꝛ siccā: purget̃ cū tamaridis: violis ꝛ mirab. citrinis: ꝛ alubleb. i. corriziola ꝛ similibus: ꝛ iste complexiones calide aut calide ꝛ sicce secundum plurimum sunt vaporose ꝛ fumose: ꝛ ob hoc balneatione indigent ne cito effimerā incidant: ꝛ similiter si tenui dieta longo vsi fuerint tempore. Et bonum est istis aliquando post cibū balneari vt eorū corpora īpinguent̃: sed qui in dextro latere sentiet grauitatem hoc vitare debet: ꝛ est necesse vt rebus vtatur exopilatiuis. Neqꝫ istis est conueniens potatio vini: ꝛ si bibāt vinum bibere debent aquosum. Et vl'r dico ꝙ regimē ꝯplexionum calidarum ꝛ sic. et calidarum simplicium non diuersificatur in fine nisi ꝑm plus ꝛ minus: qꝛ impossibile est vt caliditas in fine non deueniat ad siccitatē: ꝛ vtile est istis oxizacchara in temporibus calidis frigida cū aliquibus seminib⁹ ꝛ herbis quē h̄nt v̄tutē aperitiuā et ꝓuocatiuā sine caliditate: sicut est semen scariole ꝛ capillus veneris: ꝛ etiam semen apij: cuius

sit sua virtus repressa in quantitate cū seminibus melonis: et cucumeris. aut cū alia re que habeat tēperare caliditatem et sic. materierū dictarum: quēadmoduz est stipes scariole et viole. Et mirabilis Auēzoar dicit qd in omnibus locis in quibus vtimur orizacara debemus vti flore nenufaris: et maxime calido tempore. Et dicit per experientiam quod nenufar habet sua pprietate pseruare tales a febre. Itez dicit qd semper cum orizacara debemus vti rebus que os stōi fortificant sicut aqua masticis: aut cinamomuz aut spica: quia acetum inquantum est acetum os stōi ledit. Et mihi videtur quod aqua ordei tēpore calido sit regimento cōueniēs: dūmodo cū ipsa sit aliqd qd reprimat nocumētū oris stōi ex ea. Et qui hñt complexionem siccā necesse habent eorum corpora humectare ne in eis acceleret senectus: et hoc debet facere cum cibis humidis laudabilis chimi: sicut ē caro pullorū iuuenū: et vti balneo aque dulcis tepide: et fugere laborē et vigiliā: et oīa accidētia aīe que corpori faciūt acquirere caliditatē: sicut furor et ira: et eorum similia: et assuefacere ea que corpori adducunt delectationem et gaudium: et vt extrinseca q̄ eis intēdimus facere sint cōtraria sue cōplexioni: et folia salicis et vitis et aque frigide: excepto gaudio tēperato: aere temperato: et mobilibus lectis: et audire sonos amenos eis conueniens est. ¶ Sed cōplexionibus calidis et humidis superueniunt egritudines putride et discursus superfluitatum: et maxime tēpore iuuētutis. Et idcirco necesse est vt exercitentur forti exercitio et veloci: et vtantur fricatiōe multa et forti: et quod etiam balneētur añ cibum: et oportet vniuersaliter stōm taliū intueri. nā si ipsius cōplexio ad malā cōplexiōnē cōuerteret humores toti' corporis ad idē declinarēt: et tūc cib' eorꝫ declinaret ad frigiditatē et siccitatem. Et ista cōplexio nō est tēperata sicut opinatus est G. Et antiqui dixerūt quod cōplexio naturalis est calida et humida: quia cū cōparamus cōplexiōnē naturalē inquantū est media extremitat. b' tūc dicim' qd est tēperata equalis et extremitates intelligunt hic viij. complexiones. Et qñ ipsam cōparamus dominio superfluitatis elementorum que sunt in ipsa. nos dicimus quod sit calida et humida: eo quod caliditas et humiditas plus dominant in ipsa q̄ frigiditas et siccitas: et nō dicimus hic cōplexionē tēperatā hāc de qua loquimur hic qd sit calida et humida nisi cōparatione ad naturalē. ergo cū dicimus calidam et hu. esse tēperatā nisi equoce dicit. Et Gal. met dicit qd naturalis dr respectu extremorū: et calida et hu. cōparatiōe tēperātie dr: et iō dubitat pꝫ hoc tps quod hec tēperata complexio nō inueniat.

¶ Cap. xij. Qd est de euacuatione corporꝫ calidorum.

Einceps reuertamur ad id a q̄ separati fuimus: et dicam' quod non opꝫ apropriare cōseruationē sanitatis solū sup exercitiū balneationē et cibos hñtibus hāc cōplexiōnē verꝫ oꝫ cū hoc euacuare supfluitates cū medicinis laxatiuis a capite per viaz sternutationis: et gargarizādo

ore masticē ⁊grana stafisagrie:⁊ etiā ꝓuocando vrinam: ⁊ medicine cōueniētesad purgādū habētes hāc ꝯplexionē sunt medicine leues sicut agaric⁹turbith: et cartamū. Et opꝫ qḋ isti multum ab opilonibus sibi cauere debeant:⁊ inter ceteras causas putrefactionis huic resistere debent euacuādo humorē qui putrefieri cōsueuerat:⁊ cū medicis resistētibus putrefactioni suis qualitatibus⁊ suis ꝓprietatib⁹ qḋ q꞉ natura putrefactiōis stat per extraneum calorē cū humiditate suꝑflua fetida sicut sunt ei medicine odorifere in vltimo contrarietatis. Et si tu feceris vnā cōpositionē in qua oēs iste virtutes aggregent erit vltima medicina ad cōseruationē sanitatis ipsorū dummodo reprꝭsse sint in illis eius virtutes quib⁹ non indigēt. Sed cōplexio frigida debet cōseruari cū rebus calidis sine humectatione.vꝫ. exercitio balneis siccis cibis⁊ his similibus. Sed cōplexio frigida ⁊ hu.dꝫ regi cū regimine calefaciēte ⁊ exiccāte:⁊ cum multiplicatione exercitij:⁊ indiget euacuatiōe propter superfluitates que a tali complexione generātur. Sed cōplexiones frigide et sicce ceteris sunt deteriores: et indigent in earum regimine calefaciētibus ⁊ humectantibus: et leui fricatione: ⁊ dulcis aque balneo:⁊ exercitio temperato et somno longo. Et vniuersaliter ꝯpl'onis hūide indigēt iter refectionē⁊ refectionē mora lōga: queadmodū sicce indigent breui.⁊ cōplexiones frigide ⁊ sicce indigent superfluitatū euacuatione vt humoris melencolici. Et medicine ad hoc valentes sunt mirab.indi.⁊polipodium. Et vina aromatica sunt conuenientia valde huic complexioni. Et coitus nocet plus ceteris omnibus complexionibus maxime frigidis ⁊ sic. Et inter complexiones calida ⁊ humida superfluum tolerare potest leuius ⁊ que peiores sunt frigide ⁊ sic. existūt. humide vero medio modo se habēt circa illḋ. Ista sunt regimina complexionum distēperatarū in qualitatib⁹ actiuis ⁊ passiuis. Sed cōplexiones distēperate solū in passiuis tantā non recipiunt lesionem:quātaꝫ distemperate in vtrisq̄ aut in actiuis.

¶Ca.xiij. Qḋ est de resumptiōe extenuatorum.



Sed regimē corporum extenuatorꝫ debet esse per cōtrarium causarū extenuationis vt si fuerit hui⁹ causa caliditas cum siccitate membrorum valebit frigida ⁊ humida dieta:⁊si causa extenuatiōis fuerit propter debilitatem attractiue que est in membris: inunctio olei oliue affert iuuamentum:dummodo solūꝫ stet super membra donec trahant cibum et non plus:⁊ si moram contraxerit nimium dissoluet:⁊alterabit: et si causa exiccationis erit super virtutem digestiuam frigiditas administrentur ea que confortent digestiuam. sicut vinum ⁊ ea que scis:⁊ vniuersaliter extenuatio siccitati associatur. ¶Sed siccitas aliqñ ꝓuenit ꝑpter dissolutionem multam.⁊ aliqñ ꝑpter paucitatē digestiōnis: et aliqñ propter vsum cibo

rum siccoꝝ. Et rectificatio istorum est facilis: et extenuatio corporũ pinguiũ fit ꝑ cõtrariũ: ſm qꝺ tu scis.

¶ Capi. xiiij. Qꝺ est de cõseruatione corporis cuius mẽbrũ est distemperatũ.



Uc usqꝫ narrauimus regimen distẽperate ↄplexionis vł'r. Deinceps narrare volumus de regimine distẽperere i singulis membris. Et dicim⁹ qꝺ regimẽ istarũ cõplxonũ plus ingredit̃ genus ꝯseruatiõis qꝫ regimẽ cõplxonis distẽpate cõis. Et intẽtio nostra i tali cõplone qualis est ista: est vt virtus illi⁹ mẽbri fortificet suã cõplonẽ tẽperãdo et euacuando supfluitates q̃ in eo generant̃: et remouere cãm que illã generat supfluitatẽ cõsiderãdo vtrũ sit lesum in se aut ꝑ alterius mẽbri cõpassionẽ queadmodũ stomacus in aliquib⁹ hominibus est lesus ꝑ se: et i alijs ꝑ cõpassionẽ cerebri: et mẽbra q̃ magis dãnificant̃ alijs sunt mẽbra ꝑncipalia: cũ cõplexio erit alteri cõtraria. vbi grã. cũ epar ẽ calidũ: et stõus frigidus: et corpus est extenuatũ: et lumbi in arenis abũdãtes: vel vt in corpore extennato testiculi multũ generãt spma: in talib⁹ indigem⁹ regimine mixto: et plus instare distẽpantie piculosiori. itaqꝫ aliꝺ obliuioni nõ tradat: et hoc ingredit̃ doctrinã de ingenio sanitatis: et ob hoc nõ plura his dicem⁹. dꝫ regimẽ ꝯseruatiuũ ẽ de genere curatiui sicut dicem⁹ postea. Et scias qꝺ deterior haꝝ cõplexionũ est illa que est in cerebro declinãte multũ ad caliditatẽ aut frigiditatẽ ideo quod quando complexio cerebri est ad malitiã ↄuersa est cã aduẽtus mali multi et magni queadmodũ sunt apata colli: et squinantia: et oris pustulatiões: et apata vulue: et raucedo: et ptisis: et tussis: et dissinteria: et alia istis siñia: et aliqñ currũt supfluitates iste ad stõm: et corrũpũt ipsum: ita qꝺ si fluxus fuerit frigidus conuertet ipm ad frigiditatẽ: et cõplo totius corporis corrũpet: et cũ hoc patiẽs eructatiões emittet acetosas: vt mihi tẽpore iuuẽtutis accidit: qꝛ meus stõs propter malitiã regiminis malam acquisiuit complexionem: et medicus meus ignorans eam dixit qꝺ taliter fuit cõfirmata qꝫ ipsam remouere non potuit. et ego ignorans omnino eraꝫ sciẽ medicine: et ab hac oẽs distẽperãtie mee ortũ hñt. Etqñ distẽperantia fuerit calida fluxus humorum in aliquibus erit calid⁹ rememoratio vero omnium harum in capitulo de ingenio sanitatis continetur. ¶ Sed cõseruatio cõplexionis cerebri vt nõ discrasietur est vt si est frigidum supponantur ei res exiccatiue hñtes caliditatẽ cum aromaticitate: sicut mac. et gariofili plueri3ati. et postqꝫ cũ vino fuerit ablutũ: et euẽnt supfluitatesq̃ i ipo ↄtinue gñant̃ cũ sternutatiõe et fricatiõe q̃ fiũt cũ radice nucis et ẽt gigiuaꝝ fricatio ↄfert. Et cerebra masticatio mastic: et vti medicisq̃ euãnt hũores i eo abũdãtes tpib⁹ ↄgruis: et maxie i ṽe et autũno. ¶ Sꝫ cerebrũ distẽperatũ i caliditate in quo supfluitates cale gñant̃ ꝑ ↄtrariũ h⁹ ↄseruat̃: et hoc fit inũgẽdo caput ei⁹ oleo ros. et enacuãdo hũorẽ ↄtristãtẽ ſm qꝫ meli⁹ videt̃ cõuenire

Et vltr cerebrũ magis alteratur frigiditate q̃ caliditate: et propter hoc opꝫ ipm̃ a frigore conseruare cõseruatiõe vltima. Sed regimẽ illoꝝ quoꝝ impossibile est regere ipos isto regimine: necesse est cõseruare eorũ qualitates: qm̃ sicut est eq̃lis cõplexiõis a sua natiuitate videt mihi vt egritudines eisdẽ superuenientes sint ex repletiõe: ꝛ ob hoc indiget euacuatione vñ. vz. flobotomia: ꝛ maxime si in eo apparuerint signa repletiõis. ꝛ oꝫ cũ hoc vt abstineant a cibis multi nutrimẽti. Sed q̃ nõ hꝫ cõplõnẽ tẽperatã maior pars suaruꝫ egritudinũ a malis humorib⁹ hꝫ prouenire: et ob hoc oꝫ ipsos abstinere: ꝛ scire illos euacuare ꝯsiderãdo semꝑ q̃titatẽ euacuatiõis vt nõ sit suꝑflua nec diminuta: eo ꝙ tales sunt quibus vna euacuatio sufficere non videtur ĩn vere et tales sunt qui indigent duabus: vna scilicet in vere: ꝛ alia in autumno. Et ego dico ꝙ illi qui vtũtur potionib⁹ in septimanis annoꝝ: aut in medietatib⁹ eoꝝ recti⁹ faciũt q̃ illi qui oĩ anno purgationes exercẽt: q2 nos videmus ꝙ egritudines vtplurimũ nõ accidũt hoĩbus nisi circuitibus terminatis aut circa ipsos. Et ideo circa vnũquodq3 idiuiduũ hoc est cõsiderãdũ: qm̃ spero ꝙ cum hoc regimĩe multi poterũt euadere ab egritudinib⁹ eis accidẽtaliter eueniẽtib⁹: ꝛ cõuenit etiã vt qui volũt mutare cõsuetudinem malam: vt mutent ipsam suo posse paulatim ne terreant subito.

¶ Cap̃. xv. Q̃d est de cõseruatione corporũ que ꝑparata sunt in egritudines cadere.



Deinceps volum⁹ tractare de corporibus que propiqua sunt: vt i egritudinẽ cadant: vt eorũ malis aptitudinibus obuiemus. ¶ Et vltr dicimus ꝙ genus preseruationis futurarũ egritudinum fieri debet qñ aliq̃d signũ manifestatur: tunc recte est ex genere cure egrotãtis in presenti. verbi gratia. resistere lepre vt non fiat est idẽ cũ rebus quibus curat̃ quãdo est: illud ideꝫ dicim⁹ in aliĩs egritudinib⁹. Malarũ vero aptitudinum ꝛ manifestior est illa q̃ dr̃ spõtaneus labor: nam qñ hic corporib⁹ adest apta ꝛ acceptata sunt in infirmitatib⁹ multis: et ob hoc de isto vniuersalẽ sermonẽ faciemus ꝙ nõ erit simile aliĩs malis aptitudinib⁹ ꝓpriĩs in oĩ egritudine: eo ꝙ mod⁹ obuiandi illis aptitudinibus malis est vnus et idẽ modus cum cura egritudinibus ipsarum. ꝛ iccirco ibi nõ est recitandus. Et scias ꝙ nõ obliti sum⁹ de cõseruatiõib⁹ corpoꝝ tpe corruptionis aeris: sed in posterum dicemus. ¶ Sed incipiem⁹ loqui de labore: ꝛ dicem⁹ q̃d iã dictũ est i libro egritudinũ ꝙ põt esse tribus modis. Unus est labor vlceratiu⁹: ꝛ hec spẽs fit ab hũorib⁹ colericis q̃ hoc mouent: ꝛ de hac spẽ ad p̃ns intẽdimus loq. Alia spẽs dr̃ extẽsiu⁹: ꝛ hec ex sanguinis multitudine fit: ꝛ ꝯm aliq̃s dr̃ vẽtosus. Tertia spẽs dr̃ apostemosus ꝛ cõpositus ex extensiuo et vlceratiuo: ꝛ de ei⁹ proprietate est vt superueniat oib⁹ mẽbris apparitio cremẽti circa oĩa extrema. Et volum⁹ incipere a cura oẽs has species continẽte: Triplex labor.

postea vero de vnaquaqꝫ specie loquemur per se. Et dicimus ꝙ cā efficiens est mala cōplō materialis ergo medicina cōicans istis speciebꝰ erit aut alteratiua aut euacuatiua. Et alteratione et euacuatione facit natura cū cibis ꝛ medicinis que habēt disponere humores ad hunc finē: ꝛ aliqñ adiuuant ad hoc somnꝰ quies ꝛ fames. Et euacuatio fit cū medicinis que prouocāt vrinā ꝛ sudorē ꝛ ventū: ꝛ est cū exercitio: ꝛ hec fiunt: qꝛ ars sequitur cursum nature: ꝛ iste sunt medicine cōicantes oibus speciebus supradictis: verum de propria vniuscuiusqꝫ istarum volumus dicere: eo ꝙ nō euacuat vnaqueqꝫ istarum specierū vna specie euacuationis: nec alterat vnaqueqꝫ istarum specierū vna specie alterationis.

¶ Cap. xvi. Qđ est de remotiōe et preseruatione corporum a labore vlceratiuo.



Incipiamus nūc a labore vlceratiuo: ꝛ dicamꝰ ꝙ cā efficiēs istius est humor acutꝰ mordicatiuus: et tu scis ꝙ humor mordicatiuus est colericus: aut melēcolicꝰ: aut flegmaticus salsus: ideo qꝛ vnusqꝫ istoꝝ est mordicatiuus. Sed colera est acuta propter suū acumē: ꝛ melēcolia ꝑpter suā acetositatē: ꝛ flegma salsuꝫ ꝑpter suā salsuginē: ꝛ hic accidūt aliq̄ distinctiōes: qđ est. qꝛ isti hūores nō effugiūt: qm̄ aut sub cute solū sunt locati aut ꝓfundati i musculo aut sunt in musculo ꝛ venis ex via q̄ inueniunt i sanguine paterno ꝓpinq̄. Adhuc nō ē lōginquū. qn̄ sint cū istis humoribꝰ aliȷ hūores mucilaginosi: Et forte nō sunt: et si sunt non effugiūt qn̄ aut sint in spōgiositate carnis aut i venis. ꝛ si sunt i venis. aut sūt cū paucitate sanguinis aut cū eiꝰ multitudine. Et nō est multꝰ sanguis in venis: nisi cū isti humores sunt pauci: et nō sunt multū elongati a cōplexiōe sanguinis: eo ꝙ inuētio quoꝝundā in actu nō fit nisi ante cōuersionē ipsoꝝ in sanguinē ꝛ aliq̄ post ꝯuersionē in eūdē: vt est colra ꝛ melia: ꝛ aliq̄ cito ꝯuertunt: ꝛ aliq̄ tarde. qm̄ qn̄ multū elōgati sunt a sanguine lōga indigēt cōuersiōe: ꝛ q̄ꝓpinq̄ sunt i breui cōuertunt: ꝛ hoc est qđ pōt dici de hoc labore: ꝛ vnusquisqꝫ istoꝝ propriā hꝫ medicinaꝫ. Et dicimus ꝙ qn̄ isti humores efficiunt laborē: ꝛ sub cute sunt locati forte exercitiū ꝛ fortis fricatio erit sufficiēs medicina cum balneo ꝛ cibo subtili: aut aq̄ ordei ꝛ squinzibin ꝛ similia. Et qn̄ isti humores in poris sunt locati nō indigēt exercitio: sed q̄ete ꝛ somno ꝛ abstinere a cibo: eo ꝙ ista adducūt digōnē: ꝛ sero balneentur in aqua tepida: ꝛ cibis subtilibꝰ cibent post assumptionē squinzibin: eo ꝙ squinzibin euacuat per vrinā ꝛ sudorē illū humorē qui pōt moueri a natura. Et si hoc accn̄s sedabit: per hoc tūc plene cāꝫ huius cognoscimꝰ ꝛ si nō sedat: ꝛ somnꝰ patiētis fuerit debilis ꝛ variꝰ: tūc nō est hūor i carne ꝛ musculis solū sꝫ ēt in venis. Et tūc ꝯsiderādū est si cū istis hūoribꝰ qui faciunt hūc laborē sunt hūores mucillaginosi aut nō. ꝛ dicimꝰ ꝙ si non sunt hūores mucillaginosi ꝛ humores faciētes laborē sunt ꝑi porositatibꝰ aut venis: ꝛ tūc attēdendū

dēdum est si cū eis est sanguis multus aut pauc⁹: aut si illi hu mores sunt hūores sunt remoti a substantia sanguinis aut pro pinqui. Et si pauc⁹ est sanguis et humores sunt remoti a sub- stantia ipsius. tunc humor iste faciens laborem debet euacua- ri per farmaciā et non per flobo tomiā secūdū speciem illius hu moris facientis laborē: siue fue rit colericus siue melencolic⁹ si ne flatic⁹ salsus: qm̄ qñ isti hu- mores exeūt a natura in q̄litate tūc indigēt euacuatiōe cū medi cina attractiua: q̄ ꝓprie habeat respicere illū humorē: eo ꝙ qua litate peccāt. Sed si peccāt q̄ti- tate tūc faciēda est flobotomia: sicut diximus in libro de inge- nio sanitatis. Et si isti humores sint cū multo sangnie: ⁊ nō mul tū remoti a sanguinis substātia tūc in primis debēt euacuari ꝑ flobotomiā: ⁊ postmodū per far maciā: hoc est si non adsint hu- mores mucillaginosi: qđ est: q: si cu istis apparēt humores mu cillaginosi: tunc considerandū est si humores fuerint in venis cū multo sanguine: ⁊ non erunt multū ab ipsi⁹ substātia remoti tūc silr̄ debēt euacuari cū flobo- tomia: ⁊ tñ farmacia difficilis eē dz. Et si humores mucillagino si fuerint in venis multi cū san guine pauco: ⁊ hūores laborez inferētes a suba sanguis fuerit remoti: tūc nō est flobotomādū nec farmacandū: eo ꝙ floboto- mia ɋnecabilis esset: nec in far- macia ꝓpositū secuti essem⁹: q: ꝓpter eoꝝ grossitiē hūores obe diētes nō essent. Sed plus flue- rēt: ⁊ ēt vene clauderent: ⁊ hic i- terponēda est q̄es medicinalis: ⁊ subtilis cibix icisiui sine mul- ta caliditate ad hoc vt multa in mēbris illorū sparsio nō fiat: et cōueniēti⁹ in hoc casu est squin zibin de seminib⁹: cui⁹ siccitas sit repressa cū radice lilij et viol. Et aq̄ ordei conueniēs hic est: ⁊ maxime i iuuenib⁹ cū radice fe- niculi. ⁊ ydromel etiā. Et q: in corporib⁹ istorū vētositas gros- sa ⁊ inflatina gñat. ꝑcipit. G. da ri dyapipereon ⁊ dyaciminum. Sz in nostro climate hoc est vi- tādū: q: posset febrē incitare. Et ipse. G. his nōvtebat nisi in tpe frigido: ⁊ frigida cōplone: ⁊ me dicine subtiles mēbra intriseca ɔfortātes cū remisso calore vti- les sunt sicut darsiue: ⁊ assarū: ⁊ cinamomū: ⁊ ambra: ⁊ cassiali- gnea: ⁊ in arabico ichalica ⁊ ga riofili: ⁊ silr̄a aromatica. ¶ Et si Galenus aliquā istarum repu- diet facit hoc propter suā stipti citatē: ⁊ si cū alijs cōposueris bo na erit ɔfectio ob hoc: q: mēbra principalia sunt in vltimo debi litatis: ⁊ maxime os stomaci in hac cōpōne mastix nō obmitta- tur. Sed rosa nō est hic cōmēdā da propter sui frigiditatē et sic. q̄tuis sit cōfortatiua. Sed sticā- dos est vltimū in hac cōpōne q̄- litate ⁊ ꝓprietate: ⁊ quēadmodū i hoc casu flobotomia ihibet: et vomit⁹ rōne eadē. Sed qñ hūo- res mucilliaginosi sunt i muscu lis ⁊ sanguis venarū est mūd⁹: tūc nō timēde sunt res multū ca lide ⁊ vrinā ꝓuocātes: ꝓpterea q: tunc nō est timendū vt hūor in mēbris spargat. Et. G. hic vti tur medicina ex pulegio facta: et mihi multū placet illa aut ei similis. ¶ Et scias ꝙ mihi non fuit necesse narrare hec signa si gnificantia dominium humoꝝ istorum: nec signa significantia

Gal.

Gal.

quantitatem nec locum. ideo q: oia sunt tibi nota in libro signorũ. Et tu debes considere in vrina in cognitione generũ humorũ qui inter musculos sunt quãtitatẽ debes sumere a regimine antecedente a complexiõe a tẽpore ⁊ etate: ⁊ aliis reb⁹ in libro signorum dictis.

¶Cap. xvij. Qđ est de remotiõe et preseruatione corporũ a labore apostemoso ⁊ extensiuo.



Sed labor apostemosus et extensiuus de necessitate ꝑueniũt a sanguie multo: ideo cõueniens est patientẽ primitus flobotomare: ⁊ auttumãdo quãtitates ſm tempus ⁊ etatẽ ⁊ complexionẽ sicut in libro de ingenio sanitatis docetur. Et sunt distinguenda mẽbra in euacuatione istius laboris, ita ꝙ si in capite grauitas affuerit cephalicã flobotomare debes: ⁊ si in mẽbris mediis basilicã: ⁊ cũ ambas ꝯtinuerit partes mediana erit flobotomãda.

¶Cap. xviij. Qđ est de conseruatione corporum tpe pestilentie aeris.



In hac particula adhuc narrare remãsit corporũ preseruationem ab egritudinibus ab aere preter naturam. ¶Et dicimus breuiter qđ aer vt alibi dictuꝫ est permutaṫ aliqñ in qualitate: ⁊ aliqñ in substãtia sua: sꝫ cũ sit i vno aut alio: tũc ꝑparata sunt corpora recipe egritudines siles illi cõplexioi: tñ oia corpa ab istis dispositioibus nõ leduntur: sed solũ nocẽtur corpa ꝑparata: nã si eẽt hoc oibus cõe egrotarẽt oẽs in aere supradicto. Icc irco cõsidere debemus in regimine vl'i oẽs has cõtinẽti ꝑmutatiões: hoc est in apertiõe opilationũ: ⁊ in resistẽdo causis putrefactionis ex toto: ⁊ cũ dico ꝙ oẽs has ꝑmutationes cõtineãt. intẽdo permutationes que in suba sunt. Sed ꝑmutatio q̃ in qualitate existit in vna. vꝫ. aut in pluribus regimen ipsis qualitatib⁹ cõtrariũ esse dꝫ: ⁊ hoc regimen particulare est. verbi gratia. si est distẽperatus in caliditate ⁊ sic. cũ frigidis ⁊ hu. regi dꝫ: ⁊ degere in septẽtrionalib⁹ locis in quib⁹ ad huc aer reprimaṫ roratione aq̃ ⁊ foliis aromaticis hũidis. sic oibus aliis qualitatibus excedẽtibus cõtrariũ apponaṫ. Et si magna caliditas nõ obstaret leniter euacuãde essent superfluitates que in tẽporibus illis essent generate. Sed aeri corrupto in suba sit̃ resistẽdũ est eũatiõib⁹ vniuersalib⁹: ⁊ cũ resistẽtib⁹ epidimie a tota spẽ: ⁊ vtantur cibis frigidis ⁊ sic. a putrefactiõe remotis sicut aceto ⁊ lentibus: et aromatizare aerẽ cũ rebus resistẽtibus putrefactioni sicut cuꝫ costo: ⁊ storace ⁊ galbano. Et terbentine inest proprietas in hoc casu: ⁊ tyriaca maior isti tempori epidimiali multum resistit sumendo ab vno characte vsq̧ ad ℥. j. ⁊ post nõ dꝫ comedere nisi celebrata in oibus mẽbris digõne et hoc fit spacio. 6. horarũ. Bolus armenus ⁊ terra sigillata in aere pestilentiali magnũ ꝑstat iuuamentũ: ⁊ per nomẽ Auenzoar odor vrine ircoꝝ ꝯfert multũ: et dꝫ ꝙ ex aloes duas partes croci ⁊ mirre partem. j. de quo sumatur oi die pondus. xij. cara-

tor:cum.℥.j.vini⁹aq̄ mixti:iuuat multū:⁊ nō est inuēt⁹ adhuc ali q̄sq̄ hac medicina sit vsus q̄ a pe stilētia nō securet. Sꝫ in corru ptiōe tpis calidi debēt eligi loca alta in q̄b⁹ regnet vēt⁹ septētrio nalis aerē mūdificās. Sed si sit corruptio ī sub̄a tota: habitādū est in domib⁹ terraneis: ⁊ cauer nosis ⁊ loca alta vitare: et vitare oēs fruct⁹ humidos: ⁊ tūc neces se est vt oēs pisces tūc tpis peni tus sint nociui: ob hoc: quia san guis ex istis reb⁹ gñatus est cite corruptionis. Et silr̄ oēs carnes exceptis volucrib⁹ mōtanis: si cut pdices ⁊ silēs istis: ⁊ vl̄r res ventrē lenificātes hoc tpe optīe sūt: queādmodū tamarindi: vio le: cassia ⁊ māna: ⁊ qd̄ dictū est i hac particula scd̄m nostrā intē tionem sufficiens est.

¶ Explicit liber sextus colliget.

¶ Incipit liber septim⁹ q̄ est de curatiōe egritudinū siue de ige nio sanitatis: ⁊ est ꝯtinēs capl̄a triginta nouem.

¶ Cap̄.j. Qd̄ est de mō euacua tionis male cōplexionis mate rialis ⁊ non materialis.



Iber medicatōis q̄ de igenio sanitatis iti tulatur: dici mus: qd̄ ob hoc q̄ rerū ꝯ naturā sunt due spēs. vcꝫ egritudines ⁊ acci dētia ꝯña egritudines: ⁊ iterum egritudinū sunt due species. vcꝫ egritudines ꝓprie ⁊ prime cōsi miles ⁊ cōposite seruatio: vt sūt a malitia octo specierū male cō plexionis materialis ⁊ nō mate rialis: ⁊ sunt egritudines ꝓprie mēbris officialib⁹. Videtur no bis vt narremus incipiēdo pri⁹ a via de igenio sanitatis a remo tione egritudinū ꝓpriarū mem broꝝ cōsimilium si sint materia les aut nō materiales: ⁊ postea ingenium remotionis egritudi num membroꝝ officialium: ⁊ vl timo curatione accidentiū per curremus: Quidin medicatione egritudinū cōtineatur: quia per remotionem egritudinis accidē tia remouentur. ¶ Et volumus primo narrare egritudinū mem broꝝ cōsimilium curationeꝫ ma terialium et nō materialium: et postea vnāquāq̄ speciem inten dimus pertractare: ⁊ hec nobis videtur ordinata distinctio. Et dicimus q̄ intentio in mala cō plexione nō materiali est vnica sola: hoc est vt ad suā reuertatur naturā: ⁊ hoc nō fit primo ⁊ sub stantialiter nisi p cōtrariuꝫ: per qd̄ male cōplexionis remouētur species: ⁊ sunt cibi ⁊ medicine ƀꝫ plus male cōplexioni egritudi nali sua prima virtute resistētes. verbi gratia. si mala cōplexio sit calida ⁊ sic. remouet̄ p cibos fri gidos hūidos ⁊ medicinas. Et q̄ꝛ dixim⁹ q̄ remotio male cōple xiōis nō materialis prīo ⁊ sub̄a liter a ꝯrio remouet̄. Dicim⁹ q̄ꝛ ꝯuenit aliq̄n vt a simi p accñs silr̄ remoueat̄: sicut aq̄ frigida malā remouet cōplexionem frigidaꝫ: eo q̄ claudit poros: etiā ispissat cutim: ⁊ sic calorem intrinsecum fortificat. ⁊ hec medicina multū est timenda: ⁊ nō debet fieri nisi in necessitatis tpe: ⁊ maior pars medicoruꝫ qui ea vtuntur errāt vt postea ostendemus. Sed in tentio remotionis male com plexionis materialis duabus re bus existit: vna est vt malus

humor euacuet: alia est vt mala cōplexio membri rectificet q̄ relicta est a mala materie sparsione in mēbris. Euacuatio duob⁹ fit modis: vn⁹ fit cū flobotomia: et alius fit p farmaciā secessiuam aut vomitiuā aut vrine prouocatiuā: et p clisteria et sudorē: quas oēs operationes operant medicine cū suis virtutib⁹ secūdis et tertijs et proprietatib⁹: quēadmodū mala cōplexio prima remouet virtutibus primis: et aliqñ fit euacuatio p ieiuniū exercitiū: balneū: et fricationē. Sed euacuationez p flobotomiā rōne et experimento cognoscere possum⁹: et iuuamentum ab experientia cognitū manifestū est. Sed iuuamētū rōne cognitū duobus existit modis: vn⁹ modus est: q2 ostēsum est q medicus semp seq̄ dz viā nature: sed dicim⁹ q natura sanat p fluxū sanguinis egritudies sanguineas multas: et eadē rōne inuenim⁹ iuuamētū medicinaruz laxatiuarū. Scđs modus est q impossibile est vt aliqñ cibus et potus supflue nō sumantur: ita q in corpore sanguis supfluus aggreget: aut alter humor: et supflua indiget euacuatione: ḡ necessaria flobotomia aut farmacia aut euacuatio alia. Sed ieiuniū et exercitiū in hoc casu sufficiētiā nō hñt q2 nimis minuunt paulatine cōparatiōe habita ad hanc repletionem q̄ est fm vasa. Nā accidere posset sicut accidit illi qui somniabat i balneo sanguineo balneari: vt dictū est isuperi⁹ in libro signor̄ sicut dicit G. vñ cognouit sanguinē in sua cōplexiōe abūdare: et iō flobotomiā sibi fieri imperauit: et ɔsiliū hñs ab alijs medicis sequētib⁹ viā erasistratis ei prohibuerāt minutionē: et iniūxerūt sibi abstinētiā: et abstinēdo facta fuit dissolutio humor̄: et inde duplicat⁹ fuit calor et extinctus fuit sicut extinguit lāpas ex multitudine olei qñ supabūdat. Sed qñ dz quelibet istarū euacuationū fieri aut vna plus altera hoc volum⁹ determinare in primis: et postea redibimus ad curationē vniuscuiusq speciei singlr male cōplexionis post narrationem rerū significātium manifeste faciendi vel nō faciēdi fm quātitatē euacuationis et rectificationem male cōplexionis: et hec sunt natura egritudinis et virtus et cōplexio et etas et tp̄s et alia q̄ rememorari debēt. Et dicim⁹ vniuersaliter qđ euacuatio nō dz fieri nisi cuz humores cursuz nature egrediūtur i toto corpore aut in vno mēbro: et hoc aut qualitate in quātitate aut ambab⁹. A quātitate vero prouenit spēs laboris extēsiui que est repletio fm vasa. Sed repletio fm virtutē a quātitate et qualitate prouenit: ita q virtutes nutritiue et motiue aggregātur: et vniuersaliter oēs virtutes operatiue: nā qñ debilitātur virtutes tunc operationes in humorib⁹ naturales nō fiunt: et fm plus hāc repletionem sequitur labor vlceratiuus propter humorum malitiam qui in hac specie repletionis existūt. Isti sunt euacuationis modi superfluitatuz que in toto sunt corpore aut in vno mēbro. Sed locus in quo flobotomia debet anticipare in quantitate qñ omnes humores in quātitate extra cursum naturalē augmentantur: et hoc nō prouenit nisi cum augmento sanguinis quātitatiuo ob hoc q humores in ipso sunt in potentia: et ista

augmentatio s'm plus laborem p̄stat extensiuum. ¶Sed locus cui minus necessaria est euacuatio flobotomie est qn̄ humores extra cursum nature in quātitate: ꝛ qualitate egrediūtur. ¶Et maxime hic cōcedit flobotomia qn̄ humoꝝ qualitates qualitati sanguinis nō repugnāt: neqꝫ etiā a substātia sanguinis elongant hoc est qꝛ nō sint crudi ꝛ mucilaginosi. Et aliqn̄ flobotomia ꝑ accidēs fit sicut fit per fluxū sanguinis nariū: et fluxū emorroydarū ꝛ siſe. Sed hoc quantū possumus vitare debemus: et aliqn̄ hec spēs euacuationis fit ꝓpter attractionē materie de membro ad mēbrū sine intētiōe euacuationis ipsi⁹ ex corpore: ꝛ vt plurimū hoc fit qn̄ sanguis est paucus: sed tn̄ maliciosus existit. Et aliqn̄ in hoc ambe intentiones aggregātur: hoc est vt euacuet ꝛ subtrahat: ꝛ tūc ꝓpter hoc istud facim⁹ vt euacuem⁹ materiam egritudinē facientē: ꝛ p̄seruem⁹ ne augmētet. Et scias qꝫ qn̄ intēdimus solā euacuationem tūc a ꝓpinqua parte membri euacuamus: sed qn̄ subtractionē ad diuersam intendim⁹ partē tunc a remotiori trahimus parte. Sed qn̄ ad ambas partes intendere debemus aut ad vnā magis q̄ ad aliā hoc in subsequentib⁹ dicetur. Et ꝓpter hāc diuersitatē intētionis diuersa sunt loca venarū in flobotomia. Et ꝓpterea in quibusdā egritudinib⁹ intēdimus flobotomare basilicā: et aliqn̄ cefalicā: ꝛ in quibusdā medianam: ꝛ aliqn̄ flobotomamus dextram ꝛ aliqn̄ sinistram: sicut declarabimus: ꝛ hec sunt loca ex quib⁹ euacuatur sanguis. Sed locus in quo farmacare cōuenit in primis est qn̄ humores exuberant sola qualitate: hoc cōseruato ne sint de natura pri⁹ dicta: vt non sint crudi aut mucillaginosi: nam tunc incisior digestio p̄cedere debent. Et ꝓpter hoc in anticipatione flobotomie ꝛ farmacie est cōsiderandum. ¶Rasis dicit qꝺ experientia multotiens vidit in matrestū.t.in hospitali pleureticos flobotomatos ante farmaciam: et mortui fuerunt: et mihi videtur qꝺ hoc fuit ꝓpterea: quia mala materia in profundo corporis in multa erat quantitate: ꝛ quando detecta fuit ad actum producta perdidit patientem. ¶Et aliquando necesse est anticipare flobotomiam propter multam necessitatem eo qꝫ incontinenti liberantur. Et est sciendum qꝫ debemus incipere ab eo quod magis necessarium esse videtur: et noster carissimus Abhomeron Auenzoar. dicit quod non debet fieri flobotomia nisi post corporis mundificationem. Et hoc est: quia quando vene a sanguine sunt euacuate sugunt superfluitates malas ad nutriendū ineptas et ab his malam acquirunt complexionem: et intantum erit flobotomia causa maioris constipationis ventris: quia membra euacuata sugendo superfluitates feculentas magis exiccant. ¶Et scias quod est differentia inter medicinam mollificatiuam ꝛ laxatiuam: eo quod attractiua est cum attractione: et mollitiua cum mollificatione et similia huius sunt que expellunt feces solum: sed quādo humores qualitate peccant: scilicet vt sint grossi vel viscosi: tunc nō est conueniens flobotomia neqꝫ

Rasis.

farmacia: de flobotomia manifestũ est. Sz de purgatiõe: qz humores si sunt viscosi ꝛ grossi sũt inobediẽtes: ꝛ nõ medicina trahet bonos: mali aũt remanebũt. Et: Gal. qñ euacuare volebat añ aduẽtũ febris cũ medicinis calefactiuis ꝛ incisiuis euacuabat ꝛ qñ febricitabat faciebat hoc cũ fricatione ꝛ medicinis subtiliatiuis habẽtib⁹ calorẽ modicũ: ꝛ hoc iam declaratũ est in libro cõseruationis sanitatis: ꝛ ꝙ fit cũ febre declarabit in libro febriũ.

Gal.

¶ Preterea farmacia ꝑ accñs fit aliqñ queadmodũ flobotomia: sicut qñ damus farmaciã vt humorem trahamus qui cã fluxus existit: ꝛ hoc ꝗuis resistat cause: egritudinẽ tñ augmẽtat. Et ego in sequentib⁹ explicabo vtruz ꝑ se sit aut ꝑ cõtrarium. ¶ Clisterijs vtimur qñ supfluitates solũ ex intestinis trahere intendim⁹ aut ꝑuiã trahẽdi materiã ad oppositã partem: ꝛ sicut aliqui laudant vomitũ in egritudinibus partium inferiorum: sic et farmacia in egritudinibus partiũ superiorꝫ laudatur: ꝛ aliqui sunt faciẽtes clisteria qñ nõ possunt recipere medicinã laxatiuã: vel qñ ipsam infirm⁹ deglutire non põt: aut ꝑpter lesionẽ ipsi⁹ epatis vel stomaci: qz ledunt ex trãsitu eorꝫ. ¶ Et balneũ vt plurimũ humores subtiles euacuat: ꝛ ꝑpterea in passionibus ex grossis humorib⁹ fieri nõ dz nisi ꝑcedat digestio: qz ex hoc inflãmatio totius corporis sequet: ꝛ forsaz ꝑncipaliũ mẽbrorꝫ ꝛ fames est vna ex specieb⁹ euacuatiõis: ꝛ maxime in egritudinib⁹ in quib⁹ status ꝛ crisis sunt ꝑpinqua. ¶ Isti sunt modi euacuatiõis male cõplexionis materialis et non materialis.

¶ Capi. ij. Quod est de modo: ꝛ quando fieri debet euacuatio ꝛ curatio.

Deinceps dicẽdum est qualiter i supradictis agendũ sit ꝯm magis et min⁹: aut qñ nihil fieri dz ꝛ maxime in euacuationib⁹ ꝛ curationib⁹ q̃ sũt ꝑ cõtrariũ: nã in plurib⁹ locis euacuatio ꝛ alie contrarietates nõ cõpetunt: ꝗuis natura egritudinis illud requirat: ꝛ dicim⁹ ꝙ nostra intentio in remotione male cõplexionis nõ materialis est vt rectificet: ꝛ hoc fieri nõ potest nisi per cõtrarietatem curãtis in gradu' exitus illi⁹ cõtrarietatis a tẽperamento. Sciendũ est ꝙ vt cognoscatur mensura distemperãtie illius corporis opz: ꝛ hoc cognosci non poterit: nisi qñ illius corporis cõplexio cognita fuerit sana: etas: clima: tp̃s anni: regimen ꝛ cõsuetudo: sit virtus: cã ꝛ accidens: ꝑpterea qz in multis locis nõ attenditur cause nec virtuti: nisi qñ cã male cõplexionis materialis existit. Sed qñ mala cõplexio nõ materialis est in aliquo singulari membro: tũc mensura curationis ꝑ cõtrariũ sumitur a mẽbro male cõplonis: ꝛ ab ipsi⁹ iuuamento: ꝛ a colligantia ipsi⁹: ꝛ a situ ipsius: et ab ipsius sensibilitate: ꝛ alijs cognitis rebus. Sed modi curatiõis male cõplexionis materialis ob hoc: qz intentio sola est in superflui euacuatione: ꝛ in alio non: vt recte ꝑcedat. Sciende sunt cause que illas generant superfluitates: ꝛ si a natura cõplexionis corporis ꝑueniũt aut non: quia in aliquibus corporibus humores superfluunt ab eorum natu-

Nota

ris:et in quibusdā ab etate:tem
pore anni aere ⁊ nutrimento:et
regimine:⁊ a purgatione eoꝝ
q̄ ex corpore purgari solebāt:vt
sunt sanguis emorroidarum et
menstruus ⁊ priuatio consueti
exercitij:⁊ negligentia euacua=
tionū:⁊ etiā virtꝰ opat̄ i hoc ge
nere multū:eo ꝙ in maiori par=
te natura egritudinis cōtrariat̄
euacuationi. Per ꝟtutē intelli=
go ꝟtutes opatiuas:sicut virtꝰ
expulsiua:⁊ ꝟtꝰ nutritiua:⁊ vir=
tus motiua. Et aliqñ motꝰ eua
cuationis vtis accipit̄ a mēbris
infirmus:⁊ maxime a principa
libus:⁊ operatiōes habētibus
principales sicut ab illo qui flo
botomia indiget:⁊ oris stoma=
ci debilitatem habet:⁊ etiāꝫ qñ
intēdimus euacuare aliō mem
brum ex membris corporis ali=
qua sunt recipientia demōstra=
tionē a locis suorum subiectoꝝ
et suarū cōmunicationū ⁊ iuua
mētorum et suarum sensibilita
tū:⁊ forme dispositionis:⁊ mo=
di mēbrorum totiꝰ corporis:eo
qꝛ possibile est vt corpus demō
stret super euacuatiōe:⁊ forsan
ꝙ nō:⁊ hoc qñ in corpore nō in=
uenit̄ repletio vniuersalis nisi
in vno mēbro solum. Et impre=
gnatio in mulieribꝰ est ex rebꝰ
significātibus euacuationē vel
ipsiꝰ priuationē:⁊ hec sunt que
significāt i ꝯrietate faciēdi me=
dicinā vel nō:⁊ si purgatio fieri
dꝫ vel nō. Et nunc dicenda est
significatio q̄ sumit̄ a duabꝰ re
bus supra dictis.i.ab eūone et
curatiōe sine attractiōe ꝑ ꝯriuꝫ
q̄liter debēt fieri. Et icipiamus
a curatiōe ꝑ ꝯriū:⁊ dicamꝰ ꝙ a
medicis dictū est ꝙ qñ ꝯplo aer
tp̄s anni:et silr̄a cū egritudine
cōueniūt:tūc nō est egressa com
plexio a natura propria nimio
erit:vbi grā:iuuenis cal̄e cō=
plexionis in regiōe calida:⁊ tē= exēplū
pore anni calido ⁊ dieta calida
cui superuenerit causon:non erit
iste a suo naturali ordine mul=
tū ꝑmutatus:curādꝰ tñ erit cuꝫ
rebꝰ in frigiditate remissis. Et
qñ huiꝰ ꝯriū accidit:tūc multa
facta est elongatio:⁊ iō huic re=
sistendū erit maior ꝯtrarietate.
ꝟ.g. sit hō senex frigide ꝯplōis
in regiōe frigida cui superueniat
causon:scd̄m illos indigebit re
multū in frigiditate distēpera=
ta. Et ego dico ꝙ maxīe appa=
ret ꝙ nō veꝝ dicā:qđ manifeste
videmus a sensibile argumen=
tū:qꝛ iuuenis supradictꝰ q̄ cau=
sonē patit̄ curari nō poterit nisi
cū rebus habētibꝰ in fine vel in
tēsam frigiditatē sicut cū aqua
cucumerum ⁊ cāfore. Et seni su
pradicto si talia ꝓpinent̄ calor
naturalis ipsius extinguetur et
morier̄. Et dico ꝙ illud qđ ad
hunc errorē deducit eos est vna
regula gñalis quā posuerūt si=
ne discretiōe p̄cisa in gradu elō
gatiōis senis a suo calore natu
rali ad extraneū calorē cū eq̄leꝫ
portionē posuerūt cū elōgatiōe
caloris iuuenis a suo calore na
turali ad extraneum. Et maxi=
me quando dixerunt qđ maior
est elongatio:nam hoc impol̄e
est:nā tu scis ꝙ calor extraneus
a naturali ramificatus est:et si
pol̄e esset vt equalis esset elōga
tio:tunc vere necessario scđꝫ viā
curationis per ꝯplexionē essent
refrigerātia multum fortiora in
corpore senis quasi ad tertium
gradum:sed hoc in se ipso ve=
ritatem non habet. Ob hoc po=
namus iuuenem colericum ca=
lide cōplexionis in primo gra=

An et ſupuenіat ei febꝛis q̄ ip̄m
trāſſerat ad ſecūdum gradū ca=
loꝛis:tunc iſte nō eſt elongatus
a pꝛopꝛio caloꝛe vel cōplexione:
niſi ad vnū gradū:tn̄ cū reb⁹ in
ſcđo gradu frigidis curari non
poterit:⁊ hoc eſt pꝛopter foꝛtem
permutationē quā medicine ꝑ=
cipiūt i coꝛpoꝛe iunioꝛis ad ſub
ſtātiā igneā:eo ꝙ elōgat⁹ eſt a
ſuo tēperamēto ꝓpter foꝛtitudi
nē caloꝛis extranei.Sz ſi ſeni ſu
pꝛadicto frigido i pꝛimo gradu
ſuperuenerrt egritudo ip̄m ꝓ-
ducēs ad ſcđz gradū caloꝛis:iā
elōgat⁹ eſt a ſua ꝯplōne natura
li magis ꝙ̄ iuuenis pꝛenomi=
natus:qꝛ iuuenis eſt elōgat⁹ ꝑ
vnū gradū:ſed ſenis elongatio
eſt duoꝛum graduum aut plu=
rium.Et ꝓpter hoc ſi poſſibile
eſſet concederemus ſecundum
elōgationē fieri ꝯtrariū nociuū
reſpectu cōſideratiōis finis ſm
diuerſitatē ſubi:ꝓpterea qꝛ q̄ſi
impoſſ̄e eſt ſenē ad illū gradum
peruenire:⁊ ſi ꝑuenire ichoaret
anteq̄ ad terminum illum at=
tingeret moꝛeretur:⁊ ſi ſanať ſe
cundum elongationē ſupꝛa di-
ctum bonū finem non cōſeque=
retur q̄uis aliq̄tulum viuere
poſſit:qꝛ medicine eidem cōue=
niētes ꝯplōnē mēbꝛoꝝ ſuoꝝ ra
dicalium ꝓpter ipſaꝝ frigidita
tem lederent:⁊ ſic a temperātia
magis elongarentur: et multa
elongatio tēperātie cauſa moꝛ=
tis eſt aut egritudinis:pꝛeterea
ſz eoꝝū dictū medicine iuuenis
et ſenis frigide debēt eſſe in eo=
dem:qꝛ ſi vnum coꝛp⁹ cal'm eſt
ſupercalefactuz vſq; ad ſecūdū
gradū et coꝛp⁹ frigidū eſt ſupca
lefactum vſq; ad ſecūdū gradū
⁊ vnū coꝛpus calidius alio non
eſt.Sed ſcire debes ꝙ ſi iuueni

medicine frigide adhibeanť vl
tra ſuā ꝯplōnē naturalem:qꝛ ei
nō nocet:imo ꝓſunt:eo ꝙ ipſi⁹
virt⁹ foꝛtis exiſtit ad eas ꝑmu-
tādas:ob hoc ad gradū coꝛrum
pēdi naturā nō ꝑueniūt ſz ipaz
ad tēperātiā reducūt:ꝙ ſeni nō
accidit ꝓpter ipſi⁹mēbꝛoꝝ radi
caliū frigiditatē:ꝓpter hoc ſuffi
cit ſeni q̄ febrē calidiſſimam hꝫ
medicina frigida i ſcđo gradu
ꝑ rōnes ſupꝛadictas:⁊ etiaz qꝛ
coꝛp⁹ ſenis potētiā nō hꝫ ꝯuer-
tendi medicinas ad ſubſtātiaz
igneā quēadmodū iuuenis coꝛ
pus.Et ſi q̄rať quomō poſſit ſe-
ni tāta febꝛis caliditas adueni
re.Reſpōdem⁹ ꝙ fieri pōt pꝛo=
pter diete ſue inoꝛdinationem.
Nā ſi dieta conuenienti vtereť
impoſſibile eſſet vt talē incide-
ret febꝛē:ob hoc qꝛ egritudines
vt dictū eſt in libꝛo egritudinū:
non niſi duabus fiunt cauſis:
aut a pꝛopꝛia complexione mē-
bꝛi mala:aut a rebus aduenič-
tibus ab extrinſeco.Et quando
complexio et aer et regio ⁊ etas
ꝯꝛia erūt egritudini ſenis:tunc
non remanebit eius cauſa niſi
regimē ⁊ dieta:⁊ quod ex parte
tempoꝛis anni conſiderať itel-
ligiť a natura partiū tꝑis āni.
Et vl'r qñ aer ꝯꝛius eſt egritudi
ni tūc bonū eſt infirmo et gau-
dium medico:et ſi aer per ſe ta-
lis nō exiſtit:tunc medicus arti
ficialem facere debet. Et mod⁹
medicationis qui ſumitur a cō
ſuetudine in re vtrum fieri de-
beat aut non aut quātum fieri
debet eſt ſicut potus aque frigi
de in igne ardenti:nam ſi infir
mus aſſueuerat potuz aque fri-
gide in tempoꝛe ſue ſanitatis ſi
ne leſione ſecure poſſumus da-
re tempoꝛe egritudinis quāuis

epar et os stomaci habeat frigidū: et si hac assuetus non fuerit aqua frigida eidem nullo modo ꝓpinet: q̄ si necessitas nos ad hoc cogeret ad hāc dandaz: tunc minorē dabimus q̄ntitatē et minus frigidā: eo q̄ cōsuetudo cōplexionē in simile ꝯuertit paulatiz: et lōgo tp̄e hāc ꝯsuetudinē acq̄rēdo. Sz qn̄ ꝯtrium subito fit et fm multum naturam corrūpit. Et hoc est q: vna virt⁹ ꝓpter quā natura itellexit gradatim p tp̄a anni de vno ꝯtrio ad ꝯtriū transire: q: si subito de calido ad frigidū de frigido ad calidū trāsiret natura: tolerare non posset: et ꝓpter ꝯsuetudinē dictū est a q̄busdā q̄ q̄dā paulatim sumpserūt venenū ac gradatim: et ꝯuersum fuit in eis ad cibū et i habitu sine nocumēto. Q̄uis ita dicāt: tñ ego nō ꝯcedo immo argumēto demonstratio: et i ep̄la tyriace et veneni reprobaui quā ad glauconē trāsmisi. Sz qđ dicūt ꝯcedo q̄ medic⁹ de vna medicina ad aliam pmutare dꝫ q: si solū vna vteret medicina pol'e esset q̄ natura i habitū ꝯuerteret: et i corpore debitā nō faceret opationē: sz virtus ꝯsiderāda est in eo qđ fieri dꝫ in euōne et in medicatione: q̄ p ꝯtriū fit. Sz in euōne manifestū est q̄ tenor virtutis dꝫ attēdi: sed in alteratiōe est sicut balneatio aq̄ frigide in ethicis qđ ꝓdest. Sed si diu assuefiāt mēbra ledet p̄icipalia: et mortē inducet: sicut dicit. G. q̄ vni accidit iuueni malā complexionez non materialem habenti in stomaco cui medici aquā vitabāt: et ipse ꝓpter nimiam aque auiditatē magis elegit mortem q̄ vitā: et multā aquā frigidaz bibēs subito a mala cōplone stomaci euasit: sed ꝓpter aque frigiditatē remansit ei insensibilitas quedam ip̄m i trāsglutiēdo ipediēs: et sic mortu⁹ fuit. ¶ Sz male cōplexioni q̄ est cū materia necesse est duas sp̄es medicatiōis aggregare: et aliquādo significatio sumit ab alteratione male cōplexiōis ꝯtria significationi q̄ sumit a materia: vbi gr̄a: febres putride: et maxime q̄ de materia cruda et grossa i q̄ntū sunt de mala cōplone calida et sicca indigēt humectatione et refrigeratione. Sz ꝯsideratione coctionis malū nocumētū ipoztabūt: et hic bona medici discretio necessaria existit: circa quaz plus insistere debet: verbi gratia: q̄m illud qđ pl⁹ necessariuz febri flegmatice existit est euacuatio materiei: et in febrib⁹ colericis est accidētib⁹ obuiare: et quando ambo equales in dubitatione existūt: tūc ambo equaliter curare debes. Sed quando accidens nō timet tunc studeas causam totaliter remouere: q̄m taliter ipsam curabis cōplete simili ratione in egritudine: et accidentibus egritudini contrarijs: sicut est febris et sincopis: q: tu scis qualiter curari debent: eo q̄ in febre necesse est infrigidare et in sincopi calefacere: et sincopis indiget nutritione et febris euacuatione indiget sicut dicturi sumus. Et hic scire debes quod accidēs quod egritudini contrariatur non sequitur nisi egritudinem que cōtraria est prime egritudini vt est sincopis ex inanitione que contraria existit. Sed quando causa male complexionis non est materialis: hec manifestatio

ibidem nō reperiť vt in effimera: et etiam qñ accidit mala complexio ab extriseco: quia tu scis qliter curari dȝ. Hę sunt significationes q̄ sumunť a mala cōplexione totius corporis. Sed quādo in vno mēbro egritudo singularis existit: tūc significatio sumitur vt dictum est a mēbri cōplexione: verbi gr̄a: qñ cerebro euenit mala cōplexio frigida signū est q᷑ hec egritudo est leuis: qꝛ pauca et leuis facta est elongatio a sua cōplexione naturali: et tūc dȝ curari cum medicinis debilē calorē hn̄tibꝰ: qꝛ tūc alia mēbra sunt infrigidāda: et nō ip̄m cerebrū: et hec est cōparatio iuuenis et senis: queadmodū supra diximus: et qñ idiges calefactione cerebri: tūc calefac ip̄m sine timore: et si vis infrigidare illud facias cū timore. Sȝ

mēbra frigida. alia membra frigida sicut sunt nerui et similia: si ifrigidanť calefac ipsa sine timore: et quādo sunt refrigerāda nō calefacias iterum nisi cū timore ad hoc vt non trahas ip̄m de sua complexione. Et sicut diximus de his eodē modo facias de siccis et humidis: qꝛ corporibꝰ non accidit nocumentū: nisi ex parte elemēti domināťis sup ipsa. Et qñ scineris q᷑ iuuamentū mēbri magnū est in corpore: et erat. s. mēbrū ex principalibꝰ que magnā habēt opationē: arguas augere virtutē ipsiꝰ sup oia: et hoc nō dico nisi ꝑpter cōicationē membrorum principaliū quam habēt cū corde: qd̄ est fons caloris et minera vite: et ideo nō oportet multiplicari ꝯtrarietatē i talibꝰ membris: et proprie qualitatem frigidam. Et propter hoc est timendum quando accidit epati complexio calida refrigerare ip̄m cū rebꝰ que sunt in vltima frigiditāte: quāuis manifesteť necessitas refrigeratiōis vltime: et hoc dico ꝑpter principalitatē huiꝰ mēbri. Sed verū dicimus ex colligantia istoꝝ mēbroꝝ recipiť demōstratio ipoꝝ: verbi gr̄a: nō debemus refrigerare os stomaci maxima refrigeratiōe: qꝛ est colligatū cum cerebro frigido: et quāuis sit calide ꝯplexionis. Et nō debemus iterū refrigerare multū epar: qꝛ est colligatū cuȝ corde. Et summa huius est q᷑ qñ volumus facere contradictionem membrorum principaliū in calore adhibeas curā de corde: eo q᷑ ip̄m est colligatū cū his mēbris. s. principalibus: ideo qꝛ cor est oibꝰ his in potentia q̄uis sit vnum i actu: sicut declaratū est in libro sanitatis: et tēpore quo erit epar male cōplexiōis calide intēdas in refrigerādo cor cum medicinis facientibus hoc: qꝛ posse esset q᷑ cor esset causa male cōplexiōis epatis et tūc rediret ad malignādū cor. et ꝑpter hoc nō opȝ relinq̄re cor inter alia mēbra. Et nō oportet solū curare sup hoc. s. in refrigerando et calefaciendo et exiccādo et humectādo: sed etiā in oibus opatiōibꝰ fortibus scilicet in operationibꝰ secundis et tertijs. Sed demōstratio huiꝰ loci subiecti: et hic est manifesta qꝛ qñ erit mala ꝯplexio sup corpus idest in superficie corporis non eges medicinis fortis qualitatis: sed quādo est in corpꝰ oportet te vti medicinis fortibus: eo quod debilitatur virtus ipsarū ꝑpter trāsitum quē faciunt per alia membra: verbi gratia: sicut est pulmo.

¶Cap.iij. Q̄d est de spēb⁹ euacuatione.s.de flobotomia ⁊ farmacia.



vel extremitate dimēsionis latitudinalis. ergo necessariū esset vt flobotomia fieret per aliam ptem: ꝛ hic basilice lateris sinistri: qꝛ in ea cōtinnet cōicatio et oppositio: ꝛ quando nos intendimus facere euacuationem: communicationem: et oppositionem continentem: tunc innat ius est per oppositum ꝯtrahere materiam quam quando vnum intēdimus solū. ergo cū fuerit necesse totū euacuare corpus: ꝑpter huius necessitatem: tūc est necesse habere ambas intentiones. Sed quando nobis sufficiet solum membrum apostematum euacuare: tunc nobis vna sola sufficiet intentio. ideo in maiori parte: qñ intentionē habuimus in talibus locis faciem⁹ attractionē sine euacuatione remouentē: ꝛ tūc poterit fieri cum membrum euacuatione indiget: ꝛ nō totū corpus. Et potest aliquando esse: vt prima intentio sufficiens sit similiter in aliquo loco: ꝛ fiet hoc solū tempore status apostematis sicut minuitur ex vena lingue in squinantia facta. nam si possemus membrum proprium flobotomare conueniens esset: eo quod non sit timendus materie cursus. Sed tempus augmenti aggregat res ambas: qꝛ si nō curarem⁹ nisi cōicationē et nō oppositionē plus trahem⁹ ad apata ꝙ̄ euacueret sicut in eo q̄ medicinis vtitur dissolutiuis aperitiuis ante euacuationē: qꝛ trahit de sanguine ad mēbꝝ plusꝙ̄ dissoluat. Et silr due ꝯsiderātur itētiōes in passiōe vulue qñ diminuim⁹ de saphena: quāuis ibi nō sit oppositio nisi ꝑ lōgitudinē leui dimensione. Et silr cū vētosis in egritudinib⁹ oculoꝝ in fontanella colli: ꝛ in fronte in passionib⁹ occipitij capitis. Sz minutio vene que vocat scylos in egritudine splenis a parte sinistra nō cōprehendit nisi cōicationē: ꝛ si volumus materiā derinare ad partez oppositam fit illud in apatib⁹ pectoris ꝛ stōi ꝛ occipitij capitis ligādo extremitates pedū ꝛ manuū. Et propterea prohibetur in apatibus vulue omnino euacuare cū prouocantibus mēstrua. Et silr in apatibus epatis cū prouocātibus vrinā: ꝛ cū medicinis laxatiuis: qm̄ cū talibus nō fit derinatio ad opposita: ꝛ qꝛ impossibile videt esse qꝺ quando tales medicine trāseūt sup apatibus quin eis relinquāt lesionē: ꝛ iaꝫ diximus qꝺ hec est vna ex reb⁹ augumentātib⁹ apostemata: et similiter prohibituꝫ est euacuare apostema stomachi cum medicinis laxatiuis: ꝛ gargarismū in apostematibus gule: oris: et palati: ꝛ eodem modo omnino prohibitum est prouocare vrinam in apostematibus renum ꝛ vesice. et hec omnia non sunt prohibita nisi donec ipsa apostemata fuerint in augmento. Sed quādo fuerint in statu nō est malum vti talibus quoniam hn̄t vigorare euacuationē mēbri apati: ꝙ̄uis nouit practici faciāt talia absq̄ alia ꝓuisiōe ꝛ deliberatiōe. Propterea ꝯsiderādū est in apostematibus auriū partis dextre ꝛ sinistre in quo latere flobotomia sit facienda: quia manifestuꝫ est quod cefalica in primo illo apostemate flobotomari debet. Et videtur quod si est apostema in aure dextra nō debet minui de manu sinistra:

quia cefalica dextra aggregat cōmunicatio nem cuȝ attractione ad contrariam partem: quia est infra longitudinis extremitatem: nam medium non est extremitas: quia nō est credendū. ⁊ maxime in corporibus plenis vt sanguis nō ad aurem dextrā trahatur ab extremitate dimensionis latitudinis opposite: et quando euacuamus cefalicam ob hoc esset melius vt flobotomia fieret in parte sinistra: quia hec due res aggregantur: vna est communicatio: alia est oppositio ꝯm duas dimensiones: eo ꝙ iste operatiōes opponuntur ꝯm longitudinem et latitudinē: ⁊ si possibile esset desideraremus vt qn̄ attrahere volumꝰ vt ibi oēs existerent operationes: et maxime quando est repletio secūduȝ vasa.

¶Capitulum.xxx. Quod est de euacuatione membrorum principalium.

Et debes scire qꝺ in euacuatiōe mēbroꝝ principaliū penitus necessarie sunt due euacuatiōes: vna est flobotomia: alia est farmacia ob hoc qꝛ illa apostemata ꝯm ptm non sunt vnius humoris: sed in illis aggregatur malitia quātitatis cū malitia qualitatis. Sed tn̄ in euacuatione tu debes super humorē dominantē preuidere. Et Rasis testificatus est quia medici sui temporis faciebant pleureticis solū minutionē et moriebantur. Sed significatio secunde intētionis ex apostematibus habita scdm mēbra in quibus sunt facile: non est ex maxime quando refrigeratione indiguerit: propterea qꝛ apostemata epatis et oris stomaci nō conueniēter medicinas actu frigidas recipiunt: immo necesse est vt actu sint calide: q̄uis frigide potentia existāt: sicut oleū citonioꝝ ⁊ oleū mirtinū: ⁊ aliqn̄ eis potentia calidis vtemur: sicut oleum masticis ⁊ absinthij: et hoc facimus vt virtutem conseruemus istorum mēbroꝝ ppter necessitatē corporis ex istis membris. Et cerebrū etiā nō sustinet medicinā multū actu frigidā: ⁊ quando inducit necessitas rei ad vtenduȝ ea miscendū est cum ea medicina vt ipsaȝ ad profundum ducat: sicut facimꝰ miscendo acetū cū oleo ro. ⁊ hoc non fit causa cerebri cum sit frigidū: sed vt facilius per craneū et suas commissuras ad medullā cerebri ꝑuenire possit: ⁊ hoc nō requiritur ppter primā qualitatē sed propter secundā. Silr et oculi ppter sensibilitatē multā quā habēt debēt preseruari a rebꝰ fortissimis ⁊ mordicatiuis: et albumē oui superponitur: eo ꝙ res multas bonas in se hȝ aggregatas. nā remotū est ab omni mordicatione: ⁊ lippitudinē abstergit: ⁊ tēperate frigidum existit: ⁊ figitur supra propter ipsiꝰ viscositatem: ⁊ lac nouiter a mamillis mulsum aliquas ex istis virtutibus hȝ: ⁊ sup hoc hȝ virtutē digestiuā. Et aliqn̄ considerantur apostemata ex parte mēbri in quo sunt per aliū moduȝ vt nihil repercussiuū vel refrigeratiuum super membruȝ ponatur hoc est qn̄ apostemata fiunt in locis mēbroꝝ principalium purgatiuis vt qn̄ fit post aures Oculi

aut sub ascellis: aut inguinib⁹: qm̄ qn̄ ista apostemata generā-tur in his locis ⁊ ipsa refrigera-bis timendum est ne ad mēbrū redeant principale: quemadmo-dū illud qd̄ fit post aures ad ce-rebrū: ⁊ illud quod sub ascellis ad cor. ⁊ maxime illa apostema-ta que procreant per viā crisis oīno ab infrigidatione ipsi⁹ ab stinere debemus: eo ꝙ propter has actiōes materia redire pos set ad membra principalia quē admodum fugimus repercus-sionem apostematis pulmonis eo ꝙ cordi vicinus existit. Iste aūt sunt demonstrationes recep-te a mēbris: ſm p̄dictas duas intentiones in curatiōe aposte-matū. s. remouere cām ⁊ infrigi dare malā cōplexionē prouenien-tē ab eadē: quāuis intētio scd̄a colligātiā habeat cuz prima: eo ꝙ frigida sunt repercussiua. Et qd̄ dictuz est semper meminisse opz hoc est vt apostematib⁹ mē broꝝ principaliū que sunt sicut epar stomacū cerebrū ⁊ splen. eo ꝙ ista mēbra operationē faciūt cōem toti corpori: ⁊ habent colli gantiam cū corde: ⁊ propter hoc eorū virtutes cōseruare debem⁹ miscendo semper stiptica ⁊ aro-matica cū resolutiuis. Et disso-lutiua sunt sicut emplastra que fiunt cum medula panis: oleo oliue et melle: stiptica vero cuz aromaticitate sunt sicut absin-thiuz mastix ⁊ citonia. Et dictū est quāuis a me non sit bene cō cessuz ꝙ qn̄ apostema in gibbo sitate epatis existit: ꝙ euacuari debet per prouocantia vrinā. et qn̄ in concauitate existit per far maciā: ⁊ ista medicamenta a cō municatione mēbrorū accipiū-tur. Et scias ꝙ medicine vrinā prouocātes fortes esse debent: ⁊ propter loci remotionē inueniē do debilitātur: eo ꝙ in epate al-terātur sed que euacuant per cō cauitatem posse tantum nō opz ꝙ habeāt. Et iste modus credē-dus est in oībus mēbris ad q̄ve niunt medicine cū multa dige-stione sicut est pulmo cui casus iste seruatur. ista significatio est sumpta a loco mēbri. Et medici ne prouocātes vrinā in egritu-dinib⁹ epatis oppilationes ape riūt: sicut est absinthiū ⁊ eupa-toriū. nā ille due proprietatē ha bēt in epate queādmodū scolo-pēdria in splene: ⁊ cortex cappa ris. Medicie vero q̄ faciliter sol uunt ventrē in apostematibus cōcauitatis epatis sunt sicut aq̄ Alubleb ⁊ cartami. Sed euacua tio splenis per farmaciā existit. Et si apata ista inueterātur: tūc fortioribus indigemus medici nis solutiuis: eo ꝙ mēbrorū isto rū natura est vt in fine induren tur in eis apata: ⁊ maxime cal'a et hoc maxime accidit epati: p-pter viscossam ⁊ spissam substā tiā: et etiā in renibus apata in-durantur propter duritiem sue substātie. ⁊ in splene ꝓpter gros sitiem sui nutrimenti: sed splen ipse rare substātie est. Sed me-dicie que sunt fortis resolutiōis in predictis apostematib⁹ sunt sicut radix liliȷ̄ celestis. ysopus: cētaurea: ⁊ aristologia rotūda. et his similia: ⁊ hoc fieri dz post fractionē eorū siccitatis cū radi ce liquiritie. ⁊ his similibus. Et scias ꝙ necesse est vt quātū esse potest vites ne istorū mēbroruz apostema ad saniē perducas: et maxime apostema pulmonis: ob hoc qꝛ si perducis ipsum ad saniē perfectā curationem non habebit:

Al[illegible] ble[illegible] Ca[illegible] mi.

habebit:quia aut indurabitur: aut eger perdetur:et medicatio apostematum quando cũ sanie aperiuntur ingreditur ordinez medicationis vlcerũ. Propter=ea scias vnũ ꝙ propriũ est membris apatis subtilẽ cutẽ habẽti=bus: ꝙ ab ipsorũ principio pe=nitus sanies resudat ex eis: et propterea cõueniẽs est ab ipso=rũ principio in suis medicatio=nib⁹ adhibere abstersiua vt mũdificent meat⁹:ꝛ si in sanie ipsa grossities fuerit miscende sunt res incisiue: ꝛ talia mẽbra sunt sicut pectus ꝛ pulmo: epar: sto=macus: propterea necesse est vt ista abstersiua ab oĩ mordicatione sint exẽpta: ꝛ iste res sunt si=cut aqua ordei:ꝛ pultes furfurũ cõdita cũ amigdalis amaris:et semine melonis: ꝛ eẽm atripli=cis cuz orizacara.in apate epa=tis ꝓpriũ existit.scariole quidez loco atriplicis poni pñt. In apostematibus vero pectoris ꝛ pulmonis res in quibus ponit̃ acetũ sunt fugiẽde: vt multũ noci=ue. Et medicine q̃ eis cõuenientes existunt sunt capilliveneris et liquiritie:ꝛ sirup⁹ viol. ꝛ etiã semia melonis sunt optima in isto casu:sed medicatio apatũ q̃ in istis sunt mẽbris est alia in=quãtũ sunt in talib⁹ mẽbris: ꝗ inq̃tũ apata existũt: ꝓpter hoc q: etiã declinationis tpe eorum medicine ab aliqua stipticitate nõ denudantur: ꝛ in principio abstersiuis. Et qñ apata fiũt in inferioribus intestinis fm no=strã intẽtionẽ clisteria sunt me=liora: queẽadmodũ si in partib⁹ superiorib⁹ fuerint exhibite res per os conueniẽtes esse videnf: ꝛ hec significatio sumitur ab intentione loci. Sed in apostematibus gule oĩno⁹ vtimur medicinis solutiuis: et conglutinati=uis vt adhereat locis i suo trãsi=tu:et etiam ponenda sunt nar=cotica trãsglutiendo ea paulatine: vt diu in trãsitu habeãt permanere. In apostematib⁹ vo cerebri in declinatione necessarie sunt fortes medicine:ꝛ maxime qñ sunt de natura declinantes ad frigiditatẽ. quemadmoduz sunt flegmatica: ꝛ tales medicine sunt sicut oleũ de castoreo et similia:ꝛ hoc nõ requiritur nisi propter regimẽ mẽbri:q: est per se humidũ ꝛ passiuũ:ꝛ quidam euacuãt materiã huius apostematis cũ vẽtosis positis in parte cerebri posteriori:sz talis euacuatio est timẽda: eo ꝙ forsitan in corpe existit superfluitas que per vẽtosam ad membrũ apostematũ poterit peruenire. ꝓpter hoc talis cura nõ est faciẽda nisi cũ securitate habebim⁹ ꝙ hu=mores nullaten⁹ ad locũ discurrere possint inde. Sz hec medi=catio in principalib⁹ mẽbris est ꝑiculosa. ¶ Hucusqꝫ docui bre=uiter medicationẽ mẽbrorũ apatorũ inq̃tũ apata sunt in talib⁹ mẽbris adiuncta cũ medicatione inq̃tuz sunt apostemata: ob hoc.q: medicatio apatũ inq̃tũ in mẽbris officialib⁹ existũt: nõ nisi istis modis cõpletur: q: medicatio que in carne simplici existit nõ est necessarie vt agat: nisi inq̃tũ sunt apata. Sed in mul=tis istorũ apostematũ non indigemus consideratiõe in causis efficiẽtibus ipsa: sicut sunt apata facta in carne molli causa re=rum extrinsecarũ:ꝛ corpus mũ=dũ extiterit: sufficit in cura ipsorum apostematum oleum cali=dum solum.

¶ Cap. xxxi. Quod est de cura apo apostematū frigidorū et aliorū apostematum specialium.



Et deinceps volumus loqui de apostematibus frigidis que saniē nō faciūt: ꝛ de formica deambulatiua et de carbunculis que fiunt in aere pestilētiali. Et dicamus ꝙ apostemata mollia que fiūt de flegmate nō multū grosso multotiens ex epatis errore fiunt: sicut illa que fiunt in extremis in yposarca. Et horū medicatio ꝑcedit ſm modū medicationis eius a quo generātur: et sufficit vt vngantur oleo rosato cū aceto ꝛ sale. Et si multa illic spargatur materia ꝓdest euacuare mēbrū ab illa materia. ꝛ vti rebus calefactiuis et desiccatiuis: et euacuatione cū expressione mēbri: horū medicatio non facilis est. Et sufficit spōgia infusa in aceto ꝛ aqua salsa: qꝛ spōgia habet siccare: et stipticitatē facere: eo ꝙ sapit naturam maris: ꝛ aceto desiccatiuum ꝛ incisiuū existit. Que vero sunt de grosso flegmate embrocari debēt cū spongia i aceto infusa: mixto cū alumine: cinere: ꝛ sale: ꝛ dꝫ spōgia ligari super mēbrū: quēadmodū fiūt ligature super membrū fractū. Sed apata dura que ex humore fiūt grosso debent emplastrari cū medicinis mollificātibus: sicut cum medulla cruris arietuꝫ: aut vituli cum modico armoniaco: ꝛ istaꝛ similia vtilia sunt: quia medicine multum resolutiue resoluūt subtile: ꝛ grossum petrificant: ꝛ queritur hec compositio in qua sunt resolutiua et preparatiua ad resoluendū: eo ꝙ oēs partes apostematis non recipiunt resolutionem equaliter ſm vnū modū. ꝛ aliqñ cū istis medicinis miscētur medicine fortis resolutionis: ꝛ melius omnium est acetum: qñ cū istis medicinis miscetur: ꝛ hoc fit raro: qꝛ indurātur apostemata. Et Gal. hic laudat fumigationē lapidis marcasite vel molaris super sparso aceto: ꝛ maxime in apostematibus que fiunt per neruos ꝛ chordas ad membra principalia. Ego vero dico ꝙ G. hanc medicinā nō laudat nisi qñ virt⁹ aceti equaliter perdat calorē in ipsuꝫ mēbrū: eo ꝙ est in substantia aerea: ꝛ mēbra recipiunt ab ea: quēadmodū recipiunt res que maturantur in medio aere: que equalē habent maturationē. Si autē queratur a G. vapor iste fit a calore impſſo in lapidib⁹ istis: ꝛ quare propter naturā lapidis eidem conuertatur. ergo quare lapides nō terūtur ꝛ ponuntur cū aceto calido super apostema induratū. Et qꝛ cū fuerit in splene acetuꝫ superpositū in oibus suis medicinis semper laudabile existit: propterea qꝛ hoc membrū est rarum: et non accidit ei durities nisi gratia grossi nutrimenti ex quo nutritur. Et acetum assimilatur huic mēbro in tota sui substantia: eo ꝙ suum nutrimentum complexioni aceti assimilatur: et hec est melencolia: ꝛ ideo potiones que in purgatiōe splenis dantur non debent ab aceto priuari: quia ipsum est ei cibus ꝛ medicina. Et non sufficit in apostematib⁹ duris que fiūt in splene emplastrare de foris solum. sed indigēt etiam per os recipere q̄ habent resoluere du-

riciem eius ꝛ ipsius oppilatio=
dix nem aperire: sicut est radix cap=
opa paris et scolopendria cū aliqui
paro bus speciebus aromaticis. Sȝ
nti= apostematibus in epate dutis
acetū propinari nō debet: eo ꝙ
paratum est duriciem magnaȝ
recipere: sed cura eius est cum
reubarbaro. spica nardi. ꝛ assa=
ra bacara. costo. ꝛ squinãto. ꝛ si=
milibus. Et dura apostemata
epatis ad curandū multū diffi=
cilia sunt. ꝛ maxie si fuerint mul
tū inueterata. ꝛ vniuersaliter in
ydropisim inducunt. Sed scro=
fule sunt apostemata dura ĩ car
ne molli generata: q̄ ex eis fiũt
ex flegmate subtili curari debẽt
cū medicinis dissolutiuis ꝛ mol
lificatiuis: et que fiũt ex flegma
te grosso cum medicinis purga
tiuis: ꝛ cum aperitiuis ꝛ cū fer=
ro incidi: sed hoc fieri debet ma
gna premeditatione et timore.
Et similiter veruce et nodosita=
tes tribus curantur modis: aut
dissolutione: aut putrefactione:
aut incisione ꝛ quibusdam ne=
cessarie sunt oẽs tres: ꝛ quibus=
dã vna: ꝛ quibusdã due. Sed q̄
intus in corpore oriuntur curã=
tur cum medicinis aromaticis
mixtis cum aperitiuis ꝛ molli=
ficatiuis: ꝛ sunt omnino diffici=
lis curatiõis. Formice vero due
sunt species ambulatiue. vna
cutẽ corrodit ꝛ incedit interius:
et alia vesiculas hȝ paruas que
milio assimilantur: ꝛ propterea
miliaris appellatꝛ. Sed ambula
tiua que fit ex humore colerico
subtili dȝ curari cū medicinis il
lum humorẽ euacuãtibus sicut
scamonea cū sero caprino et su=
perponẽde sunt superius medi
cine que desiccent sine mordica
tione et refrigeratione sicut so=
latrū ꝛ memite ꝛ similia. Sȝ mi
liaris eo ꝙ fit ex admixtione fle
gmatis cuȝ colera: et propterea
eius materia deberet euacuari
cū medicinis illos hũores pur=
gantibus. Carbũculus vero eo
ꝙ pro maiori parte fit ĩ aere pe=
stilẽtiali ebulit sanguis ꝛ putre
fit: ꝛ propterea de necessitate in
ducit febres pestilentiales. Me
dicatio vero illarum fieri debet
cū ambabus speciebus euacua
tionis vt flobotomia et farma=
cia. Et in hac febre non sufficit
medicina vnū tãtū purgãs hu=
morẽ: sed medicina oẽs purgãs
humores sicut pillule chochie
rasis in quib⁹ intrãt sticados: ꝛ
mastix: ꝛ scamonea preparata: ꝛ
colloquintida etiã p̄parata esse
debet eo ꝙ corpora talium reci=
piunt putredinem in oibus hu=
morib⁹: ꝛ talia in hac egritudi=
ne multū vtilia existũt. Et sup=
ponende sunt oẽs res que sine
mordicatiõe exiccent ꝛ vt corro=
siõi resistãt: queãdmodū est em=
plastrū factum ex farina ordei: ꝛ
indico: ꝛ lingua arietis q̄ plan=
tago nolatur. Et dabis ei etiam
aliquantulū de tyriaca magna
que arabice dr alferuch. ꝛ oĩa
emplastra q̄ superponuntur de=
bent confici cū aqua ro. Et Gal. Gal.
cõmendat trociscos andaraco=
ron super ipsos more emplastri:
et similiter oẽs trociscos haben
tes stipticitatẽ. Et hic non sunt
res repercussiue supponẽde: ne
materia reuertatꝛ ad mẽbra p̄n=
cipalia: nec apitiue: nc putrefa=
ctionẽ inducãt: sȝ cãcerositates
multotiens euacuari debent ex
humore ipso generante: sȝ super
ponende sunt medicine desicca
tiue sine mordicatione: quem=
admodum mineralia existunt.

vt est calx:plumbum: ⁊ cachine auri: ⁊ hoꝝ siĺia. Propterea q: ꝑ pter malā qualitatē quā habēt ꝓpter paucā mordicationem cito corruptionē recipiūt ob hoc q: fiūt ex colera adusta q̄ sup terram sparsa ad modū aceti bullit. Et hec passio sanationē non recipit nisi a principio: sed si inueterabitur incurabilis efficiet ꝓpterea q: medicine locales sufficiētes nō sunt ⁊ incisio possibilis nō est: q: neruos cōtinet ⁊ arterias: et si incidūtur ista mēbra nō est tutū quin corpus perdat. Et īpossibile silr existit ista apata cū corrosiuis remouere: et si fuerit tale apostema in mēbris principalib⁹ eius cura impossibilis existit. He sunt curationes male cōplexionis materialis et nō materialis. Et scias ꝙ apata que fiunt in mēbris principalibus: ⁊ febris aliqñ sine medicatiōe sanātur: ⁊ sufficit in hoc op⁹ nature: ⁊ ꝓpterea multos inuenies cōplexiones habētes dem psas: qui ex fortibus egritudinibus euadūt sine medico ⁊ medicina: sicut barbari ⁊ arabes: et q̄ in deserto habitant: ⁊ hoc fit: q: aliquātulum cū brutis assimilationem habēt: ⁊ ꝑ maiori parte hoc accidit illis qui complexionem habent effrenem. Sed qñ

Medicine.

medicine cōponūtur ꝯm autorū dicta: tūc adiuuāt naturam tpe breui: ⁊ bonū finē cōsequūtur: q: bonā habēt determinationem ⁊ minime violentā. Sed q̄ solū ꝑ naturā ex fortib⁹ egritudinibus curātur in fine remanēt in egritudinib⁹ q̄ temporanee dicūtur: sicut mihi accidit qñ egrotaui cum febre fortissima: ⁊ creticaui ex illa ꝑ apostema in testiculis: eo qḋ mihi necessaria administrata nō fuerunt: quare remāsi arteticus ⁊ podagricus ⁊ adhuc sum. Et sunt egritudines quaꝝ correptio non sufficit a natura nisi ꝑ medicinas inuentur: ⁊ in hoc medicine potētia declarat. Et sunt alique egritudies sicut sunt febres ⁊ apata quib⁹ natura ⁊ medicine sufficiētes nō existunt: sꝫ si euadūt per accñs euadunt sicut in reb⁹ naturalibus aliqñ extremitates fiūt: tñ de raro cōtingētib⁹ hoc existit: sicut vlceratio pulmonis ⁊ siĺes. Sic & finis isti⁹ scientie in ꝓposito habēdus est ꝯm plus: hoc est scḋm egritudines plurimas: et plura indiuidua: ⁊ plura tpa: sicut hoc idē accidit hoīb⁹ in mechanicis artibus q: aliqñ sequitur artifex intentione: ⁊ aliqñ ab ea priuat et causa illoꝝ sunt media que in illa arte cadunt: sicut maris nauiginꝫ: agricultura. Et ꝓpterea dixi in diffinitione: q: medicina est ars mechanica: et multi ex hoc mirabātur: ⁊ ipsi ignorauerunt quid dixerim sup scḋo physicorū: de mechanicis artibus. Hic completus est sermo de mala complexione materiali ⁊ non materiali.

¶ Cap. xxxij. Qḋ est de solutione continuitatis.

Deinceps volumus loqui de egritudine solutionis cōtinuitatis. Et dicim⁹ ꝙ cōtinuitatis solutio pōt accidere vnicuiqꝫ cōsimili membro: qñ vero fit in carne dr̄ incisio: ⁊ qñ in osse dicitur fractura: in neruo punctura ⁊ que in arterijs dicitur scissura. Et indicatio istius speciei egritudinis significationem hꝫ vniuersalem ⁊ particularem ꝯm mēbroꝝ cōditiōes: ⁊ nos ab vniuer

sali intentione sermonem inci-
piemus. Et dicimus q cōtinui-
tatis solutio in eo q solutio cōti
nuitatis existit simplex absq ali
cuius alteri⁹ egritudinis socie-
tate eget solū vna intentione: et
in plurib⁹ hec solū ligatura cura
tur: ⁊ aliqñ cū ligatura ⁊ aliis su
stentamentis: sicut in fractura
ossiū fit: ⁊ in multis membris: et
quedā fractura indiget sutura:
sicut in laceratione mirach fit
qñ girbum est egressum: naz ne
cesse est vt girbus reducat: nisi
sit corruptus: q si sit corruptus
oportet vt incidatur: ob hoc qz
nō est mēbrum necessarium: sed
iuuatiuū. Sed quia hz neruos
et arterias ob hoc ip̄as primo li
gare debemus radicitus: ⁊ post
ea qđ corruptum est incidere de
bes: ⁊ aliqñ inflat ꝑpter frigidi-
tatem aeris: ita q tunc intus re
uerti nō potest: ⁊ tūc spongia in
aqua calida infusa in manibus
expressa optime tēperata est su-
al. perponēda. Et G. dicit q qñ fe-
ceris hoc ⁊ nō profeceris: tūc de
cute aliquid incidere debes: sed
maior pars huius artis perdita
est in hoc nostro tpe. Sed aliq-
bus vulneribus non sufficit la-
biorum vulneris aggregatio vel su
tura: sed est necesse vt ponantur
medicine desiccatiue q̄ desiccēt
vel sugant saniez q̄ in partibus
vulneris est locata. Sed si cōiū-
cte fuerint partes hac non indi
gemus: sed tunc medicine stipti
ce et exiccatiue sunt necessarie:
desiccatiue enim propter exicca
tionem saniei: ⁊ stiptice propter
coniunctionem labiorum vulne
ris. Et scire debes q multa mē-
bra reperiuntur: quorū solutio
nes continuitatis minime con-
solidationem recipere possunt:

sicut sunt intestina gracilia et
dyafragma: ⁊ omnia membra q̄
sunt in vltima siccitate. Qñ vero
substātie carnis facta est deper
ditio due cadunt intentiones:
vna est diminute carnis restau
ratio: ⁊ alia est cicatricis creatio:
prima intentio cōpletur qñ ma-
teria et mēbrum veniens in quā
titate et qualitate existit perfe-
cta: hoc est sanguinis: et in ipso
membro complexio sit secundū
suam conuenientiam tempera-
ta: et natura suo beneficio suffi-
ciens est ad hoc perficiendum
absq medicinarum amminicu
lo. Sed quia circa horam finis
digestionis ad quodlibet mem
brum currunt due superfluita-
tes: quarum vna est subtilis et
alia grossa: et fluxus harum su-
perfluitatum sepe generationē
carnis resistit: ob hoc indiget
natura auxilio medicinarū ad
illam humiditatem desiccandā
ad hoc vt noua caro in vulnere
non liquefiat: et tales medicine
sunt carnis generatiue: et ha-
rum numerus est multus sicut
thus: farina orobi: et fabe: et
yreos: oppoponacum: et thutia:
et istis medicinis vtimur secun
dum magis et minus: nā thus:
et farina orobi: et fabe sunt in
gradu primo generationis car-
nis: et post ista farina orobi: et
yreos: et post ista aristologia: et
oppoponacum: nam ista in ter-
tio gradu quasi existunt. Et ha-
rum medicinarum quantitas ⁊
modus a complexione membri
loco sensibilitate et ipsius nobi
litate sumuntur: quia membro
humido medicina carnis gene
ratiua est thus: et complexioni
feminarum et puerorum: quan
do vero sicca complexio est thus

sufficiens non est: sed necesse est vt fortior apponatur: et orobum et alia: quia in membris fortis siccitatis caro non generatur nisi multum per siccas medicinas: nam auriumvulnera cum parua existunt sanantur cum memite et aceto: et si magna fuerint: tunc trocisci andaracharon vtiles existunt: et si non sufficiunt tunc necessaria est scoria ferri cum aceto: et simile est vulneribus gule. Et G. propter hoc dicit quod cum membrum naturaliter siccum ad humiditatem peruenit membri a sua natura multum est elongatum: et propterea eget rebus exiccatiuis in eo gradu ad quem peruenit membrum istud versus humiditatem: namque medicine non sanant nisi quando sunt in contrario distemperate in eodem gradu in quo membrum est distemperatum: itaque si distemperatum fuerit in secundo gradu: humiditatis necesse est vt medicina distemperata sit in secundo gradu siccitatis: et non sunt humectanda vulnera que sunt in membris siccis equali humectatione eius quod in membris humidis existit. Sed est necesse secundum plurimum: vt per comparationem existat: propterea quia corruptio et putrefactio siccis membris accidit antequam humectationem humidis membris equalem recipiant. ergo secundum naturalem philosophiam: dicimus quod causa huius non est nisi difficultas membri sicci: et grossa superfluitas que in eo existit: sicut quod dictum est quod siccitas est difficile passibilis. Et huius ratio similis est rationi iuuenis et senis sicut superius determinauimus. Et via qua cognoscit medicus quod medicina in mundificatione vlceris debilis existit est multe sordiciei in vlcere abundantia: quemadmodum cognoscit quod medicina nimis est abstersiua propter rubedinem vulneris labiorum et ipsius profunditatem. Et aliquando medicina corrosiua auget in vulnere sordiciem et in hoc errare potest medicus: quia si propter medicinam hec accidit rubedo et caliditas in labijs vulneris existit: et in vulnere profunditas: et si hoc a loco prouenit hoc est manifestum: nam si vulnera fuerint in membro exposito contactui medicinarum: aut in superficie positum: ita quod in transitu mutationem non recipiat medicine: tunc necessarie sunt debiles sicut in vlcerationibus sufficit stomaci: et si in grossis intestinis vlcera fuerint debent clisterizari: et si in subtilibus farmacari. In membris vero profundis medicine exigunt fortiores: sic in vlceribus pulmonis et in membris musculosis que profunditate corporis sunt remota: et propter hanc loci considerationem habenti similiter in gutture vlcerationem in positione medicine ipsum stare precipimus erectum: et paulatim medicinam opus solutiuam transglutire: et habentibus passionem meri medicinam labitiuam dari precipimus: et ei admiscemus viscosam medicinam ipsam in meatibus morari facientem: propterea vulnerum diuersa est medicatio: nam quedam oretenus curantur et quedam cum localibus medicantur: et quedam cum ambobus. Adhuc ordinata sunt propter locum et figuram conuenientia instra: vt medicamina in ipsis debite proijciantur: sicut syringa: pessara: et similia: quod vero a sensibilitate sumitur membri manifestum est: nam membrum valde sensibile medicinas fortissimas sustinere non potest: similiter et membrum multi iuuamen-

ti. Sz vulneribꝰ q̄ i supficie cor-
poris fiūt: in cōcauitatibꝰ quoꝝ
carnis generatio existit necessa
ria: ꝛ in q̄bus cicatrix sil'is cuti
fieri opz necessarie his sunt me
dicie dssiccatiue final'r: sic̄ galla
balaustia ꝛ sil'ia: ꝛ est necesse vt
earū exiccatio cōglutinatiuam
operationē excedat: et in quibꝰ
caro supflua generat necessarie
sunt medicine corrosiue: q̄ for-
tiores generātibꝰ existāt: ꝛ sunt
vt colcotar et viride es et sil'ia.
Et ꝑpterea nō est ipol'e vt i ali-
quibus corporibꝰ viride es iam
sit carnis generatiuū. Et scias
ꝙ corrosio carnis supflue opera
tionibꝰ nature appropriata nō
est sicut est carnis generatio: sz
est res q̄ appropriata est opatio
nibꝰ artis. Sufficit qd̄ breuiter
dictū est de vulneribꝰ q̄ intus ꝛ
extra in carne fiūt cū q̄bꝰ mala
ꝯplo nō est associata. Sz si ma-
la cōpl'o est appropriata est si-
cut cā vulneri ꝛ curari non pōt:
nisi vt remoueat: sicut accidit
qn̄ euenit apati. Et qꝛ medica-
tionē male ꝯpl'onis iā nouisti:
cū hoc etiam hic reiterare expe-
dit. Et dicamꝰ ꝙ mala ꝯpl'o q̄ i
vulneribꝰ fit est ꝑpter sanguinē
q̄ illuc currit: q̄ in qualitate aut
q̄titate distēperatꝰ existit: aut i
ābobꝰ: ꝛ hoc aut a toto corpore
ꝑuenit: aut a mēbro vulnerato:
aut ab ābobꝰ: ꝛ si a toto ꝑuenit
corpore aut a mēbro vulnerato
aut ab ābobꝰ ꝑscrutādū ē vtrū
ꝑ q̄titatē aut q̄litatem proue-
niat: si ꝑpter q̄titatē solūmō cō
petit flōmia: ꝛ si solum propter
qualitatem: tunc necessaria est
farmacia: si aūt ab vtroqꝫ proue
nit: ꝛ vtrūqꝫ faciendum est. Et si
fuerit in singulari mēbro ex mē
bris corporis: tunc ipsum opor-
tet euacuare. Et si fuerit mēbrū
vulneratum sicut renes ꝛ sil'ia:
tūc totū corpꝰ euacuādū est. Et
si a toto ꝑuenit corpore reper-
cussiua necessaria sunt omnibꝰ
repercussiōis modis ſm ꝙ dixi
mus: ꝛ deinde mēbrū cōfortare
debes: ꝛ trahere materiam toto
posse ad opposita. Et si mala cō
plexio fuerit in mēbro vlcerato:
tūc ꝑuidēdū erit in suis q̄litati
bus malis: qm̄ si vulnus fuerit
siccū ipm humectare debes cuz
aqua cal'a: ꝛ si fuerit humidum
ipsuz debes exiccare cū fortibꝰ
exiccatiuis. Et sil'r facere debes
in distēperātia caliditatis ꝛ fri-
giditatis: ꝛ si i vulnere caro ad-
dita fuerit ꝛ indurata valde ici
dēda est cū ferro: ꝛ postea appo
nere debes ea q̄ habēt sn̄are et
consolidare. Et si ibi fuerit apa
nō est via sanatiōis mēbri: nisi
apate remoto: q̄uis medicine
q̄ curāt apata ꝯrie vulneribus
existāt: ꝛ si due aggregant res i
mēbro velut mala ꝯpl'io ꝑpria
mēbri ꝛ corruptio sanguinis il-
luc aduenīētis i his ꝯsiderādū
est. Et scias ꝙ qn̄ vlcera nō sanā
tur ꝑpt adhibitas medicinas
illō fit vna triū reꝝ: vna est ꝑpt
medicinas q̄ cōpl'oni mēbri cō-
ueniētes nō existunt: aut qꝛ ma
teria trāsmissa nō est ꝯuenibilis
aūt qꝛ in mēbro cōpl'o lesa est ꝑ
naturā: eo qd̄ ibi vna spēs male
ꝯpl'onis: aut ptes sunt. ergo sci-
re debes qd̄ sanatio vulneris fit
aut ꝑ ꝑ corpis euōnē: ꝛ cū tēpan
tia ꝯpl'onis: ꝛ cū plage desicca-
tiōe: ꝛ aliqn̄ vtimur tyriaca ꝛ sil'i
bꝰ. Sufficit qd̄ dcm̄ ē in cura so-
lutiōis ꝯtinuitatis simpl'r mate
rialis ꝛ nō materialis.

¶ Capitulum. xxxiiij. Quod est
de solutione continuitatis ver

narum et arteriarum.



Cura. Einceps volum⁹ loqui de cura solutiōis ⁊ cōtinuitatis in venis et arterijs. Et dicimus ꝙ solutio cōtinuitatis in venis facilis est cōsolidatiōis: sed que est i arterijs illa est difficilis exceptis corporibus puerorū: ⁊ ꝓpterea ꝙ solutio ꝯtiuitat; istorū nos adducit i aliā rē m'ltū timēdā: hoc ē sanguinis fluxū: necesse est vt i hoc sermonē faciamus. Fluxus vero sanguis multis fit modis: aliqñ fit ꝓpter venē incisionē vel vlcerationē: ⁊ hoc fit aut ꝓpter cām intrīsecā: aut extrinsecā: si ꝓpter extrīsecā: aut icisiōe: aut extēsiōe aut ꝑcussiōe: ꝓpter itrīsecā: aut ꝓpter hūores acutos corrosiuos aut extēsiuos: ita vt aperiāt venas: et aliqñ currit sanguis ex orificijs venarū: et aliqñ stillat. Et incipiem⁹ a sanguine decurrēte ꝓpter venarū lacerationē: eo ꝙ periculosior existit. Et dicemus ꝙ qñ dilacerat vena in corporis sup̄ficie sanguis duobus mōis pt restrīgi: vno mō: vt subtrahat illi⁹ mēbri mā: qñ ꝓpter multā fit ꝗtitatē. alio mō: vt digito oppilet si fuerit pua. nā ꝓpter hoc coagulabit in orificio sanguis: ⁊ stabit aut ꝓpter ligamentū: aut ꝓpter cauteriū: eo ꝙ cauteriū crustā ꝑparat sup plagā: aut ꝓpter medicinas stipticas corrugatiuas: sicut medicia facta de visco cocto ⁊ tritici farina: ⁊ sīilib⁹. Gal. Et. G. cōmēdat ꝯ fluxū sanguis arterie aloe: ⁊ thus: et albumē oui: ⁊ pilos leporis: ⁊ hec medicina retinet sanguinē et generat carnē. Sed cauteriū sufficiēs nō est: qꝛ crusta cadere pōt ⁊ sanguis iterū fluet: ꝓterea cauteriū minuit de suba mēbri nobis nō est necesse minuere de substātia mēbri: sed poti⁹ laborare vt crescat: ⁊ nō laudat cauteriū nisi qñ fluxus fuerit ꝓpter vene corrosionē: qꝛ tūc cauteriū suppositū est loco rei q̄ remouet cām facientē corrosionē. Et aliquādo ponim⁹ frigida repcussiua sup mēbrū: qñ flux⁹ fuerit ex caliditate. Sz aliqñ p̄dicta oīa debilia esse dñr ⁊ insufficientia: quare tunc necessariū existit venā vel alteriā finaliter incidere: habita tñ hic cautela: vt pri⁹ liges stringēdo fortiter caput ipsius vene q̄ est v̄sus cor ⁊ postea incide. Sed subtractio sanguinis ex loco illo fit vt p̄paret mēbrū ⁊ oriat vt orificiū aptum superi⁹ adaptet. Sz debes tunc materiam trahere ad oppositā partē: vñ sanguis tunc fluebat: aut ad primiorē locū sicut de ore ad nasum: ⁊ de vesica ad matricē: ⁊ attractio ad partem oppositā fit: sicut qñ ꝓpter fluxum sanguinis nariū vētosas super epar poni iubem⁹: aut sup splenē si fuerit ex pte sinistra. Et vētose etiā posite sup occipitium stringūt sanguinē nariū trahēdo ad opposita: aut sup mamillarū radices ꝓpter menstruū. Et aliqñ fit attractio ad partē oppositā: ꝓpter ligationē membri: aut propter medicinas mēstruorū sanguinem ꝓuocātes. Sz flomia in sanguinis menstrui fluxu est medicina p accīdēs: ꝓpterea qꝛ hec medicatio i suo gñe solū existit: vñ timenda est: et aliquando est naturalis quando flux⁹ propter multitudinē sanguinis fuerit.

¶Capi. xxiiij. Qđ est de fluxu

sanguinis qui a membris pvenit intrinsecis.



Sed sanguinis fluxus q in partib⁹ intrisecis existit nō hȝ viā vt retineat nisi a medicinis stipticis: aut cibis grossis. Et medicine stiptice in hoc sunt sicut balanstie ⁊ succ⁹ rubi: ⁊ galla et sikia. Et que sunt nimis stiptica sunt sicut bolus armen⁹: ⁊ tegula pistata ⁊ plātago ⁊ solatrū. Et. G. multū succū plātaginis ꝯmendat in passiōibus vulue: ꝓpter corrosionē ibi fiētē. Et ex fortib⁹ lacerationib⁹ venarū q̄ in membris fiūt sūt ille q̄ i pectore fiūt ⁊ fortiores illis sūt q̄ in venis fiūt pulmonis: et ita ꝙ aliq̄ dixerūt ꝙ nunq̄ cōsolidant: sed qñ ad saniē deducunt ꝑfecte nō curātur: sed cū bono regimine si inveniri pōt eoꝝ ꝓlongabit vita. Et sunt aliq̄ q̄ ex hac infirmitate minime moriunt: et hoc dico quod ꝑ aīam meā ꝓbari potest ex dictis Gal. q̄uis illud nō dicat manifeste: sȝ mlti ex modernis hoc testificati fuerūt ⁊ dicit Avic. ꝙ vidit mulierem q̄ vixit. 20. annis post lacerationem venarū pulmonis: sed illa semper comedebat zuccarū rosatū cum pane facto cū coriādro: Et ego assentio qd̄ dixit: eo ꝙ filij Avēzoar mihi sitr rettulerūt. s. ꝙ in plrib⁹ hoīb⁹ hoc idē viderūt. In principio vero hui⁹ dispositionis si sit ꝓpter ꝑcussionē: aut ꝓpter aliā ex reb⁹ extrinsecis dȝ flōmari ex vena cōi: si multa fuerit repletio: ⁊ si non fuerit multa repletio de basilica minuendus erit. et sanguis duabus vicibus extrahatur: ⁊ tempore flebotomie testiculi et brachia ligentur: et a tussi abstineāt q̄tū plus possunt. Gal. precipit dare acetum cū aqua mixtū si medicus viderit ꝙ i pulmone sanguis fuerit coagulat⁹: ⁊ hec medicina est ꝯtria innamēto cause et accidēti: ꝓpterea quia aceto inest per naturā vt moveat tussim: ⁊ tussis prauū est accidēs: ⁊ hoc timēdū: ⁊ acetū cū sit pūgitiuū vulneri nocet: ⁊ sanguineȝ subtiliat ⁊ aperit: ⁊ fluere facit: et ꝓpter hoc acetū dimittēdum est. Et medicine dāde sunt habētes repcussionē: ⁊ stipticitatē et eligēda sunt stiptica qb⁹ subtilitas sit admixta ꝓpter mēbri ꝓfundationē ⁊ ꝙ mihi videtur hic meli⁹ oīb⁹ alijs reb⁹ est zuccarū rosatū cuȝ aqua in q̄ cocte sunt glādes ⁊ nuces equaliter: et cauda caballina. Et mirabilis Abumeron Avenzoar mihi indicat ꝙ hec aq̄ debet esse illa in qua ferrū multum sit extinctū: ita ꝙ ꝓpter hoc a sua quātitate decrescat: ⁊ postea in ea res bulliāt: ⁊ ꝑ hāc viā poře est glutinationē sanguinis fieri: ⁊ consolidari plagā. Et quod multū necessariū hic existit est cibi diminutio ⁊ sufficit aqua ordei cū nucleis assis: granoꝝ mali granati in prandio: aut pltes ossiū ordei: ⁊ sero. ʒ. ij. panis cū testiculis gallorum. Et si causa fracture vene fuerit reuma q̄ illuc concurrerit: ⁊ cōmouerit tussim: ⁊ ꝓpter hoc vena sit aperta: aut ꝓpter humoreȝ acutū q̄ subam corrosit pulmonis: tunc farmacia flobotomie est admiscenda: ⁊ supponere capiti res desiccatiuas: sȝ si cā reumatis frā fuerit supponam⁹ capiti pulvereȝ gariofilorū: piperis: ⁊ pulegij: ⁊

Auicenna (margin, partly cut off)

Abumerō Avēzoar.

si cā remisse calida fuerit suffi-
cit puluis macis ꝛ nucis musca
te:ꝛ corticis pomoꝝ citonioꝝ:ꝛ
oia q̄ habēt virtutē calefaciendi
modicū:ꝛ cum modica siccitate
sunt cā solidationis vulneris.
Et qꝛ in breui tpe vuln⁹ ad sa-
niem pōt puenire:ideo studere
debem⁹ in remouēdo cām q̄tū
possum⁹:ꝛ hoc fit exiccādo cor-
pus modis oib⁹ qb⁹ possum⁹:ꝛ
ꝓpter hoc tyriaca in hoc loco iu
uatiua existit et marie nouiter
cōfecta:ꝛ ꝓprietatē hꝫ retinen-
di sanguinē:quēadmodū hꝫ in
hibēdi fluxū:ꝛ postq̄ ita est cu-
ra hic cōueniēs existit duabus
speciebus sputi sanguinis:siue
fuerit ex cā intrinseca vel extrin
seca:ꝛ Gal.cōmendat hic troci-
scos andaracharon.Qn̄ vero fa
Gal. ctum fuerit vuln⁹ saniosum.G.
dicit ꝙ causa sue incurabilita-
tis est:qm̄ sine tussi mundifica-
ri non pōt:ꝛ tussis tumorē aug-
mentat ꝛ aperit vulnus:ꝛ gros-
sicies tumoris augmētat saniē.
Adhuc mihi vr̄ ꝙ cā sue icura-
bilitatꝫ sit qꝛ cū hoc mēbꝝ a pat
vuln⁹ ipsi⁹ indurat et sanatio-
nē recipere nō pōt:sꝫ tn̄ lōgo vi-
uere potest.Et habenti saniem
in pulmone debem⁹ propinare
medicinas ꝛ cibos qui habent
aliq̄d abstersionis cū aspersiōe
et cōfortatiōe:sicut capillis ve.
et cortex citri:ꝛ mastix:ꝛ radicez
lilij:ꝛ panē comedat cū zuccaro
ro.ꝛ vuas passas pingues:ꝛ bi
bere lac hoc laudabile existit:et
bibere aquā ordei:ꝛ terras ha-
bitare siccas ꝛ simile huic faciat
q̄ toto tpe in reumate sro pseue
rat.Et si vlceratio est i cāna me
lius curari potest ꝛ hoc fit cum
reb⁹ exiccatiuis desiccantibus
vlcera pulmonis:et precipiēdo
infirmo vt in ore teneat medici
nas desiccatiuas:ꝛ abstersiuas
mixtas cū lenitiuis:ꝛ vt iaceat
supin⁹ vt facilius medicamina
trāsire possint discurrendo per
vulnera quēadmodū ros discur
rēdo ꝑ ꝑietes ꝛ muros ꝑ terraz:
ꝙ si cā flux⁹ sanguinis fuerit ex
apertione orificioꝝ venarū cu-
ra ei⁹ erit cū medicinis leuib⁹
stipticis.Sed si cā aptionis ve
ne subtilitas sanguinis fuerit
ipsius sanatio est cū cibis gros-
sis conglutinatiuis . Sufficit
nobis hucusq̄ dixisse de solutio
ne continuitatis arteriarum et
venarum.

¶Cap.xxxv.Qd̄ est de cura so-
lutionis continuitatis in ner-
uis et lacertis.



Unc vero volum⁹ Cu
dicere de solutio-
ne continuitatis
que in neruis ꝛ la
certis accidit.Et
dicimus ꝙ quan
do toto cōtinuitatis in his mē-
bris accidit tūc necesse est corp⁹
cum flōmia ꝛ farmacia euare et
studiose ꝑspicere vt in vulnere
aliq̄d saniei nō fiat ne dolorem
spasmosum inducat:et ideo qꝛ
neruus est membrū ꝓfundum
viscosum nō sufficit in mūdifi-
catione saniei medicina cōsoli-
datiua:sed necessaria est medi-
cina que cū calefactiōe habeat
suctionem vt saniez trahat sine
mordicatione:ꝛ ideo in princi-
pio necesse est hoc vulnus ape-
rire.Et medicine he vtiles sunt
sicut viscus alboā ꝛ quod forti⁹
existit est quando aliquid addi
mus de euforbio:et maxime si
corpora humida fuerint cōfert
valde.Sed in corporibus dure
cōplexionis ꝛ siccis valet oppo-

ponacum: et assa fetida: et sulfur crudum oleo oliue mixtum in his multum valet: et gummi pini in his virtuti visci et glandiũ proxima est. Et quando incidit vel scindit neru⁹ et cutis desup fuerit eleuata: tunc has nõ posset medicinas sustinere: sed erit sufficiens abluere ipsum cum oleo oliue: et ponere desuper tutiam ablutam. Et si corpus durũ extiterit trocisci andaracarõ erunt sufficientes. Et si neruus ex transuerso et ex toto nõ est incisus: tunc vulnus periculosius est quam si incisus in longitudine traheret: et hic est timor spasmi: et ob hoc regimen istud totaliter est adhibendum vt prouidus sis in resistendo spasmo. Sed res que mitigant dolorem nerui ipso non existẽte discooperto est oleum oliue calidũ: ꝑpter ea qr resistit omnibus passionibus nerui: sed qñ discoopertum est: tũc ꝯtrariũ existit: et nõ est ponẽdũ nisi doloris fortitudo nos impellat. Et necesse est vt medicine que neruo supponunt sint actu calide. iõ qr hoc membrum pro maiori ꝑte a frigore leditur Et qñ apostemat neru⁹: et ex eo tuñẽdus est spasm⁹: tũc ex toto incidẽd⁹ est. qr ex hoc securabitur a morte. quãuis mẽbrũ adducam⁹ ad priuationẽ sensus et mot⁹. Ligamẽta vero fortiores medicinas patiunt ꝙ nerui: et siliter chorde: ꝙuis viciniores sint neruis. Sed ligamẽta que cũ lacertis sunt cõiũcta medicationẽ silem medicatiõi neruorũ recipiunt. Sed que ossib⁹ continuant fortiores recipiũt medicinas.

¶ Cap. xxxvj. Qñ est de cura fracture ossium.



Deinceps loqui volumus de solutione facta cõtinuitatis in ossib⁹ quę ruptura nũcupatur. Et dicim⁹ qđ qñ ruptura fuerit in osse ex transuerso: tũc necesse est vt ꝑtes ad sua ꝓpria loca reducamus: et ad hoc vnãquãqꝫ partem trahere cum instrumento ad hoc solito: aut manu donec suo musculo vniat: et querere qđ sit equandũ et postea ligatur ſm qđ precipit. Y. Et est vt due fascie accipiant et cũ vna incipere a loco fracture supi⁹ ascendẽdo. et. Y. hoc laudat ligamentum: quia per hoc cursui materiei resistitur ne sanietur: quod non accideret si superius ligando ibi inciperet et vsqꝫ ad rupture locum perueniret: et precepit. Y. vt sic ligatum stet vsqꝫ ad. vij. dies propter apostematis metum: propterea precipit si dolor mẽbro superuenerit vt super membrum ponãtur medicine mitigatiue: et si pruritus adfuerit embrocetur aqua calida ad hoc vt pustule non oriantur: et hoc prima septimana propterea si securi sumus ab apãte: tunc non solum non sufficiunt fascie: immo astelle erũt adiungende. Dicit Rasis qui medentur hoc nostro tempore fracturis in prima septimana astellas ponunt et. Y. hoc apostematis metu vetat. Et etiã quia prima septimana non timem⁹ qđ mẽbrũ fiat tortum: sed apãta tantum timemus. Item Rasis dicit quod fractis ossib⁹ nostri temporis medici in principio ponunt astellas in extremitatibus medicinarũ quibus membra ligantur cum farina ordei

⁊ albumine oui: ⁊ sic dimittunt donec conualescant. Et mihi videtur quod ille qui per hūc modū m curatur ille casualiter euadit ⁊ melius est dissoluere fasciā ⁊ sic fiat omni septimana ⁊ videdere porum sarcoydem: ⁊ est illud quod dicimus in latino suprao sso: qui si nimis fuerit grossus superponende sunt medicine multum desiccatiue: ⁊ fascia bene cōstringatur. Et si nimis fuerit subtilis embrocetur spongia ⁊ aqua ca. et fascia elarget. Et si fuerit repletio medicetur flomotomia ⁊ farmacia: ⁊ ipsius cibus subtilieē multū: ⁊ quādo transiuit primam septimanam dz cibari cibis similib⁹ illi substantie quā volumus generare: vt cibis grossis ⁊ viscosis: ⁊ si fractura cum vulnere carnis existit necesse est vt orificium vulneris remaneat apertum. Et si os in longitudine scissuram patiatur ligatura sola cū bono regimine sanat. ⁊ si fractura sit in osse cranei vt penetret vsqȝ ad telā: tūc necesse vt circa scissurā os remoueat: vt mundificari possit a sanie tela ne telam corrumpat: ⁊ si sic non fieret sanari nō posset: sȝ hoc in loco nostro non inuenit qui hoc facere sciat. Et sufficiat hoc in omnibus speciebus male complexionis ⁊ solutionis cōtinuitatis ⁊ primo in membris consimilibus.

¶ Cap. xxxvij. Qđ est de cura officialium egritudinū.



Et dicamus quod egritudines membris officialibus appropriate qdā sūt que sunt egritudines ꝯm numerū magis ⁊ min⁹. ⁊ quedam sunt q̄ sunt egritudines creationis sicut figura oppilatio ⁊ aptio: aspitas ⁊ lenitas. ⁊ qdā sunt egritudines positiōis. Sȝ egritudines nūeri qdā sunt naturales sicut digit⁹ sext⁹: ⁊ quasi ars medicine hoc nō ꝯsiderat: ⁊ qdā sunt nō naturales sicut lapis q̄ nascit̄ i vesica: ⁊ lūbrici q̄ i corpe nascunt̄: ⁊ veruce. ⁊ aqua in oculū descēdēs: ⁊ vngula: ⁊ añcedēs cā istorū est materia distēperata i q̄ntitate: ⁊ qualitate: ⁊ si iste egritudines sint i fieri cā efficiēs remoueri dȝ cū euone vl̄ et postmodū mēbra supflua erūt remouēda. Et si facta fuerint qđ scīn est erit remouendū. Et medicinas ꝓprias vniuscuiusqȝ illaꝝ rerū tu scis i multis ꝑticularib⁹ libꝛis. Sȝ q̄ lapidē expellūt ⁊ arenaȝ sūt medicie a propetate illi opatiōis: sicut dixim⁹. Lūbrici vero ⁊ ascarides occidunt̄ cū medicinis amaris sicut est absinthiū ⁊ centonicū. Sȝ cucurbitini fortiorib⁹ indigēt medicinis. verrucas vero eradicam⁹ cū ferro vel cū pēna ponēdo verrucā in cōcauitatate pēne: ⁊ circūgirā do violēter extirpare: ⁊ que huic opationi vtiles existunt sunt pēne aquilarū ⁊ gallorum.

¶ Ca. xxxviij. Qđ est de cura aq̄rū ⁊ sanierū in oculis generatarum.



De aq̄s ⁊ saniebus que in oculis aggregant̄: dicit G. de quibusdā medicis oculorū q̄ infirm ponebātum super scamnum et caent inferius squassabāt donec videbāt saniē a bocl̄o. descendētē: ⁊ hoc in aqua oculi fieri nō posset: eo quod nebule assimilātur: ita qđ

qñ ipsam descẽdere facimus re uertit supinus: ppterea non valet aliter: nisi inferi⁹ cũ istrumẽto trahat. Et colliria felliũ senibus valẽt ꝛ aqs õ ad oculũ descẽdũt. Et aliq̃ sunt q̃ curãt eas aperiendo. Ungula autẽ qñ est magna curat cũ ferro: et si pua fuerit curat cũ medicinis. Sed mollã remouemus cum medicinis puocantibus menstrua: et cũ aborsum faciẽtib⁹. Sꝫ egritudines diminutionis numeri sunt sicut caluiciũ ppter alopiciam. Et tu scis ꝙ piloꝝ generatio ex supfluitatib⁹ fit laudabilibus ꝛ illandabilib⁹. Ergo casus eoꝝ est ppter defect⁹ illarũ supfluitatũ aut ex corruptione dictarum supfluitatũ q̃ egresse sunt a sui natura in qualitatibus malis: ꝛ ppter hoc necesse est vt expellam⁹ ipsas supfluitates p farmaciã. Diminutio ỽo carnis dictũ est qualiter debeat restaurari. Sed egritudines in creatione ex quib⁹ vna ĩ figura existit vtplurimum sunt naturales. Et ideo in curatione medicina ingressum nõ habet. Et si etiaꝫ tpe part⁹ vsqꝫ ad finem augmẽti ad bonas ꝯuertantur formas rectificari possunt. Et etiam lenitas ꝛ asperitas egritudines forme existunt. Et aspitatis cã est humor coleric⁹ acutus: aut flegmatic⁹ salsus et sanatio istius est superfluitatis isti⁹ euacuatio: ꝛ membroꝛũ cõfortatio cũ reb⁹ stipticis. Ne huiusmodi materia vlterius spargat. Et postmodũ cum medicinis lenitiuis aspitas remoueatur. Sed lenitas ab humore fit leui et lubricatiuo: et huius sanatio est illum humorẽ remouere: ꝛ ſm ꝙ dictuꝫ est in alio hoc erit faciendũ. Et sub hoc genere oppilationis egritudines continentur: ꝛ si in fieri fuerit humorem facientem euacuamus cum vsu medicinarũ aperitiuarꝫ q illas aperiant oppilationes. Et si facte fuerint: ꝛ non adsit reptio aperitiue medicine sufficientiam habent ꝛ apertiõi viarũ q̃ clause sunt medicatio erit p contrariũ: sicut sunt medicine stiptice et cõfortatiue. Et aliqñ curat hec passio cum medicinis stipticis et stupefactiuis: ꝛ hoc fit qñ virtus superat expulsiua.

¶Cap. xxxix. Quod est de cura positionis ꝛ situs.

Et positionis egritudo hernia manifestior existit: sicut q̃ in ventre et testiculis fit: ꝛ q̃ in ventre fit sanatur vt eger sup ceruicem ponatur: ꝛ ꝙ egressum fuerat reducatur. ¶Et fractura stipticis sanatur sicut cũ nucib⁹ cipressi: ꝛ gũma glandiũ et similibus: et si tumor fuerit qui reductioni resistit remouere illũ debemus cũ reb⁹ remouentib⁹ vẽtositatem. Hernie vero q̃ in intestinis descendit curatio est vt qꝺ egressum fuerit reducatur: ꝛ exercitium inhibeatur. Et hec egritudo difficilis est ad sananduꝫ. Ex egritudinib⁹ positionis gibbositas existit. Et huius curatio est humorem grossum viscosum euacuare ꝛ exhibere medicinas vaporabiles q̃ ventositatem diminuunt grossam. Et hui⁹ egritudinum est dislocatio: et hoc p reductionem membri ad ppriũ locũ curetur anteqꝫ apostemet. Et ꝙ quodlibet membrũ quod dislocatur eius positio lesionem recipit excepta brachiũ et spatule dislocatione tñ huius scientie

artifices cognoscunt eam. Suf=
ficit tibi et illis qui tibi assimilã
tur quod breuiter de generibus
egritudinum dictum est. Quia
hunc librum non composui nisi
per illos qui tibi in perfectione
assimilantur: qr illi comprehen=
dent quod dictum est ab eo qd
est dictum propter fundamen=
ta & principia que habebũt. Nã
tu scis q omnes scientie princi=
pium sumunt duobus modis aut
a rebus per se notis: aut ab alia
scientia. ¶ Et maxime tibi suffi
cit q in hac scientia multas ha=
bes doctrinas et principia. Et
scias q ille qui a te elongabitur
hunc librũ vitabit. Sed debuis=
sem compleuisse sermonẽ meũ
in sanatione accidentium vni=
cuiqz membro superuenientiũ
Propterea quia etiam acciden=
tia secundum aliquem modum
egritudines dicuntur. Et melius
in declaratione rerum vniuersa
lium existit vt ipsa vniuersalia
ad particularia reducantur. Sz
ad presens mihi comoditas nõ
respondet: quia in alia re vel ar=
te hac nobiliore studere inten=
do. Unicuiqz volenti ad huius=
modi preclaritatis scientiã per=
uenire: bonũ est vt libros Abu=
merõ Auenzoar studiose legat.
Nam illic medicine thesaurus
patet manifeste. Et deus nos ab
errore exuat: et ex ipsius lumine
nostros oculos illuminare di=
gnetur.

¶ Hoc Auerroys Coliget casti=
gatius q̃ hactenus Excudebat
Lugduni Joãnes Crispinus di=
ctus du Carre mandante Ho=
nestissimo viro Jacobo de Giun
ti. 1531. mense Mayo.

Regestum.

A B C D E F G H I K
L M N O P Q R S T
U X Y. Omnes sunt quaterni.

FINIS.

Θωμᾶς Σαλααι ἐστι τοῦ βιβλίου
κύριος




I F
3



artifices
...cit tibi
...ur qu
...egritu
...
pei...